¶ Arguitur quarto ſic. Si iſta poſitio eſſet vera: ſequeretur Quod ꝓpoſitio: que modo eſt falſa: nunꝙ poſſet incipere eſſe vera: conſequens eſt falſum igitur/ antecedens probo: ⁊ capio iſtā propoſitionē ſortes currit: ⁊ arguo ſic. Si aliqua falſa poſſet incipere eſſe vera pari ratione eſſet predicta propoſitio: ſed illa non: igitur nulla: minor probatur: vel inciperet eſſe vera: per acquiſitioneȝ alicuius noue rei vel deperditionis eiuſdem vel per aliquid aliud: non primū: nec ſecundum: quia ſic habetur intentum: cum illa noua res ſit veritas vel falſitas. Si vero neges pro tertia parte. Et dicas ꝙ per aliquid aliud. Da illud. Ad hoc dicūt ipſi. ꝙ propoſitio fit vera vel falſa per taliter vel taliter ſe habere: dicuntꝗ preterea ꝙ ly veritas ſupponit pro ipſa propoſitione: cōnotando ipſam taliter ſe habere. Similiter dicunt de ly falſitas.
¶ Sed contra iſtam reſponſionem arguitur: quia arbitrantur in hoc magnum ſe habere refugium. Uel ly aliqualiter ſe habere eſt aliquid vel penitus nihil ⁊ ſummo ly nihil vt negat ratione negationis incluſe: omne ens in toto ſuo ampliſſimo ambitu. Si ſecūdum: quare ergo illa ꝓpoſitio eſt modo vera ⁊ antea erat falſa: cum omnino nunc nihil habeat: quod antea non habuerit. Si primum habeo intentum.
¶ Preterea quero a te: pro quo ſupponit ſubiectum huius propoſitionis: ſcilicet aliqualiter ſe habere eſt cōnotatum huius termini veritas: quia vel ſupponit pro ipſa propoſitione. Et hoc non poteſt eſſe per te: q2 tunc quando dicis: ꝙ ly veritas ſupponit pro propoſitione: ⁊ connotat ipſam taliter ſe habere: ſenſus eſſet: quod ſupponit pro propoſitione ⁊ connotat propoſitionem: quod nihil eſt dicere: vt perſpicuum eſt de ſe. Uel ſupponit pro nihilo. Et hoc eſt abſurdius vel pro alio a propoſitione. Et hoc non poteſt conuenientius aſſignari ꝙ veritas: igitur habetur intentum.
¶ Preterea male aſſeris illum terminuȝ veritas cōnotatiuum: cum ſit terminus abſolutus. Nec mirum equidem ſm philoſophum primo phiſicorum vno inconuenienti dato plura contingunt. Aliis ꝙplurimis argumentis iſta concluſio valebat impugnari. Sed breuitatis gratia miſſa facio illa: ⁊ hoc đ primo.
¶ Pro ſecundi expeditione notato: thomiſtas tenere veritatem propoſitionis a qualibet propoſitione vera diſtingui: ⁊ hanc opinionem tenet beatus Anſelmus in ſuo dialogo đ veritate. Ubi ait magiſter: vide ergo an ipſa oratio vel eius ſignificatio ſit veritas: aut aliquid eorum: que ſunt in enūtiationis definitiōe ſit qđ queris. Reſpondet diſcipulus: ꝙ nō: magiſter q̄re: diſciplꝰ: q2 ſi hoc eſſet: ſemper eſſet vera: quoniā eadem manet omnia que ſunt in enuntiationis definitione. Et cum eſt quod enuntiat ⁊ cum non eſt quod enuntiat. Et ratio eſt q2. Eadem enim eſt oratio ⁊ ſignificatio ⁊ cetera. ¶ Concludit tandem ꝙ rectitudo ſola mente perceptibilis ſit veritas que rectitudo eſt relatio rationis. Difficultas tamen eſt inter thomiſtas. An veritas iſta ſit ens abſolutum vel reſpectiuum. Capreolus quidem thomiſta inſignis videtur tenere eam eſſe accidens abſolutum: vel ad minus abſolutū cum reſpectu rationis: vide illum in primo diſtin. 19. q. 3. cōcluſione. 1. et. 3. Alii tenent eam eſſe accidēs relatiuum (ſumo accidens large) pro quo vide opuſculum quod nominatur ſumma totius logice in capitulo de propoſitione quo ſuppoſito iterum eſt difficultas. An ſit relatio realis: vel rationis. Sed omnia iſta exacte diſcutere eſt ſummularum limites tranſcendere: quo circa breuiter dic cum Reuerēdiſſimo archiepiſcopo hiſpalenſi in primo: diſtin. 19. q. in notabilibus ꝙ veritas proprie ⁊ formaliter eſt conformitas vel adequatio cognitionis vel conceptus enūtiatiui de eo quod intelligitur ad eſſe ipſius extra animam. inquantum cognoſcitur per intellectum affirmatiue eſſe quod eſt vel negatiue non eſſe quod non eſt. Si vis definire falſitatem define eodem pacto: mutando ly conformitas in ly deformitas ⁊ ly adequatio in ly inadequatio. ¶ Uidebis preterea Herueum in ſuo tractatu de intentionibus. Et Clipeum thomiſtarum. q. 14. ꝑdicamentorum. Et Guillermum cui cognomen hentiſber in tractatu ſuo de veritate ⁊ falſitate. Et Holkot in ſecundo ſententiaꝝ. Dominicūꝗ flandrenſem. 6. methaphiſice. q. 13. arͦ. 3. ⁊ Paulum ſoncinatē in methaphiſica. Et reuerendiſſimū Cardinalem ſancti Sixti prima parte: qōne. 16. arͦ. 1ͦ. et. 2.

art. 3º. Sed hic obiter notabis: quendam perdoctum thomiſtam arbitratum fore de mente prefati Reuerendiſſimi cardinalis eſſe quod non detur aliquod ens: quod nullibi ſit ſubiectiue.

¶ Immo aſſerit ꝙ in hoc impugnat Scotum. Sed tamen videtur in oppoſitum eſſe de mente eius. Naꝫ ipſe doctor in de ente ⁊ eſſentia capitulo. 4. Gloſando textum ſic incipientem relinquitur igitur: ⁊c.

¶ In q̄ōne ibi mota: an vniuerſalia ſint extra animaꝫ actu. Ponit iſta verba formaliter: ſcilicet ⁊ debes ſcire ad euidentiā terminorū: ꝙ ſicut albū accipitur dupliciter: ſcilicet formalr̄ ⁊ ſubiectiue: ita vniuerſale accipitur dupliciter: ſcilicet formaliter: ⁊ ſubiectiue/ ſubiectiue eīn accipi non poteſt: eo ꝙ vniuerſalitas in nullo eſt ſubiectiue: cum ſit ens rationis hec ille.

¶ Ex quibus verbis perſpicuum fit: quid ipſe teneat de natura entis rationis videbis etiaꝫ ſanctum Thomam prima pte vbi ſupra. Et in q̄ōne de veritate. Hec dixerim vt tenentes veritatem eſſe ens rationis meminerint etiam concedere: quod veritas formaliter nullibi eſt ſubiectiue: ſed in intellectu obiectiue: veritas inquam propoſitionalis.

¶ His habitis reſtat reſpondere ad argumenta illorum. Et ad primum contra hanc concluſionem obiectum reſpondetur: negando ſequellam: ⁊ ad probationem diſtinguo maiorem: que fuit iſta. Deus non poteſt creare veritatem huius propoſitionis: ſcilicet deꝰ nihil creat.

¶ Quia vel nihil diſtribuit ratione negationis incluſe accommode vel abſolute. Si primum: nego illam: quia tunc ſenſus talis propoſitionis eſt deus nihil creat aliud a veritate ipſius ꝓpoſitionis. Et quia hoc poteſt eſſe verum in aliquo caſu: concedo minorem. Si autem diſtribuat abſolute. Dicitur ꝙ illa propoſitio nullo pacto poteſt eſſe vera: nam illam eſſe veraꝫ implicat contradictionem. Nam bene valet. Illa propoſitio eſt vera: ergo deꝰ nihil creat (Et pono ꝙ iſtud ſit primum inſtans in quo eſt vera: vt clarius appareat ſolutio). Iterum illa propoſitio eſt vera: ergo veritas eius eſt: vltra: veritas eius eſt: ergo creatur a deo: ergo deꝰ aliquid creat: ergo de primo ad vltimū: habebo ꝙ deus aliquid creat: ⁊ ꝙ deus nihil creat: q̄ ſunt due contradictorie propoſitiones. Tunc reſpondetur ad formam argumenti: diſtinguendo iterum maiorem: quia quando dicis deus non poteſt creare veritatem illius vel ly: non: negat potentiam ex parte dei. Et tunc nego illaꝫ vel negat rationem factibilis: ex parte rei fiende. Et ſic concedo illaꝫ. Quia tunc ſenſus eſt: quod talis veritas non ſit factibilis nec creabilis de ſe quia ibi implicatur contradictio. Que diſtinctio ponitᷣ a doctore ſancto in primo: diſtinctione 43. q. 2. arº. 3. eodem modo dicitur deum non poſſe creare hominem irrationalem: quia ſi eſt homo: ergo rationalis: ſi irrationalis: ergo non eſt homo: ergo eſt homo: ⁊ non eſt homo: quod implicat. Et ſic homo irrationalis nec habet rationem entis preciſe: nec nō entis: ſed vtriuſq;. Et ſic ſenſus talis propoſitionis eſt deus non poteſt facere hominem irrationalem: non ex defectu diuine potentie que infinita eſt: ſed ex defectu rei: que rationem factibilis minime habet: ⁊ eodem modo intelligo deum non poſſe cauſare aſſenſum falſum: vt ſic. Et ſic patet ſolutio argumenti: ad eorum intentionem: ad eorum intentionem inquam: nam ſolutiōes alie huic argumento ſufficerent.

¶ Primo enim poſſet dici: argumentum eque bene militare contra eos: ſicut contra nos: vt ipſimet fateātur. Sed vt contra nos iam ſolutum eſt.

¶ Aliqui vero ipſorum nituntur illud aliter ſoluere: ſed adeo frigide: vt potius: deriſionem. Solutio mereatur ꝙ reprobationem. ¶ Secundo poſſet dici: ꝙ valde improprie vtuntur terminis quippe cum nullum accidens proprie dicatur creari: ſed bene cōcreari. Nam creatio proprie eſt ſuppoſiti ſubſiſtentis per ſe. Vt omnes dicunt.

¶ Arguitur ſecundo ſic: ſupponendo vnum principiū in hac via: ſcilicet ꝙ fundamentum ⁊ terminus alicuius reſpectus natura debent p̄cedere ipſum reſpectū quo ſuppoſito. Arguitᷣ ſic: iſta ꝓpoſitio ſcilicet hec eſt vera (que demonſtrat ſeipſam) eſt vera: veritate non diſtincta ab ipſa ꝓpoſitione: igitur ꝯcluſio falſa. Antecedens probo fundamentum ipſius veritatis eſt illa propoſitio ⁊ terminus eſt hanc eſſe veram: ſed non eſt prius natura hāc eſſe verā: ꝙ eius veritas ſit: cum hanc eſſe veram: nil aliud ſit quam ipſam habere veritatem: igitur habetur intētum. Idem argumentuꝫ poteſt formari de iſta: hec eſt falſa: ad probandum falſitatem a propoſitione falſa minime diſtingui.

¶ Ad hoc argumentum reſpondetur multipliciter. Primo non admittendo ſuppoſitum tanꝙ vniuerſaliter verum. Nam creature ad deum eſt relatio: cuiꝰ fundamentum relationem ipſam non precedit: de termino autem relationis dicitur: ꝙ ſi arguens intelligat de intrinſeco. Simpliciter eſt falſum: immo ſimul natura eſt cuꝫ relatione: quia talis terminus eſt correlatiue. Si vero loquatur de extrinſeco. Similiter non eſt vniuerſaliter verum.

¶ Dicitur ſecundo: ꝙ quicquid ſit de relatione reali (de qua nil ad propoſitum) tamen fundamentum illud eſt falſum in relatione rationis qualis eſt veritas vt patuit. in. C. q.

¶ Dicitur tertio: ꝙ preſupponit aliud falſum: ſcilicet ꝙ relationes rationis habeant fundamentum in re: que ab illa relatione denominetur. Sed ſolum ineſſe obiectiuo in quo: eſſe eſt ⁊ ipſa relatio ratiōis vt ꝙ/ optime notat Reuerendiſſimꝰ in primo. diſtinctione. 30. queſtione prima: notabili primo.

¶ Dicitur quarto eſſe impoſſibile aliquam propoſitionem demonſtrare ſeipſaꝫ. Et ratio eſt: quia omnis actus demonſtrandi preſupponit rem demonſtrandā: ergo ly iſte cum demonſtret totam propoſitionē preſupponit totam propoſitionem: ergo illa propoſitio eſt anteꝙ ſit. Et ſi dicas: ꝙ intellectus poteſt ſe reflectere ſupra ſuum actum demonſtrādi. Verū eſt per aliū actum reflexum: ⁊ non per illum primum directum.

¶ Arguitur tertio ſic verū vel falſum eſt paſſio ꝓpoſitionis: ⁊ inter paſſionem ⁊ eius ſubiectum non eſt diſtinctio realis: ſed formalis: igitᷣ cōcluſio falſa ⁊ ꝯ cōſequens veritas non diſtinguitᷣ a ꝓpoſitione vera.

¶ Ad hoc argumentū ſꝫ. Viam thomiſtarū clara eſt ſolutio. Negāda nāq; eſt minor: q2 falſa: loquēdo in creaturis: de paſſione nō trāſcendentali: vt poteris videre in. d. s. prima parte. q. 77. arº. 1º. Nichilominꝰ reſpondetur ad argumentū ſm principia Scotiſtaꝝ: primo ſtando in rigore cōſequentie: nego illam. Nam ex illo antecedēte nō infertᷣ (vt liquet) niſi ꝙ verum vel falſum in concreto diſtinguuntᷣ formaliter ⁊ non realiter. Et ſic nō probatᷣ: ꝙ ly veritas vel falſitas: qđ eſt intentū. ¶ Secundo poſſet dici: ꝙ illud eſt verum de paſſione: que eſt ens reale: nō de illa: que eſt ens rationis. ¶ Tertio dicitᷣ: ꝙ nō eſt verū in via Scotiſtaꝝ

nem propriam paſſionem diſtingui a ſuo ſubiecto ſolum formaliter: quia hoc non eſt verum: quando paſſio eſt diſiuncta: vt par vel impar in numero cõtinuũ vel diſcretũ in q̃titate. Sed verũ eſt de paſſione conuertibili cum ſpecie ſpecialiſſima: quia talis diſtinguitur a ſuo ſubiecto ex natura rei ⁊ formaliter ⁊ nõ realiter. ¶ Et ſi tibi placuerit videre iſta vide Franciſcum de Mayrones: ⁊ Anthonium trombeta in quarto methafiſice: queſtione quarta: articulo ſecũdo: ⁊ ibidem Scotum: queſtione ſecunda.

¶ Dubitatur primo an propoſitio plures ſit propoſitio. Reſpondetur breuiter: quod in ordine ad omnia ſua ſignificata non eſt propoſitio. Sed in ordine ad vnum tantum: vt patet de hac oratione/ canis currit: que ſi ſumatur vt tantum valet: ſicut ly canis latrabilis currit eſt propoſitio: ſi vero in ordine ad omnia ſignificat eſt propoſitiones.

¶ Secundo dubitar an pars propoſitionis ſit propoſitio. Reſpondetur quod pars propoſitionis que extra totum ſignificat verum vel falſum eſt propoſitio. Reliqua vero non / vt ſi dicam: ego video equũ: qui eſt currens: ly ego video equm eſt propoſitio: que tamen eſt pars totius aggregati.

## ¶ Sequitur textus.

PRopoſitionum autem: alia categorica: alia hypothetica. Categorica eſt illa: que habet ſubiectum ⁊ predicatum: ⁊ copulam tanquam principales partes ſui: vt homo currit. In hac enim propoſitione homo eſt ſubiectum: currit vero predicatum. Et quod coniungit vnum cum altero eſt copula: vt patet reſoluendo homo currit: id eſt homo eſt currens. Ibi homo eſt ſubiectum. Et currens predicatum: ⁊ illud verbum eſt: dicitur eſſe copula. Quia copulat vnum cum altero. Et dicitur categorica a categorizo: categorizas: cathegorizare: quod eſt idem. Sicut predico: predicas. Unde dicitur categorica: id eſt predicatiua. Subiectum eſt illud: de quo aliud dicitur: ſcilicet predicatuꝫ. Predicatum eſt: quod dicitur de altero: ſcꝫ de ſubiecto.

## ¶ Sequitur gloſa.

POſita ⁊ dilucidata propoſitionis definitione. Petrus Hiſpanus ponit eius diuiſionem: dicens propoſitionum autem: ⁊c. Et relinquens hypotheticam poſterius definiendam / definit categoricam ſic: propoſitio categorica eſt illa: que habet ſubiectum ⁊ predicatuꝫ ⁊ copulam tanquam partes principalis ſui: ly illa ponitur loco generis: refertq̃ propoſitionem in communi. Reſiduum ponitur loco differentie: ad differentiam ſcilicet: hypothetice: que habet plures categoricas tanquam partes principales ſui. Et intellige formaliter vel equiualenter. Formaliter vt homo currit: equiualenter vt ſi ly .a. imponatur ad ſignificandum tantum ſicut Petrus currit. ¶ Documentum Petri hiſpani poſitum in textu: quo docet reſoluere propoſitiones non hebentes explicite predicatum copulam vel ſubiectum. Satis patet in textu / quodlibet enim verbum adiectiuum poteſt reſolui in ſum: es: fui: ⁊ in participium talis verbi adiectiui. Similiter ly: ſum: es: fui: quando eſt ſecundum adiacens poteſt reſolui in ipſum et ⁊ ſuum participium/ exemplum primi: Petrus legit id eſt petrus eſt legens. Secundi Joannes eſt: id eſt Joannes eſt ens ſeu exiſtens.

¶ Ponitur preterea in textu definitio ſubiecti: que ſic intelligitur ſubiectum eſt illud: ⁊c. id eſt ſubiectũ eſt ille terminus: cui denotatur aliquid conuenire vel non conuenire. ¶ Predicati definitio intelligitur ſic predicatum eſt quod dicitur: ⁊c. id eſt predicatum eſt ille terminus qui denotatur conuenire alicui vel non conuenire. ¶ Prime partes iſtarum definitionũ ponuntur propter propoſitiones affirmatiuas.

¶ Secunde vero propter negatiuas: vt in hac propoſitione homo eſt currens: ly homo eſt ſubiectum: quia illi denotatur curſum conuenire ly currens vero predicatum. Quia denotatur illi termino homo cõuenire. Proportionabiliter exemplifica in hac negatiua: homo non eſt animal. In qua ly homo eſt ſubiectum ly vero animal predicatum.

¶ Circa diuiſionem poſitã in textu. Queritur primo que propoſitio ſit iſta: ſcilicet latro eſt homo qui benefacit. Et probatur quod ſit categorica: habet ſubiectum ⁊ predicatum: ⁊ copulam: tanquam partes principales ſui igitur eſt categorica. Antecedens patet ly latro eſt ſubiectum: ly eſt: eſt copula: totum illud homo qui benefacit: eſt predicatum: igitur eſt propoſitio categorica. Sed contra probatur q̄ ſit hypothetica. Equiualet vni hypothetice: igitur eſt hypothetica. Antecedens probatur equiualet huic latro eſt hõ ⁊ ille benefacit: ⁊ hec eſt hypothetica igit̃: ⁊c.

¶ Pro huius argumenti ſolutione pono duas regulas circa iſtud relatiuum: qui: que: quod: quarum prima eſt hec. Quando qui: que: quod: ponitur in aliqua propoſitione habente duas copulas. Si precedat vtrancq̃ copulam facit propoſitionem ſimpliciter categoricã/ vt iſta eſt categorica: ſcilicet ſortes q̄ eſt animal eſt albus: cuius ſubiectum eſt totum illud ſortes: qui eſt animal.

¶ Secunda regula habens tres partes: eſt iſta: quando: qui: que: quod: ponitur inter duas copulas verbales. Si referat terminum poſitum ante priorem copulam: facit ſemper hypotheticam: vt patet in hac propoſitione (de qua arguebatur) ſcilicet latro eſt homo: qui benefacit. Si ſenſus ſit latro eſt homo: qui latro benefacit. Eſt hypotheca. Si vero ly: qui referat terminum poſitum poſt priorem copulam. Hoc poteſt eſſe dupliciter. Quia tunc vel ly qui tenetur relatiue et reſtrictiue. Et tunc facit categoricam: ⁊ ſenſus illius eſt latro eſt homo: non quiuis homo: ſed tantum ille: qui benefacit/ ⁊ eſt falſa ⁊ categorica. ¶ Uel tenetur ſolum relatiue: ita q̄ non reſtringat vel q̄ referat ſimpliciter: quod idem eſt: ⁊ tunc eſt ſenſus latro eſt homo. Qui homo benefacit. Ita q̄ prima verificetur pro vno homine: ⁊ ſecunda pro alio. Et

ſic tantum valet ſicut iſta latro eſt homo: ⁊ homo bene facit: ⁊ ſic eſt hypothetica ⁊ vera. His habitis: facilis eſt reſponſio ad argumēta. Quia in ſenſu: in quo eſt categorica: non equiualet hypotetice: niſi in conſequendo. Et quando eſt hypothetica: predicatum non eſt totum illud homo qui bene facit. Sed predicatum prime categorice eſt ly homo: ⁊ ly qui bene facit: eſt alia categorica a prima. ¶ Et hanc diſtinctionem notabis pro primo ſentētiarū diſtinctione. iiij. pro illis propoſitionibus deus genuit deū: qui eſt pater vel qui non eſt pater: ⁊ pro multis locis ſacre pagine.

¶ Dicitur enim tertio regum capl'o. xi. loquendo de Salomone edificante tēpla idolis vxorum ſuarum. Sic fecit ſalomon vxoribus ſuis vniuerſis alienigenis: que adolebant thura. Que auctoritas pōt dupliciter intelligi: vno modo: vniuerſis vxoribus non abſolute: ſed illis tantum: que adolebant thura. Et iſto modo excluditur filia pharaonis. ¶ Alio modo vniuerſis abſolute: que vniuerſe alienigene adolebant thura.

¶ Secundo queritur circa eandē partē textus. Que propoſitio ſit iſta: ſcilicet. Sortes ⁊ Plato eſt animal. Sumpto ly ⁊ diuiſiue. Et probat̄ ꝙ ſit categorica: habet ſubiectum ⁊ predicatum ⁊ copulam: ⁊c. igit̄ antecedens probo. Subiectū eſt illud copulatū ly: eſt: eſt copula: ly animal predicatum igitur. ¶ Sed econtra probatur ꝙ ſit hypothetica equiualet vni hypothetice: igitur eſt hypothetica: antecedens probo: equiualet copulatiue ad quam reducitur: igitur equiualet hypothetice. Quod reducat̄ ad copulatiuam: per ſe eſt notum: cum ly ⁊ ſumatur diuiſiue igitur.

¶ Pro ſolutione ſcito: ꝙ circa hoc argumentum eſt multiplex modus dicēdi. Quidam dicūt talē propoſitionem eſſe categoricam: ⁊ concedūt argumentū ante oppoſitū. Sed contra hanc ſolutionē arguit̄ ſic. Si hoc eſſet verū: ſequeret̄ illam ꝓpoſitionem eſſe falſam. Sed hoc eſt cōtra omnes logicos igitur dictum nullum. Sequella probat̄: eſt vna affirmatiua de ſubiecto non ſupponente: igitur eſt falſa: antecedens probo: de nullo eſt verū dicere hoc eſt ſortes ⁊ plato: igitur nō ſupponit ſubiectum. ¶ Ad hāc replicam: ſunt qui dicant ly ⁊ debere mutari in ly: vel ita vt dicamus ſic hoc eſt ſortes vel plato. Sed cōtra hanc ſolutionē ſic arguméto. Sequeret̄ ſubiectū huius: ſcʒ ſortes ⁊ chimera currit: ſupponere / ſed hoc eſt falſum ergo ſolutio nulla: minor patet qꝛ ſm omnes copulatum cuius vna pars nō ſupponit totū nō ſupponit: ſed illa pars: ſcʒ chimera non ſupponit: igitur cōſequētia probatur qꝛ mutādo ly ⁊ in ly: vel: ſic dicēdo hoc eſt ſortes vel chimera: ſorte demonſtrato: illa eſt vera igitur ſubiectū ſupponit. Ea ꝓpter aliter dicendū eſt quantum ad ſolutionē replice tenendo illā eſſe categoricā. Et reſpondet̄ ad illā replicā negādo cōſequentiā: ſcʒ quā dicis ſubiectū eius nō ſupponit: igit̄ eſt falſa. Nam talium propoſitionū veritas: ⁊ ſuarū contradictoriarū menſurāda venit ꝑ reductionē ad hypotheticas. Et iſta reducet̄ ad copulatiuā ⁊ ſua cōtradictoria ad diſiunctiuā. Et ad maximā. Dicitur ꝙ vna illiꝰ exceptio eſt: niſi talis ꝓpoſitio fuerit exponibilis. Et iſta ⁊ ſimiles ſunt aliquo modo exponibiles: ſcʒ ꝑ reductionem ad hypotheticas.

¶ Alij dicūt talē ꝓpoſitionē: ⁊ cōſimiles de ſubiecto copulato: ⁊ ſimiliter ꝓpoſitiones de copula copulata nullo modo eſſe categoricas: ſʒ hypotheticas: licet bene concedāt ꝓpoſitionē de copulato ꝑdicato poſſe eſſe categoricā: vt eſt iſta: hō eſt ſortes ⁊ plato. Sed primā opinionē ꝓbabiliter tenēt ferme oēs logici / lʒ ſcda ſit ſubtilior: qꝛ tales ꝓpoſitiones potius ſunt hypothetice abreuiate ꝙ categorice.

¶ Ad argumentū in oppoſitū reſpondet̄: ſm hāc opinionem diſtinguēdo añs: vel ꝙ equiualeat vni hypothetice in cōſequendo: ⁊ ſic cōcedit̄ ⁊ negat̄ ꝯña vel ꝙ equiualeat hypothetice in ſignificādo ⁊ ſic negat̄ añs.

¶ Poſt hec: circa ꝑdicta dubitat̄ / que ꝓpoſitio ſit iſta ſcʒ animaliū aliud eſt rōnale: aliud irrationale.

¶ Reſpondetur diſtinguēdo: qꝛ vel illa ꝓpoſitio capitur in iſto ſenſu: ſcʒ de numero animaliū aliud eſt rationale. Et de numero animaliū aliud eſt irrationale. Et ſic eſt hypothetica: ⁊ tūc prima illa ꝓpoſitio: que capitur in iſto ſenſu: habet equiualēter plures categoricas coniunctas per ly ⁊. Uel capit̄ in iſto ſenſu: ſcʒ oē aīal eſt rōnale vel irrationale: ⁊ tūc eſt categorica.

¶ Scdo dubitat̄: q̄ ꝓpoſitio ſit iſta tm̄ hō eſt aīal. Reſpōdetur ꝙ eſt categorica: lʒ in conſequendo equiualeat hypothetice. Idē dic de qualibet categorica exponibili per hypotheticam.

¶ Hic noīales multiplicāt argumēta: ponēdo ꝙ in aliq̄ ꝓpoſitiōe ſcripta ſubiectū ⁊ ꝑdicatū ſcribant̄ ex eodem atramēto numero. Uel ꝙ vnus terminus ponat̄ in duobus locis ⁊ in vno ſit ſubiectū ⁊ in alio predicatū. Sed oīa iſta argumēta vl' potiꝰ pueriles ineptias (dimiſſis queſtionibus theologicis ⁊ phiſicis) diſtinguendo diſſolues. Nam in primo caſu ſubiectū ⁊ predicatum ſunt idem terminus materialiter: non tamē formalr̄. In 2° caſu vnꝰ tꝰ nūero ſuplet vicē duorum.

¶ Sed vt ꝓpoſitionis noticia perfectiue habeatur: ponentur aliquę diuiſiones: quarum prima eſt.

¶ Propoſitionū categoricarū: alie de cōſueto modo loquēdi: vel vtēdi: alia de incōſueto: ꝓpoſitio de cōſueto modo loquēdi vel vtēdi eſt illa: in qua nec ꝑdicatū: nec pars ꝑdicati ꝑcedit copulā: vt eſt iſta hō eſt animal.

¶ Propoſitio de modo loquēdi vel vtēdi incōſueto eſt illa: in qua predicatū vel pars ꝑdicati ꝑcedit copulā: exemplū primi: hō animal eſt: ſecūdi caput eſſe hō habet. Similiter ſi dicas equum videt homo: capiēdo ly homo pro ſubiecto: dicitur loquendi ꝓpter vocales: vtendi vero propter ſcriptas ⁊ mentales.

¶ Contra preaſſignatas definitiones poſſet argui: probando ꝙ in voce nulla ſit iſta diſtinctio ſic. In mente non poteſt aſſignari iſta diſtinctio: igitur nec in voce: conſequentia patet: quia propoſitio vocalis dependet a mentali / antecedens probo: quia in mēte nullus eſt ordo: Ad hoc breuiter dicitur ꝙ licet in mente nō ſit ordo localis: bene eſt tamen ordo concipiendi.

¶ Contra: volo ꝙ aliquis ſimul ⁊ ſemel concipiat ſubiectum vnius propoſitionis: quia poſſibile eſt: vt dicit ſanctus Thomas: prima parte: queſtione. lviij. Tunc intellectus non concipit ordinate igitur. Ad hanc replicam diſtinguo: ꝙ tunc intellectus non concipiat ordinate: accipiendo ordinem concipiendi pro eo quod eſt concipere: primo vnum terminum: ⁊ poſtea alium concedo: ꝙ tunc non eſt talis ordo. Si vero accipiatur ordo concipiendi pro eo quod eſt concipere non confuſe: ⁊ ſic nego. Et quod ego poſſim concipere taliter extrema illius propoſitionis. Patet quia alias non poſſem formare illam vocalem de inconſueto. Quod ſi dicas potes formare: quia ab alio audiſti: tunc ego queram de primo proferente illam ⁊ habebo intentum: ⁊ pro hoc vide aliud argumētū cōtra illam diuiſionē. ſ. Propoſitiones participant eē vtroqꝫ ter°: alie participāt ordīe eodē: alie ordine ecōuerſo

¶ Propoſitio categorica iterum diuiditur in propoſitionem de. eſt: ſecundo adiacente. Et in propoſitionē de eſt: tertio adiacente. ¶ Propoſitio de eſt tertio adiacente eſt propoſitio habens predicatum materiale vel partem eius explicite. Exemplum primi homo eſt animal ſcḋ: homo videt leonem.

¶ Propoſitio de eſt. Secundo adiacente eſt propoſitio non habens predicatum materiale: nec partem eius explicite. Exemplum vt homo eſt: homo currit. Notabis tamen pro illa: ſcilicet homo eſt / quod in copula illius includitur ly ens vel exiſtens: alias non eſſet propoſitio. Sed ineptum aggregatum quale eſt hoc / homo ⁊.

¶ Contra iſtas definitiones arguitur: ly eſt: in omni propoſitione ponit̃ in ſecundo loco: ergo omnis propoſitio eſt de ſecundo adiacente ⁊ nulla de tertio: antecedens patet / ad minus in omni propoſitiõe de cõſueto modo loquendi.

¶ Ad argumentum negatur conſequentia: admiſſo antecedente: vt probatur: quia argumentum preſupponit falſum: non enim dicitur propoſitio de tertio adiacente eo ꝙ ly eſt ponatur ſitualiter in tertio loco. Sed formaliter: quia ſe habet vt forma: ⁊ extrema vt materia ⁊ materia ſemper eſt prior natura forma.

¶ Preterea propoſitionum categoricarum alia de ineſſe: alia non de ineſſe.

¶ Propoſitio de ineſſe eſt propoſitio cuius copula nõ determinatur aliqua determinatione: ⁊ ſic iſta eſt de ineſſe in preſenti: ſcilicet homo cucurrit.

¶ Propoſitio non de ineſſe eſt propoſitio cuius copula determinatur aliqua determinatione: ⁊ ſic iſta eſt non de ineſſe in preſentiarum: ſcilicet ſortes forte currit / licet non ſit modalis.

¶ Cõtra. Si ſecũda dɇfinitio eſſet bona: ſequeret̃ ꝙ nulla propoſitio eſſet de ineſſe. Conſequens eſt falſum: igitur: conſequentiã probo q2 ſi aliqua eſſet par iure eſſet iſta. Adam fuit omnis homo. Sed iſta non igitur nulla / minor probatur quia ibi in copula includit̃ ly aliquo tempore ⁊ ſic copula determinatur ſenſus enim eſt: adam in aliquo tempore fuit omnis homo.

¶ Ad hoc argumentũ reſpondet̃ negando maiorem. Et ad ꝓbationẽ cõcedit̃ maior ⁊ negat̃ minor ⁊ ad ꝓbationem: cõceſſo antecedẽte: negat̃ cõſequẽtia q2 definitio intelligit̃ ſic: ꝓpoſitio nõ de ineſſe eſt propoſitio cuius copula non determinatur explicite aliqua determinatõe: ⁊ eodẽ pacto ĩtelligẽda venit pͣ dɇfinitio.

¶ Alteri⁹ ꝓpoſitio categorica diuidit̃ in ꝓpoſitionẽ de actu ſignato ⁊ in propoſitionem de actu exercito.

¶ Propoſitio de actu ſignato eſt ꝓpoſitio cuius copula eſt terminus ſecũde intẽtionis vel ly eſt ⁊ p̃dicatũ participiũ ſecũde intẽtiõis / ponit̃ pͥma pars ꝓpt̃ iſtam ⁊ ſimiles: ſcȝ animal p̃dicat̃ de hoĩe. Secũda pars propter eandẽ: reſoluẽdo copulã in ſum: es: fui ⁊ ſuũ participiũ dicendo animal eſt predicatum de homine.

¶ Propoſitio de actu exercito eſt propoſitio: cuius copula eſt terminus prime intẽtionis: vel ly eſt: dum tamen predicatũ non ſit ꝑticipiũ ſecũde intẽtionis / prima pars ponit̃ ꝓpter iſtam ⁊ ſimiles: homo currit.

¶ Secũda ꝓpter iſtam hõ eſt t⁹ cõis: in qua lȝ p̃dicatum ſit t⁹ ſcḋe intẽtionis: tamẽ nõ eſt nomẽ v̾bale: ſeu participiũ. ¶ Propoſitio categorica adhuc diuit̃ in ꝓpoſitionẽ ſimpl̾r primã: ⁊ ĩ ꝓpoſitionẽ nõ ſimpl̾r primam. Propoſitio ſimpl̾r pͣ eſt ꝓpoſitio cõſtituta preciſe ex noĩe ⁊ v̾bo p̃ſentis indicatiui modi. Ut eſt q̃libet iſtarũ. Sortes ambulat. Sortes eſt aĩal. Propoſitio non ſimpl̾r pͣ oppoſito modo deſiniat̃. Circa reſolutionẽ ſeu modũ reſoluẽdi ꝓpoſitiones dubitat̃: q̃ pacto iſte debeãt reſolui. ſ. Nõ eſt veri⁹ ꝯdicere: ꝙ toti ꝓpoſitioni negationẽ ꝓponere. Nõ eſt ita ſicut iſta ꝓpoſitio ſignificat. Pueri ꝓficiũt magrõ legẽte. Dies eſt q̃ſi ſol lucet. Melius eſt legere: ꝙ comedere. Regis intereſt gubernare. Penitet ſortem pc̃ti. R̃ndet̃ ꝙ pͣ reſoluit̃ in iſtã: nulla eſt v̾ior ꝯdictio illa. Que ſit ꝓponẽdo negationẽ. Scḋa ĩ iſtã / iſta ꝓpoſitio nõ ſignificat ita eſſe ſicut eſt. Tertia in iſtã (ſi ſumat̃ ĩ ſenſu categorico) pueri ſũt ꝓficiẽtes: dũ magiſter legit: vel q2 magiſter legit: vel ſi magiſter legit. Et ſic p̃dicatũ eſt totũ illud: ꝓficiẽtes dũ magiſter legit. Quarta ĩ iſtã. Dies ẽ exiſtẽs eo tp̃e q̃ ſol lucet. Quinta in iſtã melior eſt lectio: ꝙ comeſtio. 6ͣ. in iſtã gubernatio eſt in re regis. 7ͣ. in iſtã penitẽtia pc̃ti ẽ ſorte ẽ ꝫ. d. e. pͦ. phi. lect. 8 noĩe.

¶ Circa definitiones ſubiecti ⁊ p̃dicati notãdũ: ꝙ ibi ſumit̃ t⁹ ꝓ tͦ cõplexo: vl incõplexo vl ꝓ tͦ recto vl̾ aggregato ex recto: ⁊ obliq̃: nõ tñ ꝓ obliq̃ ſolo. Si teneat̃ ſignificatiue q2 obliq⁹ ſol⁹ nõ põt eẽ extremũ totale ꝓpoſitõis. Notãdũ p̃terea duplex eẽ p̃dicatũ. ſ. formale ⁊ eſt copula. Materiale ⁊ eſt illud q̃d definitũ eſt.

¶ Item eſt duplex ſubiectũ: ſubiectũ. ſ. enũtiationis. Et eſt illud q̃d definitũ eſt. Et diſtributionis ⁊ eſt terminus diſtributus ante copulã. Siue ſit terminus rectus: ſeu obliquus. Exemplũ primi omnis homo currit: ibi ly homo ⁊ eſt ſubiectum enũtiationis ⁊ diſtributionis. Licet diuerſis rationibus. Secũdi omnem equum videt Plato: ibi ly plato eſt ſubiectum. Et ly equum eſt pars predicati reſpectu ſubiecti enuntiationis: ⁊ eſt ſubiectum diſtributionis. In iſto tractatu cõſiderat̃ ſubiectũ enũtiationis: ⁊ in. 4ͦ diſtributiõis.

## Sequitur textus.

Propoſitionum categoricarum. Alia particularis: alia indefinita ⁊ alia ſingl̾aris. Propoſitio vniuerſalis eſt illa in qua ſubijcit̃ termin⁹ cõis ſigno vniuerſali determinat⁹: vt oĩs hõ currit. Termin⁹ cõis ẽ: q̃ apt⁹ eſt p̃dicari ꝺ plib⁹: vt hõ ꝺ ſorte: ⁊ ꝺ platone. Signa vl̾ia ſunt hec: oĩs \ null⁹: q̃libet neuter: ⁊ ſil̾ia. Propoſitio ꝑticularis eſt illa: in q̃ ſubijcit̃ t⁹ cõis ſigno ꝑticulari determinat⁹: vt q̃dã hõ currit. Signa ꝑticularia ſunt hec: q̃dã: alter: aliq̃s ⁊ ſil̾ia. Propoſitio ĩdefinita eſt illa in qua ſubijcit̃ terminus cõmunis ſine ſigno: vt homo currit. Propoſitio ſingularis eſt illa: in qua ſubijcitur terminus diſcretus vel terminus cõmunis cum pronomine demonſtratiuo primitiue ſpeciei vt ſortes currit: vel ille homo currit. Terminus ſingularis eſt qui aptus natus eſt predicari de vno ſolo vt ſortes de ſeipſo.

## Sequitur gloſa.

Poſita definitione propoſitionis categorice: ad eiuſdem diuiſionē Petrus Hiſpanus accedit dicens. Propoſitionū categoricarum: ꝛc. ⁊ intelligitur iſta diuiſio ſic. Omnis propoſitio categorica eſt vniuerſalis vel particularis vel indefinita vel ſingularis: que diuiſio eſt ſubiecti in accidentia: quia fit penes quantitatem ipſiꝰ ꝓpoſitionis: que diuiſio: quo ad .3ª. pª mēbra ponit a pħo primo priorum caplo primo.

¶ Pro cuius diuiſionis ampliori notitia prenotandum eſt quid ſit quantitas. Et quid ſit aliquod ſignū determinare ſubiectum alicuius propoſitionis. Et quid ſit ſignum quantificans.

¶ Quantitas propoſitionis ſic definitur. Quantitas eſt quedā proprietas propoſitionis categorice. Sibi conueniens ratione ſubiecti enūtiationis totalis: qđ ad plura vniuerſaliter particulariter / indefinite vel ad vnum ſingulariter ſe extendit.

¶ Signum determinare ſubiectum alicuius propoſitionis eſt facere: ꝙ intellectus accipiat ſignificatum illius ſubiecti aliter quam acciperet ſine tali ſigno: quantum eſt ex parte ipſius ſigni. Ut in hac propoſitione omnis homo currit: ly omnis determinat ly homo: quia poſito ly omnis intellectus concipit vel intelligit hominem diſtributiue: quem conciperet determinate: ſi ly omnis non poneretur ibi. Dicitur quantum eſt ex parte ſigni: quia dicendo aliquis homo currit: ⁊ homo currit. Subiectum eodem modo accipit. Hoc tñ fieſt de per accidēs: qꝛ ſi diceremꝰ aliqs hō eſt ſpēs: ⁊ hō ē ſpēs: ſubiecta nō tenerent eodē mō.

¶ Signum quantificans eſt ſignum: quod non efficitur pars extremi aptum natum reddere propoſitionē quantam: ſcilicet vniuerſalem: particularem ꝛc.

¶ Dicitur ꝙ non efficitur pars extremi propter negationem infinitantem ⁊ propter alia ſigna: que pari forma efficiuntur partes extremorum: vt ly omnes collectiue: ꝛc. ⁊ per idem excluduntur termini ſingulares. Nam dicendo homo currit propoſitio eſt indefinita. Si vero dicam homo ſortes currit: efficitur propoſitio ſingularis: tamen ly ſortes efficitur pars ſubiecti: ideo nil contra nos.

¶ Uel definiatur ſic: ſignum quantificans eſt ſignum ſincategorematicum variatiuum quantitatis ratione ſui reſpectu termini communis loco ſubiecti communiter poſiti.

¶ Dicitur ſincategorematicum ad excludendum ly ſortes in hac: homo ſortes currit: Dicitur ratione ſui vt excludanter ſigna materialitatis: quia iſta propoſitio eſt ſingularis: ſortes currit ⁊ iſta indefinita ly ſortes currit. Hoc tamen fit eo quod variatur genus ſuppoſitionis. Dicitur reſpectu termini communis / vt excludatur ly non infinitanter ſumptum. Nam variat reſpectu ſingularis: vt ſi dicam / ſortes currit / eſt ſingularis / ſi vero dicam non ſortes currit eſt indefinita. ¶ Dicitur loco ſubiecti communiter poſiti: quia tenetur hanc eſſe vniuerſalem. Tantum Platonem videt homo: in qua ly homo eſt ſubiectum ⁊ diſtribuitur / tamē ſubiectum non ponitur vbi communiter ſolet poni: ea propter ly tantum minime eſt ſignum quantificans.

¶ His prenotatis definitio propoſitionis vniuerſalis ſic intelligitur / propoſitio vniuerſalis eſt propoſitio categorematica: in qua ſubiicitur terminus communis diſtributus ſm ſe totum categorematice vel ſm omnes ſuas partes diſtribuibiles a ſigno vel ſignis vniuerſalibus. Signa vniuerſalia ſunt ſigna habentiam vim diſtribuendi: vt omnis nullus: ꝛc.

¶ Dicitur in definitione propoſitio categorica: quia hypothetica non eſt quanta ſm ſe: licet bene ſm ſuas partes / dicitur in qua ſubiicitur terminꝰ communis ad differentiam propoſitionis ſingularis: quando eiꝰ ſubiectum eſt terminus diſcretus. Dicitur ſigno vel ſignis vniuerſalibus ad differentiam propoſitionis particularis: ⁊ indefinite ⁊ ſingularis: quando in ea ſubiicitur terminus communis cum pronomine demonſtratiuo. ¶ Dicitur preterea terminus communis diſtributus ſm ſe totum categorematice propter iſtam omnis homo currit: ⁊ iſtam ⁊ ſimiles quilibet equus hominis currit: in qua nec ly equs nec ly hominis proprie diſtribuitur. Sed totum aggregatum categorimatice: quia ſumitur vnice: ⁊ idem dices de iſta omnis homo vel equs currit. Si ly omnis diſtribuat totum diſiunctum.

¶ Dicitur vel ſm omnes ſuas partes diſtribuibiles ꝓpter tales cuiuſlibet hominis quilibet equs currit. Sortis quilibet equs currit. Omnis homo ⁊ omnis equs currit. Omnis homo: ⁊ ſortes currit: non tamen iſte. Hominis quilibet equus currit: nec iſta. Omnis homo ⁊ eque currit: nec iſta. Omnis homo vel omnis equs currit: qꝛ ly vel eſt particularitas: ideo ſi debeat fieri vniuerſalis oportet ly vel verti in vniuerſalitatem: ſcilicet mutando in ly ⁊ vel negando illud ſic. Omnis homo non vel equus currit. Quid ſit terminus communis in terminis videre licet.

¶ Definitio propoſitionis particularis ſic intelligitur propoſitio particularis eſt propter categorica: in qua ſubiicitur terminus communis determinatus ſm ſe totum categorematice vel ſm oēs ſuas partes determinabiles a ſigno vel ſignis particularibus.

¶ Signa particularia ſunt ſigna habentia vim mutādi ſuppoſitionem ſimplicem in perſonalem: que non diſtribuunt: nec ſingularizant terminos. Qualia ſunt iſta: aliquis: quidam: quilibet ſm grammaticos probantes hoc ex Hieronymo Leuitici. 13. dicente. Adducetur ad Aaron vel ad vnum quenlibet filiorū eius: quod grece ſcribitur ſeu ad vnum filiorum ipſius. ¶ Idem poſſet probari per tranſlatorem philoſophi 2°. thopicorum: qui dixerit vnum quodlibet: quodā modo multa dixit: ſenſus eſt qui dixerit vnum aliquod: ⁊ dixi per tranſlatorem: quia philoſophus nō ſcripſit latine.

¶ Sed pro pͥmo notabis: quā plurimos aſſerere tranſlationē biblie qua cōiter nūc vtimur nō eſſe Hieronymi: ideo argumentū ꝑſupponit falſum. Sed quicquid ſit de hoc dicit: ꝙ ly quilibet equiuoce ſumit a grammaticis: ⁊ logicis: ab illis enim ſumit vice ſigni particularis: ⁊ ab iſtis vice ſigni vniuerſalis. Uideatur ſi placet Laurētius ille de lingua latina bene meritus: ſed in dialectica minime peritus: quod pace illius dictum ſit: videatur in ſuo priº libro ſue logice caplo. 2°.

¶ Definitio propoſitionis particularis intelligatur proportionabiliter ad aliam / vnde patet has eſſe particulares aliquis homo currit: aliquis equs hominis currit: alicuiꝰ hoīs aliqs equs currit: ſortis aliqs eqꝰ currit / aliquis homo vel aliquis equs currit: ⁊ ſic de ſimilibus poteris exemplificare: ⁊ licet ly vel non ſit ſignum particulare eſt tamen particularitas.

¶ Definitio propoſitionis indefinite. Sic intelligi-

tur: propoſitio indefinita eſt propoſitio categorica: in qua ſubijcit terminus communis non determinatus ſm ſe totum categorematice neqꝫ ſm omnes ſuas partes determinabiles ſigno vel ſignis quantificantibus. Et ſic omnes iſte ſunt indefinite: ſcilicet homo currit / hominis equs currit: hominis aliquis equs currit: ⁊ ſic de alijs.

¶ Definitio propoſitionis ſingularis ſic intelligitur/ propoſitio ſingularis eſt propoſitio categorica: in qua ſubijcitur terminus diſcretus vel terminus communis cum pronomine demonſtratiuo primitiue ſpeciei vel relatiuum ſubſtantie idemptitatis referens antecedens diſcretuꝫ / exemplum primi: Guillermus currit / Petrus ⁊ Martinus currit: quia terminus diſcretus hic accipitur pro termino diſcreto complexo vel incomplexo: ſecundi vt iſte homo currit. Dicitur primitiue: quia ſi fuerit deriuatiue ſecus erit. Quia ad minus ex parte pronominis non habebit ꝙ faciat ſingularem: vt patet hic meus bucephalus currit: que eſt ſingularis. Tamen hoc non habet a ly meus: ſed a termino diſcreto: quod patet: quia iſta non eſt ſingularis meus equs currit: ſed indefinita ſm aliquos: licet bene poſſit ſubſtineri eam eſſe particularem: quia ly meus ⁊ ly tuus ſemper denotant terminum accipi perſonaliter.

¶ Dicitur vel relatiuuꝫ ſubſtantie ꝛc. Quia ſecunda pars iſtius diſiunctiue: ſcilicet ſortes currit vel ille eſt albus eſt ſingularis. Nam ly ille ſupponit diſcrete cum referat antecens diſcretum.

¶ Circa predictas definitiones notato: quod quando in eis dicitur: quod ſubiectum diſtribuatur vel particularizetur vel ſingularizetur: ſufficit ꝙ fiat hoc explicite vel implicite. De primo exempla ſunt ſupra poſita. Pro ſecundo erunt iſta nihil currit: que huic equiualet nullum ens currit: vel non ens currit. Aliquid mouetur: que equiualet huic aliquod ens mouetur.

¶ Scito preterea ꝙ qñ dicit in definitionibus a ſigno vel ſignis intelligitur a ſigno vel ab equiualenti ſigno ad minus in conſequendo: vt hoc totum non nullus tantum valet ſicut quidam in conſequendo.

¶ Unde notabis valde: quod ad hoc quod aliqua propoſitio ſit particularis non ſufficit ꝙ equiualeat vni particulari in conſequendo. Nam ſic iſta eſſet particularis homo currit: equiualet enim iſti quidã homo currit: que eſt particularis in conſequendo: quod tamen eſt falſum. Sufficit igitur equiualentia ſignorum in conſequendo inter ſe: non tamen propoſitionum inter ſe.

¶ His igitur pre intellectis: tandem quaſi epilogando omnia dicta: ponitur quedam regula generalis: qua faciliter poſſit dignoſci cuiuſlibet propoſitionis mundi quantitas que talis eſt.

¶ Omne ſubiectum propoſitionis: aut eſt terminus ſingularis: aut terminus communis cum pronomine demoſtratiuo primitiue ſpeciei: aut relatiuum ſubſtantie idemptitatis refererens antecedens diſcretum: aut nullum iſtorum.

¶ Si tria prima: tunc talis propoſitio eſt ſingularis ⁊ breuiter omnibus modis quibus fit ſuppoſitio diſcreta: poteſt fieri propoſitio ſingularis: vnde omnes iſte ſunt ſingulares: Petrus currit / Joannes ⁊ Ferdinandus currunt / ſortis brunellus currit / hominis brunellus currit: cuiuſlibet hominis famellus eſt albus. Non autem iſta Petrus vel Martinus currit/ que poteſt effici ſingularis dicendo iſte Petrus vel Martinus currit demonſtrando vnum illorum: ⁊ ſingularizando totum: ita ꝙ ſenſus ſit iſtud ens quod eſt Petrus vel martinus currit: poteſt effici ſimiliter vniuerſalis dicendo omne Petrus vel Martinꝰ currit: vt ſenſus ſit omne ens quod eſt Petrus vel Martinus currit: ⁊ magis congrue ponitur ſignum in neutro genere quam in maſculino quando tale ſignum cadit ſupra totum aggregatum.

¶ Si vero nullum trium predictorum ſit ⁊ ſubiectuꝫ ſit terminus communis: tunc aut tale ſubiectum eſt terminus complexus: aut incomplexus. Si ſecundũ: ſi tale ſubiectum diſtribuitur complete ſeu incomplete: eſt propoſitio vniuerſalis: vt ſunt iſte: omnis homo currit: vterqꝫ homo currit: quas: quilibet homo currit: ꝛc.

¶ Si particularizatur: eſt particularis: vt quidam homo currit. Si nullum cadit ſupra ipſum ſignũ quantificans eſt indefinita: vt homo currit. Si ſubiectum eſt complexum: aut eſt aggregatum / quod ſemper ſumitur vnice vt eſt adiectiuum cum ſuo ſubſtantiuo: idẽ dic de implicatione poſita in ſubiecto: ⁊ tũc ſeruari debet quod dictum eſt de ſubiecto incomplexo: aut poteſt ſumi vnice: ⁊ non vnice. Et tunc ſi ſumatur vnice etiam eſt idem iudicium ſicut de extremo ſimplici. Sumitur enim tale aggregatum loco termini ſimplicis ⁊ per conſequens reſpiciendum eſt ad totum aggregatum categorematice ⁊ non ad partes ad quantitatem iudicandam.

¶ Si autem ſumatur tale congregatum non vnice vel eſt aggregatum ex recto ⁊ obliquo vel copulatũ vel diſiunctum vel condictionatum. Si tria prima. Ad hoc quod ſit vniuerſalis oportet omnes partes diſtribuibiles aut vſizabiles diſtribui ⁊ vniuerſalizari. Dicitur diſtribuibiles propter partes categorematicas. Dicitur vniuerſalizabiles propter ſincategorematicas: ideo iſta non eſt vniuerſalis omnis homo vel omnis equs currit: quia ly vel eſt vniuerſalizabile negando illud: vel mutando in ly ⁊ quod tamen non fit. Proportionabiliter dic de particularizatione ad hoc ꝙ ſit particularis. Ad hoc autem ꝙ ſit indefinita: ſufficit ꝙ nullum ſignum ponatur vel quod nullum ſignum cadat ſupra totum ſubiectum categorematice / nec aliqua ſigna eiuſdeꝫ ſpeciei ſupra omnes partes: ⁊ ſic omnes iſte ſunt indefinite / omnis equs eſt animal: hominis aliquis equs eſt animal / alicuius hominis quilibet equs eſt animal / ⁊ licet de iſtis duabus vltimis videatur abſonum dicere eas eſſe indefinitas neceſſario eſt dicendum ad ſaluandum iſto modo ꝙ non ſit neceſſe ponere mixtam quantitatem.

¶ Si autem fuerit condictionatum oportet quod totum categorematice diſtribuatur: ad hoc ꝙ ſit vniuerſalis ⁊ ꝙ totum particularizetur: ad hoc ꝙ ſit particularis: ⁊ quod nullum ſignum cadat: ad hoc quod ſit indefinita.

¶ Unde iſta eſt indefinita omnis homo ſi eſt omnis homo eſt riſibilis: poſito quod ly omnis primuꝫ nõ cadat niſi ſupra primaꝫ partem.

¶ Hec regula generalis poſita eſt vt nõ ſit neceſſe ponere miſtã quãtitatẽ. Si vero aliquis perhorreſcat cõcedere iſtã indefinitã: alicuius hoĩs qlibet equs currit / ⁊ ſimiles. Ille tenetur incidere in vnã partẽ iſtiꝰ diſiũctiue. Uel eſt dãda mixta quãtitas vel ꝙ quantitas eſt attẽpenda a pncipaliori pte ſubiecti: ꝗ in agg

pre͞datꝫ ex recto ⁊ obliq̄ erit rect⁹: in copulatis ⁊ diſiū
ctis ⁊c. erit pro libito: quis tenus: ꝑut dicim⁹: ꝙ in hac
ꝓpoſitione homo eſt vel homo non eſt ⁊ leo currit ly
vel ⁊ ly ⁊ pōt eſſe copula ꝑncipalis ſm intentionē ꝓfe
rentis. ¶ Uel poteſt dici ꝙ debet ꝓpoſitio nominari
a nobiliori q̄ntitate. Et ſic vl'itas erit inter oēs nobi
lior: deinde ꝑticularitas ⁊ ſic conſequēter. Et ſic iſta
erit vniuerſalis quidā homo ⁊ oīs equs currit ⁊ iſta
ꝑticularis equs ⁊ quidā homo currit. Cōſimiliter di
catur de aliis. ¶ Quidā dicūt: ꝙ penes priorē partem
ſubiecti eſt attendēda q̄ntitas. Sed ob hoc non exclu
ditur mixta quātitas. Sumēdo quantitatē ꝑut deſer
uit arti ſilogiſtice: prout ipſi ſumūt: hoc patet. Nam
iſta eſt ſingularis ſm eos. ſ. iſtius hoīs quilibet equs
currit. Sed ꝙ ſit vniuerſalis ꝓbo. Poteſt eſſe maior
in dari igitur eſt vniuerſalis. Antecedens patet nam
iſte ſillogiſmus eſt in dari: iſtius hominis quilibet
equus currit: brunellus eſt iſtius hoīs equus: ergo bru
nellus currit. Nec valet dicere ꝙ eſt expoſitorius: q2
eius mediū eſt termin⁹ cōis. Amplius ꝓbat ꝙ ſit vni
uerſalis ſm mentē phī dicētis in libris priorū vniuer
ſalem quidē dico: q̄ omni aut nulli ineſſe ſignificat:
ſed talis eſt p̄fata ꝓpoſitio igit. Accipe ergo ex diſiun
ctiua illa: quam partē malueris.

¶ Ad argumentum 2o: quod aliqui faciūt ꝯ predicta
ſcilicet in acceptione nō vnica ꝑtes ſumunt pluribus
acceptionibus: igit nō debet attēdi quātitas penes to
tum. Reſpondet diſtinguēdo: de ly totū vel ſumendo
illud cathegorematice: ⁊ ſic cōcedo: ſumēdo vero ſin
categorematice: ⁊ ſic nego.

¶ Nunc dubitat primo circa illud qđ dictū eſt in ex
poſitione definitionis vniuerſalis: ſcꝫ ꝙ hypothetica
non eſt quāta ſꝫ ſeſꝫ bene ſm ꝑtes. Et eſt ratio dubii
q2. d. s. dicit ꝙ qñ aliquod accidens nō pōt cōuenire
toti niſi ratiōe partis ſufficit denoīare totū Sed quan
titas (vt dictū eſt) nō poteſt cōuenire hypothetice ni
ſi ratione partis igitur poteſt denominare totū ⁊ ſic
tota erit quanta.

¶ Ad hoc reſpondet: ꝙ maxima eſt vera: qñ tale acci
dens taliter cōuenit parti ꝙ nulli toti pōt cōpetere:
ſicut ſimitas q̄ nulli toti homini pōt cōpetere: ſed ſi
ſit in naſo ſufficit denominare hominem ſimū: tamē
albedo dētis ethiopis lꝫ nō poſſit cōpetere toti nō ſuf
ficit denominare totū: q2 dari pōt aliqs totus homo
albus: ſic eſt in propoſito: nam quātitas pōt cōuenire
alicui toti perfecto in ſpecie: ſcꝫ cathegorice ꝓpoſitio
ni: ideo licet conueniat parti hypothetice non ſufficit
illam denominare quantam.

¶ Secūdo dubitat q̄re q̄ntitas potius attēdit ex ꝑte
ſubiecti ꝙ p̄dicati. Rñdet ꝙ accidēs qđ ꝑmo iſequit
materiā ē q̄ntitas ī phiſicis reb⁹ ⁊ q2 ſub^m in ꝓpōne
habet ſe vt materia: p̄dicatū 2o vt forma: iō iſta ꝓprie
tas q̄ inſeq̄tur ſub^m ſ2 q̄ntitas: ⁊ affirmatio ⁊ nega
tio: q̄ ſeq̄tur copulā ſ2 q̄litas. Et ſi arguas ꝯ: q2 ſ2 ꝙ
eſt duplex p̄dicatū. ſ. formale ⁊ materiale igit aliquod
p̄dicatū hꝫ ſe vt materia. Ad argumētuꝫ rñdet diſtin
guendo aſis vel cōparando p̄dicatū ad ſub^m ⁊ ſic ne
go: q2 omne p̄dicatū iſto modo ſe hꝫ vt forma ⁊ ſub
iectum vt materia: vel cōparando vnū p̄dicatum al
teri ⁊ ſic concedo: nam nō eſt incōueniens ꝙ vna for
ma ſe habeat vt materia reſpectu vlterioris forme:
ſicut anima eſt forma corporis ⁊ reſpectu ſciētie ſe ha
bet vt materia vtrunqꝫ tamen predicatum reſpectu
ſubiecti dicitur forma.

¶ Tertio dubitat cui⁹ q̄titatis ſit iſta. ſ. cuiuſlibꝫ hoīs
brunellus currit. Si dicas vt ſupradictum eſt de illa
cuiuſlibet hoīs fauell⁹ eſt alb⁹ eam eſſe ſingularē / cō
tra oēs ꝑtes ſubiecti diſtribuibiles diſtribuunt igit
eſt vl'is: aſis ē liq̄dū: ꝯña ꝑꝫ a definitiōe ad definitū.

¶ Rñdet admittēdo ſolutionē datā ⁊ ad arg^m in op
poſitū negat ꝯñā: q2 nō pōis totā definitionē: dēfinitio
ei dic ꝓp^o vl'is ē categorica ī q̄ ſubiicit tēs cōe: modo
nego tibi ꝙ ſubiectū p̄dicte ꝓpoſitionis ſit tēs cōis
ſed ſingularis: qñ eñ eſt aggregatū ex recto ⁊ obl. q̄
⁊ rect⁹ ē t⁹ ſingularis totuꝫ aggregatū ē t⁹ ſingularis.
ad minus in ſupponendo.

¶ Quarto dubitat de iſta hoc vl'e eſt ſpēs hūana: de
moſtrata nā hūana exñte obiectiue in intellectu: ꝙ
ſit ſingularis ꝑꝫ p definitionē: ꝙ nō: ꝓbat ſic: ſub^m ē
pluribus eſt ꝟificabile igit. Ad hoc cōceſſo p^o arg^o
q2 verū cōcludit. Reſpōdet ad ſecunduꝫ diſtinguēdo
aſis vl' ē pl'ib⁹ ſuppoſitis immediate īportatis p hūc ter
minū vl'e: q̄ ſunt hoc vl'e ⁊ hoc vl'e ⁊ ſic nego: vel de
pluribus hominibus ſingularibus que ſunt eius ſup
poſita aliquo modo ⁊ immediate ⁊ ſic concedo: ⁊ hoc
non impedit quin ſit ſingularis.

¶ Quinto dubitat de iſta: iſte hō currit: p ly iſte de
monſtrādo equū: ꝙ ſit ſingularis liq̄t ex definitiōe:
ꝙ nō: ꝓbat ſic. Si eſſet ſingularis ſubiectū ſingulariza
retur pro equo: ſꝫ hoc nō igit nō eſt ſingularis.

¶ Maior eſt de ſe nota: minor ꝓbatur: nullus termi
nus ſingularizat: niſi pro illo qđ ſignificat. Sed ly hō
nō ſigñat equū: ergo nō pōt ſingularizari pro illo.

¶ Ad hoc reſpōdet: cōcedēdo ꝑmū arg^m: q2 ꝯcludit
ꝟum. ſ. ꝙ eſt ſinglaris. Ad 2^m: cōceſſa maiore: negat mi
nor ⁊ ad ꝓbationē ꝯcedo maiorē. ſ. null⁹ t⁹ ⁊c. ⁊ ad mi
norē diſtinguo: ꝙ ly hō nō ſignificet equū vel ſimpl'r ⁊
abſolute ⁊ ſic cōcedo: ex ſuppoſitione ⁊ ex vi demon
ſtrationis nego. Nam qñ tu: demonſtrato equo: dicis
iſte hō: q̄ſi de nouo imponis illū terminū homo ad ſi
gnificandū equū. Alio modo poſſet reſpōderi nō ad
mittēdo congruitatē ꝓpoſitionis. Et admittēdo. Alii
aliter dicūt: ſed mihi videt dicendū qđ dictuꝫ eſt. Ex
hoc habet ꝙ aliq̄ eſt ſingularis q̄ nulli⁹ eſt vniuerſa
lis. Ut patet de p̄dicta ꝓpoſitione q2 nec eſt iſti⁹ oīs
homo currit. Nec iſtius oīs equs currit: nō ꝑme: q2
ſub^m illius nō ſupponit p equo/ nō 2^e: q2 nō hñt iſta
⁊ illa eūdē t^m p ſubiecto: ſi tñ ly hō imponeret de no
uo ad ſignificandū equos: prima eſſet ſua vniuerſalis:
tamen en rebus vt nunc: nulla valet aſſignari.

¶ Sexto dubitat ē iſta. Homo eſt ſpēs: p cui⁹ ſolutiōe
nota duplicē eſſe ꝓpōneꝫ ſingl'reꝫ (ꝑut ī pñti ſufficit)
quedā ei ē q̄ ad modū tñ ⁊ eſt illa q̄ ſeruat cōdictōes
ꝓpoſitiōis ſingl'aris q̄ ad aſcenſum ⁊ diſcēſuꝫ ⁊ cōtradi
ctionē ⁊ tñ ei⁹ ſubiectū ē aliqđ cōe: alia eſt ſingularis
quo ad rē ⁊ modū vt ſortes eſt. His habitis ſ2 ꝙ pre
dicta propoſitio eſt ſingularis: primo modo: ſed non
ſecundo. Sed ſimpliciter eſt indefinita.

7^o. Dubitat ē iſta hoc imaginabile ē hec chimera ꝙ
ſit ſingl'aris ꝑꝫ p definitiōeꝫ: ꝙ nō: ꝓbat: ſic (ſuppon̄ēdo
ꝙ ly hoc demonſtret chimerā in imaginatione) eius
ſubiecto nō repugnat ꝟificari de pluribus: igit nō eſt
ſingl'aris. Ad hoc rñdet q̄dā doctor ꝙ ei⁹ ſubiecto: ꝑut
ibi ſumit: repugnat ꝟificari de pl'ibus: ſꝫ contra hoc
ſic arguo. ly hoc imaginabile: ꝑut ibi ſumit: hꝫ āplia
tionē intrinſecā: igit de q̄cūqꝫ p̄dicet p̄dicabit cum il
la. Et p cōſequēs poterit de pluribus ꝟe p̄dicari: qđ
patet quia ſic iſta eſt vera ſortes eſt hoc imaginabi
le. Quia ſenſus eſt ſortes eſt vl' fuit vel erit vl' pōt eē
vel imaginat eſſe hoc imaginabile: qđ eſt verum ſm

e diter loquenteſ: ſm ꝙ ꝓcedit argumentū. Similiter
poteris probare iſtam: plato eſt hoc imaginabile.
¶ Ad iſtud argumētū: vtcunqꝫ difficile: videt mihi du-
pliciter poſſe reſponderi vt euacuetur vtraqꝫ reſpon-
ſione argumenti: ⁊ replica. Primo enī diſtinguendo
antecedēs .ſ. ꝙ poſſit verificari de pluribus: vel de plu
ribus: ⁊ ꝓ pluribꝰ ſuppoſitis termini verificādi: ⁊ ſic ne
go añs: ⁊ cōcedo cōſequentiā: vel de pluribus: ſed nō
pro pluribus ſuppoſitis talis termini verificandi: ⁊ ſic
concedo añs: ⁊ nego conſequentiā. Quia ꝓmum re-
quiritur ad hoc ꝙ aliquis terminus ſit cōis. Nā qñ
ego dico ſortes eſt homo: plato eſt homo: ly homo nō
verificat de ſorte ⁊ platone ꝓ eodē ſuppoſito. Sed ꝓ
diuerſis. Cuius oppoſitū inuenit in iſtis plato eſt hoc
imaginabile. Sortes eſt hoc imaginabile. Dato ꝙ te
neant vere. Quod aliqui ꝓbant vt ſupra dictū eſt. Si
autem aliqs diceret: ꝙ quādo ponit ꝓ nomē vt ibi: il
le terminꝰ imaginabile: nō ampliat. Poſſet ſibi ꝓba
ri oppoſitū. Quia iſte eſt bonus deſcēſus. Chimera ē
imaginabilis: ergo chimera eſt hoc imaginabile: vel
chimera eſt hoc imaginabile: ⁊c. ergo ſeruat eādē am
pliatio in deſcēdētibꝰ ⁊ deſcēſa ⁊ ꝑ ꝯñs habet intētū.
¶ Alio modo poſſet rñderi negādo añs .ſ. ꝙ nō ſibi re
¶ Sed hoc non debet eſſe mirum. Equidem ſm phi-
loſophum: vno inconuenienti dato: plura contingere ne-
ceſſe eſt. Quam obrem videtur mihi aliter eſſe dicen
dum. Pro quo pono cõcluſiones quarum prima eſt.
Nullum relatiuum reciprocum (Salua ſua natura)
poteſt ſumi vnice (proprie ſumendo acceptionez vni-
cam) cum aliquo termino. Niſi talis terminus fuerit
ſuum antecedens ſibi immediate coniunctum.
¶ Iſta cõcluſio ꝓbatur ſic. In iſta ꝓpoſitione quilibet
equus hominis quilibet equus ipſius met eſt ly ipſius
met: nõ põt ſumi vnice cum ly eque: ⁊ non eſt maior
ratio de illo relatiuo ꝙ̃ de quolibet alio reciproco: igit
concluſio vera. Minor de ſe patet. Maior vero ſic pro
batur. Si id quod magis videtur ineſſe nõ ineſt: neq;
id qđ minus. Sed magis videbat ꝙ ly ipſius met vni
ce ſumat cum ly hominis a parte ſubiecti: ꝙ̃ cum ly
equus a parte predicati: ſed cũ ly hominis non ſumit
vnice: ergo nec cum ly eque. Deſtructio conſequẽtis
ex ſe liquet. Quia ly hominis: ⁊ ly ipſius met ſunt ter
mini diſtãtes per copulã ⁊ per ly eque a parte ꝑdica
ti. Et nullꝰ hucuſq; dixit hoc: ꝙ q̃ñ aliq̃ termini ſe ha
bent ſicut ſubſtantiuũ ⁊ adiectiuũ. Seu quãdo ſunt
rectus ⁊ obliquus: quorũ vnꝰ ponit a parte ſubiecti: al
ter vero a parte ꝑdicati: poſſint ſumi vnice: igitur nõ
poteſt ſumi vnice cum illo.
¶ Iam vero maior probat ſic (maxima dimiſſa ab om
nibus cõceſſa:) quia magis videtur ꝙ ly ipſius met
ſumatur vnice cũ illo termino cũ quo ⁊ a quo habet
eandem ſuppoſitionẽ: aſcenſum ⁊ deſcenſum: ꝙ̃ cum
illo a quo nullũ iſtorum habet: ſed a ly hominis ha-
bet hoc ⁊ nullo pacto a ly eque: igit minor vera. ergo
⁊ concluſio.
¶ Scđa ꝯ° eſt. Qđ illa regła ꝙ acceptio vnica dz ma
nere eodẽ modo ẽ gñaliſſima in oībꝰ oppoſitionibus
⁊ quod nullam patitur inſtantiam.
¶ Que cõcluſio probat. Si illa regula aliquam pate-
retur inſtantiã: maxime eſſet in predicta ꝓpoſitione:
de qua in queſtione dictũ eſt: vel quando eſt implica
tio: vt alij poſtea impugnãdi dicũt: ſed ꝙ prima exce
ptio non ſit inſtantia ꝓbatum eſt: ⁊ de ſecũda probabi
tur infra: igitur regula generaliſſima eſt.
¶ Reſtat nunc reſpondere ad argumentum ante op-
poſitum. Cũ ergo ſic arguit: q̃ndocũq; obliquus ſequit
eſt acceptio vnica: diſtinguo iſtam maiorem: niſi ali-
unde impediatur concedo: vt clare patet ex dictis.
¶ Si vero impediat nego. Et ſic fit in ꝓpoſito vt pa-
tuit in ꝓbatione ꝑme cõcluſionis. ¶ Dicitur preterea
(vt dictũ eſt) ꝙ illud ſignũ nõ eſt neceſſarium: taliter
ꝙ ſi intellectus velit nõ poſſit ſumere vnice aggrega
tum aliq̃d in quo obliquus ꝑcedit. Et ecõtra nõ vnice
in quo obliquus ſequit. Et notabis: illud ſignuz intelli
gitũ de recto ⁊ obliquo categorematico: ꝙ̃ ſincatego
rematico. Quia per illud ſignũ iſta eſt vnica quilibet
hominis equus currit: ⁊ iſta cuiuſlibet equus hominis
currit non vnica.
¶ Pro tertij reſeratiõe ſciendũ ꝑmo: ꝙ q̃ndo ꝓpoſi-
tio eſt ex ſimplicibꝰ extremis: tũc quolibet extremuz
dicit eſſe in ordine ad aliud. Idẽ dic: quãdo ꝓpoſitio
habet extrema cõplexa vel vnũ tm̃ extremũ comple-
xum. Si tale complexũ ſit acceptio vnica. Exempluz
primi omnis homo eſt animal. Secundi quilibet eqꝰ
hominis: quilibet equus angeli eſt. Tertij quilibet eqꝰ
hominis eſt equus. Et tũc nõ eſt reſpiciendũ ad partes
extremi: ſed ad totũ categorematice.

¶ Si aũt determinatio fuerit nõ vnica. Tũc determi-
natio nõ eſt in ordine ad ſuũ đterminabile: nec ecõtra
Licet bene quodlibet illoruz ſit in ordine ad aliud ex-
tremum: ⁊ ad eius partẽ / ⁊ hoc ſm cõem opinionem:
licet Gaſpar lax teneat oppoſitũ: vt infra dicet in quo-
dam argumento. Exemplum primi vt ſic dicendo cu
iuſlibet hominis equus eſt angeli animal: ly hominis
non diſtribuit in ordine ad ly eque: nec ly eque cõfun
ditur in ordine ad ly hominis: lz bene vtrũq; reſpiciat
partes ſingulas predicati. Et quelibet pars predicati
ſingulas partes ſubiecti.
¶ Si vero fuerint plures determinationes ⁊ plura
determinabilia. Tũc determinatio ⁊ determinabile
vnius partis eſt in ordine ad determinabile: ⁊ deter-
minationem alterius partis eiuſdem extremi: ⁊ econ
tra. Exemplũ horũ eſt hic / cuiuſlibet hominis equus ⁊
cuiuſlibet angeli leo ſunt animalia. Ly angeli ⁊ ly leo
ſunt in ordine ad ly equus ⁊ ly hominis / ⁊ ecõra. Si
autem tale cõplexum fuerit copulatum vel diſiũctuz
ſumptum nõ vnice (nam de ſumptis vnice data eſt re
gula) tũc quilibet pars vnꝰ extremi eſt in ordine ad
aliam eiuſdem ⁊ alterius extremi. Hic exempla ſunt
facilia. Verum ſi tale cõplexũ fuerit conditionatum:
partes eiuſdem inter ſe minime ordinentur.
¶ Habebis inſuper iſtam regulam generalẽ. Qđ ter
minus pertinẽs ad vnum extremũ eſt in ordine ad
terminum pertinentem ad aliud extremum. Dixi
pertinens ⁊ non exiſtens. Quia dicendo equum qui
libet homo videt: ly equum pertinet ad predicatum.
¶ Etſi ponatur in principio ⁊ a parte ſubiecti: quia
illa propoſitio equiualet huic quilibet homo. b. equum
videt. Ignorantia ſiquidem vel inaduertentia huiꝰ
ꝙ̃ plurimos ceſpitare fecit.
¶ Et hec omnia ſumme notabis. Habebis ⁊ aliam
que talis eſt: nec terminus includens relatiuum: nec
ipſum relatiuum eſt in ordine ad ſuum antecedens.
Nec econtra: antecedens in ordine ad relatiuum.
Nec ad terminum includentem ipſum: precipue quã
do ponitur in propoſitione mere categorica: hoc eſt
que non immediate debeat reduci ad copulatiuam
vel diſiunctiuam.
¶ Etſi dicamus: omnis homo ⁊ ipſemet non ſunt
alia. Si vero dicamus ipſemet vel ipſemet omnis ho-
mo eſt: ſumpto ly vel diuiſiue: põt reduci: ſm ali-
quos. Similiter exemplum primi erit hoc: omnis ho
mo ⁊ alius homo non ſunt homines: vide Enzinas in
quarto libro in confirmatione quarti argumẽti con-
tra celarẽ. Et cueto in compendio relatiuorum.
¶ Pro quarti autem elucidatione notandum: ꝙ̃ plu
rimum referre inchoare deſcenſum vel aſcenſum ab
vno termino vel ab alio in aliqua propoſitione.
Nam ſolum hoc erit in cauſa: ꝙ propoſitio vera pro-
betur falſa ⁊ econtra. Ut in hac propoſitione videre
re licet. Quemlibet equum ſuum quilibet homo vi-
det: poſito caſu: quod quilibet homo habeat vnum
equum ⁊ nullus homo videat equum alterius homi-
nis. ¶ Si enim deſcendatur primo ſub ly equum ſuuz.
Sic dicendo iſtum equum ſuum quilibet homo videt
⁊ iſtum equum ſuum quilibet homo videt ⁊ ſic de ſin-
gulis equis ab hominibus poſſeſſis poſita conſtantia.
¶ Omnes deſcendentes ſunt falſe: quia in qualibet
earuz denotatur quod idẽ numero equus demonſtra
tus poſſideatur a quolibet homine ⁊ a quolibet videa
tur: quod falſum eſt.
¶ Verũ ſi inchoet deſcẽſus a ly homo: ſic dicẽdo: queſ

libet equum ſuum: iſte homo videt ⁊ ſic de ſingulis
omnes deſcendẽtes ſunt vere: vt liquet caſuz intuẽti
¶ Sit igitur prima regula talis. A quocũq termino
inchoatur deſcenſus manifeſtatiuus veritatis: vel fal
ſitatis in vna oppoſitarum: ab eodem inchoetur in re
liqua. Dicitur notanter manifeſtatiuus: ⁊c. Quia ſi
deſcenſus vel aſcenſus talis non ſit/ hoc non oportet.
Quod propter deſcenſum diſiunctum dictum ſit: qui
potius veritatẽ obnubilat: ꝙ declarat: ideoq lz in iſta
propoſitione omnis homo eſt animal: licituz ſit deſcẽ
dere ſub predicato: non propterea oportet ꝙ in ſua
contradictoria: que eſt iſta: aliquis homo non eſt
animal: inchoetur deſcenſus a ly animal.
¶ Secũda. A termino ſtante determinate inchoan-
dus eſt deſcẽſus prius ꝙ a termino diſtributo: niſi ter
minus ſtans determinate fuerit determinabile ⁊ de-
terminatio termin⁹ diſtributus acceptionis nõ vnice.
Quia tunc inchoari debet deſcenſus a termino diſtri
buto. Quia determinatio eſt ianua in tali acceptione
vel via ad ſuum determinabile. Ut hic cuiuſlibet ho-
minis. b. equs currit: inchoandus eſt deſcenſus a ly
hominis. In iſta vero: homo non eſt animal inchoa
ri debet deſcenſus a ly homo. Nec curandum eſt de
deſcenſu ſub ly animal: addito relatiuo idemptitatis:
quia magis veritatẽ obfuſcat ꝙ apperiat: vt de diſiun
cto deſcenſu dictum eſt.
¶ Tertia. Nõ licet deſcendere ſub determinabili acce
ptionis non vnice: quin prius deſcendatur ſub deter
minatione: quia ianua illius eſt ⁊ ab illa dependet
(vt dictum eſt) niſi determinatio fuerit relatiuum re
ciprocum vel ipſum includens. Quia tunc inchoari
debet deſcenſus ab antecedente talis relatiui: ſiue
fuerit determinabile talis determinationis ſiue non:
Ut hic: quemlibet equum ſuum quilibet homo eſt vi-
dens: inchoari debet deſcenſus a ly homo: qui termi-
nus non eſt determinabile illius determinationis (vt
aliqui ⁊ male dicunt:) ſed eſt antecedens relatiui. Et
ly videns eſt illius determinationis determinabile.
¶ Adde etiam aliam exceptionem notandam. Et eſt
Niſi determinatio ſuppoſuerit confuſe tantum in ali-
qua cõtradictoriarum: vt hic. a. hominis equs nõ currit:
Quo pacto iſta exceptio veniat intelligẽda: argumẽ
tis in poſterum ponendis elucidabitur:
¶ Obiter tamen dico ſic in ſũma. Quando determi-
natio ſupponit confuſe tantum vel ſuum determina-
bile ſimiliter ſupponit cõfuſe tm̃. Et tunc deſcenden-
dum eſt ſub termino exiſtente in alio extremo ſuppo
nente diſtributiue. Si talis fuerit: nam alias confuſa
prima equiualebit determinate.
¶ Si vero determinabile ſupponat determinate ab il
lo inchoabitur deſcenſus. Si vero determinabile di-
ſtribuitur: tunc vel a parte alterius extremi eſt ali-
quis terminus diſtributus vel non. Si primum/ a ta-
li termino diſtributo in alio extremo inchoabitur deſ
cenſus. Ut tollatur confuſa determinationis.
¶ Si ſecundum: inchoabitur a determinatione: quia
talis confuſa reputabitur determinata. Exempla ho-
rum accipe in iſtis propoſitionibus: ſcilicet. a. homi-
nis. a. equs non eſt animal. a. hominis equs non eſt
animal. a. hominis quilibet equs non eſt animal: a.
hominis quilibet equs eſt animal.
¶ In quarum prima inchoabitur deſcenſus a ly ani-
mal: in ſecunda a ly equs: in tertia a ly animal: in
quarta a ly hominis. In iſta autem. a. hominis equs
omne animal eſt: poſſumus indifferenter deſcendere
ſub ly hominis ⁊ ſub ly eque: quia in affirmatiuis ta-
lis confuſa determinationis equiualet determinate
non autem in negatiuis vt patet intelligẽti.
¶ Nec contradicitur ſecũde regule hic. Primo: quia
ibi dicitur: ſi determinatio eſt terminus diſtributus.
Secundo: quia ibi dicitur: ꝙ a determinatione eſt in-
cohandus deſcenſus prius quam a determinabili. Et
non prius ꝙ ab aliquo alio termino. Tertio: quia il-
lud intelligitur: niſi aliquis error cõmittatur qui ta-
men contingeret hic: ſcilicet. a. hominis equus non
eſt animal: ſi deſcenſus inchoaretur a ly animal: reſpe
ctu ſiquidem determinabilis argueretur a pluribus
determinatis ad vnam in aſcenſu ⁊ in deſcenſu ab
vna ad plures. Et quando dicitur ꝙ determinatio eſt
ianua: intelligitur precipue reſpectu determinabilis.
Et ſic omnia conſonant.
¶ Quarta Sub determinatione accepta vnica (Su-
mendo determinationem proprie) hoc eſt pro parte
(nunꝙ eſt deſcendenduz (ad minus per ſe) ⁊ natura
acceptionis vnice remanente vt hic: quilibet equs ho
minis currit; nec ſub ly hominis preciſe: nec ſub ly
equs tantum eſt deſcendendum. Sed ſub toto aggre
gato categorematice: vt cuilibet naturam acceptio-
nis vnice callenti perſpicuum eſt.
¶ Quinta. Non tollatur confuſa: niſi prius tollatur
diſtributiua in ordine ad quam eſt. Quapropter deſ
cenſus hic nihil valet cuiuſlibet hominis equs non
eſt animal: ergo iſtius hominis eque non eſt animal:
⁊ ſic de ſingulis: ſuppoſita cõſtantia: quia antecedens
dabitur verum ⁊ conſequens falſum: ſed oportet ſic
dicere: ergo iſtius hominis. a. equs non eſt animal.
¶ Sexta: Eſt de bene eſſe ⁊ nõ de neceſſitate. Et eſt ta
lis in deſcendendo ſemper ſeruetur ordo quẽ termini
habẽt in ipſa propoſitione. Ita ꝙ primo deſcendatur
ſub primo: ſecundo ſub ſecundo: ⁊ ſic conſequenter:
niſi aliunde obſtat aliquid. Nam in hac propoſitione
a: homo non eſt animal inchoari debet deſcenſus a ly
animal: vt confuſa remoueatur.
¶ Nũc vo. Pro quinti ⁊ vltimi enodatione ponuntur
regule quarum prima hec eſt. Omnis confuſa ſuppo
ſitio termini a quo primo inchoãda eſt probatio: equi
ualet determinate: vt in iſta propoſitione. a. hominis
quilibet equs angeli quilibet equs eſt: cõfuſa illi⁹ ter
mini hominis equiualet determinate. q2 ab illo termi
no inchoari debet p̃mo deſcẽſus: q2 a determinabili-
bus inchoari non põt: cum a ſuis determinationibus
dependeant: ⁊ ambe determinationes ſupponant con
fuſe tantum. Ideo vt ordinate deſcendamus: primam
determinate equiualere neceſſe eſt ſm communio-
rem oppinionem.
¶ Ex quo patet ꝙ ſi fuerit aliqua confuſa reſpectu di-
ſtributionis: ⁊ prius ſit incipienda probatio a tali con
fuſa: tunc illa cõfuſa equiualebit determinate reſpe-
ctu talis diſtributionis. Ut iſte equiualẽt: ſcilicet. a.
homo omne videns ſe eſt: homo omne videns ſe eſt:
ſi ly homo ſit antecedens illius relatiui.
¶ Secũda. Cõfuſe determinatiõis reſpectu ſui deter-
minabilis equiualet determinate. Et ſic iſte ꝓpoſitio-
nes equiualẽt. a. hoĩs q̃libet equs currit/ hoĩs q̃libet
equs currit: ſm cõem opinionẽ. Oppoſitũ tñ hui⁹ te-
net Lax vt dictũ eſt. Huic adde determinatã ſuppoſi
tionem termini vltimo probabilis equiualere con-
fuſe. Quare ſic dicendo cuiuſlibet hominis. b. equs
cuiuſlibet angeli. b. animal eſt: ly animal ſuponit equi-
ualenter confuſe.

¶ Tertia ſuppoſitio cōfuſa tm̄ reſpectu termini non
diſtributi: aut reſpectu termini diſtributi immobili-
ter: equiualet determinate. Diſtributionem immobi-
lem voco in propoſito termini diſtributum ſub quo
non licet deſcendere copulatiue. Exemplum primi. a.
homo eſt animal/ ſecundi. a. homo contingēter non
eſt animal. a. homo differt ab animali. Quod tamen
intelligo dummodo talis confuſa non proueniat a
ſpeciali ſigno confuſionis. Quia iſte non equiualent:
immediate poſt hoc erit inſtans: inſtans erit imme-
diate poſt hoc. Similiter. Nec iſte incipit calor eſſe
in hoc ſubiecto: calor incipit eſſe in hoc ſubiecto: ſup-
ponendo cum noīalibus calorem acquiri ſucceſſiue:
etiam quo ad primum gradum: quod falſum eſt in
via ſancti thome.

¶ Quarta. Si in aliqua propoſitione ponitur aliquis
terminus communis non diſtributus: ſiue talis termi-
nus ſupponat confuſe: ſeu determinate. Si talis ter-
minus non poſſit habere plura ſuppoſita: tunc talis
ſuppoſitio termini non diſtributi equiualet diſtribu-
tiue: ⁊ econuerſo: ſcilicet diſtributa non diſtributiue.

¶ Exemplū primi: albū quod eſt omnis homo currit.
Secundi. a. album quod eſt omnis homo currit.
Tertij omne album quod eſt omnis homo currit.
Omnes iſte tres propoſitiones inter ſe equiualent.
Idem dico de confuſa: q̄ eſt in ordine ad diſtributiuam
non potentem habere niſi vnicum ſuppoſitū ad hoc
quod ſit vera: vt patet hic omnis homo qui eſt om-
nis homo eſt animal. Ubi ly animal equiualenter
ſtat determinate.

¶ Idem dic quando aliqua determinatio totalis ſtat
confuſe: ⁊ determinabile diſcrete: vt hic. a. angeli bru-
nellus non eſt animal. Dicitur totalis: nā iſte non
equiualent: cuiuſlibet angeli ⁊ angeli brunellus om-
ne animal eſt: cuiuſlibet angeli: ⁊. b. angeli brunellus
omne animal eſt. Nam caſu quo tantum ſint duo an-
geli poſſidentes copulatim brunellum: qui ſolus ſit
animal. Una eſt vera: ſcilicet illa in qua ſtat confuſe/
ly angeli: ⁊ alia falſa: vt patet per deſcendentes. Nam
facto deſcenſu ſub termino ſtāte determinate: poſtea
quando ſub termino ſtante diſtributiue deſcenda-
tur ad eundem angelum: erit illa deſcendens falſa.

¶ Ex hac regula infertur ꝙ ſi in aliqua propoſitione
ponatur aliquis terminus: ⁊ propoſitio non poſſit ve-
rificari illo termino habente plura ſuppoſita: illius
termini ſuppoſitio diſtributiua: nō diſtributiue equi-
ualet: ⁊ econtra. Ut iſte equiualent. Omnes ſtuden-
tes ſunt viginti. Omnes oēs ſtudētes ſunt viginti: ſu-
mendo in prima ly omnes collectiue: ⁊ in ſecunda pri-
mum omnes diſtributiue: ⁊ ſecundum collectiue.

¶ Et intelliguntur predicte regule de equiualētia in
conſequēdo: non in ſignificando.

¶ His vtcunqꝫ prelibatis: textus expoſitionē aggredi
oportet. Pro cuius intellectione. Notandū ꝙ cū dici-
tur. Item ꝓpoſitionum vtroqꝫ termino participan-
tium: ⁊c. huius diuiſionis diuiſum eſt totum hoc: vel
debet ſumi totum hoc: ſcꝫ due ꝓpoſitiones vtroqꝫ ter-
mino participātes ſm eundē ordinē oppoſite aliquo
quattuor modorū dicendorum. Et diuiſio eſt hec. Alie
ſunt cōtrarie. Alie ſubcontrarie. Alie contradictorie.
Alie ſubalterne. Uerū anteꝙ quodlibet membrum in
particulari declarat̄ eſt notandū. Q̄ ꝓpoſitiones di-
cuntur oppoſite ab oppoſitione. Ideo dicendū: ꝙ du-
plex eſt oppoſitio quedā enim eſt realis. Ueluti repu-
gnantia que eſt inter calidū ⁊ frigidū. Alia eſt logica
⁊ hec eſt duplex quedaꝫ eſt hypothetica: alia catego-
rica: de prima in hypotheticis dicet̄. Categorica iterū
eſt triplex quedaꝫ eſt ſm legem tm̄. Alia ſm legem ⁊
modum enuntiādi ſimul. Alia ſm modum enuntian-
di tantū. Et poſui iſta tria mēbra ꝓpter euadēdas ſo-
phiſticas importunitates ꝙ plurimas: dato ꝙ nō me
fugiat conditiones ob legē obſeruandā poſitas eſſe.

¶ Sed ex quo poſite ſunt ſufficienter: prout facultas
humani potuit ingenij: nō iniuria pōt addi. Tertium
membrū: vt feci. Et hoc dico: qꝛ difficillimū reputo/ ne
dicam impoſſibile) aliquod purū humanū ingenium:
in ſuis naturalibus dimiſſum. Sic aliquas cōtrarias
vel ſubcōtrarias vt alias oppoſitiones dimittā) cōdi-
ctionibus circūdare: quin poſſint dari alique illas ſer-
uantes conditiones: qbus repugnet veritas ⁊ falſitas
de forma acceptiōis terminoꝝ. Que lex pertinet ad
contradictorias. Niſi aſſignet̄ pro cōdictione: ꝙ ſer-
uent ſuā legē. Ut quidā fecit in oppoſitione ſubalter-
na. Sed illa poſita: ſtultū eſſet alias ſuꝑaddere. Bene
tñ verū eſt. Quod nulle ꝓpoſitiones habētes cōditio-
nes ꝯtrariū poterūt dari ſimul vere: qd̄ eſt ꝑma pars
ſue legis. Et ꝓpterea hec cōſequētia: inferiꝰ ſepiꝰ fa-
ciēda eſt bona. ſ. iſtis ꝓpoſitionibꝰ cōueniunt conditio-
nes ꝯtrarioꝝ ⁊ tñ pñt dari ābe vere: igit̄ cōditiones nulle
tādē dico ꝺ ſubcōtrarijs: q̄ ad hoc: qd̄ ē nō poſſe dari am-
bas falſas. Et ſic nō dat̄ locꝰ ꝓpter iſtos vł ignorātibꝰ:
vt poſſint effugere difficultates circa oppoſitiōes cō-
tingētes. Ut ꝑſpicienti diligēter pꝫ. Exēplū autē huiꝰ
qd̄ dixi: pꝫ ī iſtis oīs hō ē ⁊ nō eſt aīal: nullꝰ hō ē vel
nō eſt aīal. Que hñt cōditiōes ꝯtrariarū: ⁊ tñ ſeruāt le-
gē ꝯdictarioꝝ. Et ſi dicat̄ hō eſt vel nō eſt aīal: hō nō
eſt vel nō eſt aīal. Seruāt eandē legē: ⁊ ſunt ſubcōtra-
rie de modo enuntiandi.

¶ Ideo multis dimiſſis: q̄ ſꝫ a qbuſdā ſolēt dici: eo ꝙ
ſint indemoſtrabilia: ⁊ ad nomen cōſiſtentia. Definit̄
ſic oppoſitio ſꝫ legē tm̄. ſ. eſt repugnātia duaꝝ catego-
ricarū in veritate tm̄ vel falſitate tm̄ vel in vtroqꝫ vł
ſic ſe habentiū ꝙ vna infert aliā ⁊ nō ecōtra: q̄ partici-
pantes in extremis: aliqua conditione ad oppoſitionē
ſm modū enūtiandi reqſita: carent.

¶ Dixiqꝫ participātes ī extremis. Quia dicere ꝙ iſte
ſunt ꝯdictorie de lege: ſcꝫ hō poſſibiliter eſt hō: ⁊ eqꝰ
impoſſibilit̄ ē eqꝰ. Neſcio qd̄ cōmodi afferat. Ideo vi-
det̄ mihi qd̄ dixi eē rōnabiliꝰ: lꝫ neutrū ſit demoſtra-
bile. Et pōt iterū talis oppᵒ diuidi. Nam quidā eſt de
materia tm̄. Alia de forma. Alia de forma acceptiōis
terminoꝝ. Et pono exēplū ī lege ꝯdictoriarū: qꝛ hoc ē
parue vtilitatis ⁊ magne curioſitatis. Dico ḡ ꝙ ſi aliq-
bus ꝓpoſitiōibꝰ repugnat vitas ⁊ falſitas tm̄ de mate-
ria: ꝯdicūt ī illa mā tm̄. Si ꝺ forma tm̄: erūt ꝯdictorie
de forma. Si de forma acceptiōis terꝰoꝝ: cōſiter talr
cōtradicunt. Semper intelligendo de lege.

¶ Exēplū pꝰmi hō ē aīal: hō nō ē aīal: q̄ nō pñt dari vē
vł falſe ī illis terīs. Tñ iſte hō currit: hō nō currit ſūt
eiuſdē forme. Et ābe ſunt vē: nō abſoluēdo ly ē a tēpo-
re ī primis: alias ſcꝫ e nō eſſent eiuſdē forme cū illis.
Et abſoluēdo a tpe accipe iſtas. Subª eſt hō: ſubª non
eſt hō: q̄ ſunt vere. Exēplū ſcꝺi hō eſt hō: hō nō eſt hō:
quibus repugnat vitas ⁊ falſitas de forma. Tamē ille
due: ſubª eſt hō: ſubſtātia nō eſt hō: ſunt eiuſdē acce-
ptionis: nō tñ eiuſdē forme: cū nō ſeruet̄ ſinonimitas
extrinſeca. Et tamen ſunt ambe vere. Exemplum ter-
tij: homo eſt ⁊ nō eſt animal: homo eſt vel nō eſt ani-
mal. De his non plura. Cum in alijs libris ſi videre
re velis reperies plurima.

¶ Oppoſitio ſm modum enunciandi tantum eſt repugnantia duarum categoricarum vtroqꝫ termino participantium ordine eodem in qualitate tantum: vel quantitate tantum vel in vtroqꝫ: que lege carent oppoſitarum. Sic quod contrarie non ſeruent ſuam legem: nec ſubcontrarie ſuam: ⁊c.

¶ Unde patet: iſtas eſſe contradictorias de modo enunciandi tantum. ſcilicet omnis propoſitio vniuerſalis affirmatiua eſt falſa. Aliqua propoſitio vniuerſalis affirmatiua non eſt falſa: quibus repugnat veritas ⁊ non eſt falſitas. Nam caſu ꝙ ille tantum ſint in mundo ambe ſunt falſe. Et hoc: ſuppoſita communi oppinione de reflexiuis: quare hoc dixerim ſuo loco videbitur.

¶ Oppoſitio ſm modum ⁊ legem eſt repugnantia duarum categoricarum vtroqꝫ termino participantium ordine eodem ſm diuerſam qualitatem tantum vel quantitatem tantum vel ſm vtrunqꝫ in veritate ſolum vel falſitate ſolum vel in vtroqꝫ vel in hoc: ꝙ vna infert aliã non tamen ecõtra ſeruatis ſeruãdis.

¶ Ex qua definitione notabis: ꝙ ad hoc ꝙ alique propoſitiones ſint oppoſite vtroqꝫ modo: oportet illas habere duplicem repugnantiam. Prima erit in modo enunciandi quod denotatur per primam partem definitionis. Et dicitur ſm diuerſam qualitatem tantum: propter contrarias ⁊ ſubcontrarias: dicitur ſm quantitatem tantum: propter ſubalternas. Dicitur ſm vtrunqꝫ propter contradictorias. Alia eſt repugnantia ſm ſignificationem: que denotatur per ſecundam partem definitionis. Et dicitur in veritate tantum: propter contrarias: in falſitate tantum: propter ſubcontrarias. In vtroqꝫ propter contradictorias vel in hoc ꝙ vna infert aliam ⁊ non econtra: propter ſubalternas.

¶ Oppoſitione igitur ſic diuiſa. Et membris omnibus definitis: operepreciũ videtur fore aliquas generales aſſignare conditiones ad vnam quamqꝫ oppoſitionem neceſſario requiſitas quarum prima eſt.

¶ Quod omnes propoſitiones oppoſite participent vtroqꝫ extremo ordine eodem. Hoc eſt: ꝙ extrema ſit ſinonima quo ad partes omnes extremorum: tam categorematicas ꝙ̃ ſincategorematicas: ſincategorematicas inquã variantes veritatem: vel falſitatem propoſitionum. Quod ſi fuerit tale ſincategorema: quod veritatem vel falſitatem non variet: hoc non requiritur. ¶ Unde illud ſincategorema dicitur non variare veritatem vel falſitatem propoſitionis: quod ſic ſe habet: ꝙ poſito in propoſitione ſiue fiat pars extremi: ſiue non: nõ poterit variari veritas vel falſitas. Ut ly quidam. dicendo ſic quidam homo eſt animal: que propoſitio ſemper eſt vera: ſiue ly quidam ſit pars extremi (vt aliqui dicunt ſiue non (vt alij tenẽt) quod nõ contingit in ly omnis. Nam ſic dicendo: omnis homo eſt animal. Si ly omnis non ſit pars extremi: eſt vera propoſitio: ſi autem fiat: eſt falſa. Quia ſenſus eſſet. Aliquid quod eſt omnis homo eſt animal. Quare iſte bene opponuntur: ſcilicet homo eſt aliquod animal: nullus homo eſt animal. Dicitur eodem ordine. Nam ſi non ſeruetur idem ordo: poterunt eſſe oppoſite de lege: non tamen de modo enunciandi. Quod patet. Quia licet iſte due homo eſt animal: ⁊ nullum animal eſt homo (nõ abſoluendo ly eſt a tẽpore) repugnent inter ſe: nõ tamẽ ſunt contradictorie. Quia iſte ſunt eiuſdem acceptionis terminorum cum illis ſcilicet homo eſt animal: ⁊ nullum currens eſt homo: que ſunt vere. Si nullus homo currat. Niſi velimus dicere: ꝙ in contradictorijs debet ſeruari ſinonimitas intrinſeca: illa eadem que in conuerſionibus: quod non videtur rationabile. Et ſic oportet gloſare dictum magiſtri Bruxellẽſ. dicentis: ꝙ ordo non requiritur niſi pro iuuenibꝰ: ſcilicet ad hoc ꝙ opponant de lege.

¶ Secunda eſt ꝙ participent in copulis. Hoc eſt ꝙ habeãt copulas ſinonimas: quod intelligitur: tam de copulis principalibus: ꝙ̃ de minus principalibus. Quare iſte non opponuntur. Sortes fuit currens: ſortes non eſt currens. Nec iſte omnis homo qui currit eſt homo: ⁊ omnis homo qui cucurrit non eſt homo. Modos autem copularum non oportet eſſe ſinonimos. Si ſint modales: quia iſte bene opponuntur: ſortes poſſibiliter currit: ſortes impoſſibiliter currit.

¶ Ideo excipiuntur illi quattuor modi qui faciunt modales: alias requiritur ꝙ ſint idem modi: ⁊ ſinonimi in oppoſitis. Unde iſte non opponuntur ſortes forte currit: ſortes non velociter currit.

¶ Tertia eſt ꝙ ſint oppoſite qualitatis. Que regula intelligitur exceptis copulis implicationis: que debent eſſe eiuſdem qualitatis. Et non ſumitur hic qualitas propoſitionis affirmatiue vel negatiue: ita ſtricte vt in qualitatibus: alias iſte non eſſent oppoſite: ſcilicet. Sortes eſt vel nõ eſt animal. Sortes non eſt ⁊ eſt animal. Poſito ꝙ negatio in ſcḋa propoſitione non cadat: niſi preciſe in primam copulam. Intelligitur: ergo oppoſita qualitas in preſenti: ſub iſto ſenſu: ſcilicet ꝙ copula verbalis totalis vel partialis (que non eſt implicatio) affirmata in vna: negetur in alia: ⁊ econtra. Intelligitur ſimiliter hec regula quo ad tres p̊ınas ſpecies oppoſitionis: ſcilicet quo ad contrarias / ſubcontrarias / ⁊ contradictorias. Unde iſte non ſunt contrarie oĩs homo eſt aĩal: ⁊ nullus homo non eſt animal. Nec iſte contradictorie. Sortes qui eſt animal currit. Sortes qui non eſt aĩal non currit.

¶ Quarta eſt ꝙ termini teneantur omnino vniuoce: ⁊ ſint oĩno ſinonimi. Hoc eſt quod ſignificẽt idem ſub eodem conceptu vltimato: ⁊ non vltimato. Ideo iſte non contradicunt (vt in propoſito) ſcilicet tulliꝰ currit: Marcꝰ nõ currit. Nec iſte ego ſum Petrꝰ. ego nõ ſum petrꝰ. Si pª pferat a petro: ſecũda a Joãne. Nec iſte: ſortes eſt vltra pontem. Sortes non eſt vltra põtem. Quia ambe ſunt vere. Si vna proferatur a platone exiſtente ex altera parte pontis. Alia a Socrate exiſtente ex altera parte. Quia in ly vltra eſt equiuocatio: ratione relatiui incluſi: vt patet dicẽdo ſic. Sortes eſt ex alia parte pontis. Sortes non eſt ex alia parte pontis. Si tamen ly vltra teneret vniuoce eſſent contradictorie. Quemadmodum optime dixit magiſter Bruxellẽſ. quando dixit ꝙ iſte ſunt contradictorie: quantumcunqꝫ comparentur ad diuerſa ſcilicet ſortes currit: ſortes non currit.

¶ Et ratio eſt: quia iſte propoſitiones habent ſignificata contradictoria. Et per meam comparationem illa ſignificata non mutantur: ergo non deſinunt eſſe contradictorie. Bene tamen verum eſt: ꝙ ille qui facit illam diuerſam comparationem: non habet propoſitiones mentales contradictorias. Nec iſte vocales: ſeu ſcripte: ſcilicet ſortes currit: ſortes non currit Subordinantur illis mentalibus: quas format ille qui comparat ad diuerſa. Sed illis mentalibus ſubordinantur iſte vocales ſeu ſcripte: ſcilicet ſortes currit in vno loco: ⁊ non currit in alio. Que aperte non ſunt contradictorie.

Si dicas: volo ꝙ ſortes habeat iſtas mentales ſcilicet ſortes currit: ſortes non currit: ⁊ reflectendo intellectum ſuper eas comparet ad diuerſa. Ad hoc: idem dico quod de vocalibus: ꝙ ille mentales per illam diuerſam comparationem non mutantur in ſuis ſignificatis: ideo ſemper remanent contradictorie.

¶ Quinta eſt ꝙ non varietur genus ſuppoſitionis) Tria autem ſunt genera ſuppoſitionum: que ſi varientur impediunt oppoſitionem: ſcilicet ſuppoſitio materialis: ſimplex: perſonalis.

¶ Ideo iſte non opponuntur: ſcilicet ly homo eſt animal: nullus homo eſt animal. Nec iſte homo eſt ſpecies: nullus homo eſt ſpecies. Et ratio huius eſt: quia alias non ſtarent pro eodē. Unde ſi variato genere: termini teneantur pro eodem: poſſunt opponi ad minus de lege. Ut patet de iſtis: homo eſt nomen in voce: ⁊ de iſta homo non eſt nomen in mente que prime contradicit: vel ſubcōtrariatur: quia ly homo ſupponendo in mēte perſonaliter: ſupponit pro illo: pro quo ly homo in voce ſupponit materialiter. Quia illa vox imp. oprie ſignificat ſeipſam: ⁊ ſimilitudo illiuſmet vocis in mente proprie ſignificat illam vocē: cum ſit eius naturalis ſimilitudo.

¶ Sexta. Quod termini non teneantur magis ample: vel reſtricte: nec aliter appellent in vna ꝙ in alia.

¶ Defectu primi iſte non opponuntur: ſcilicet ſortes eſt homo: ſortes non eſt homo: ſi ly eſt in vna abſoluatur a tempore: ⁊ non in alia.

¶ Defectu ſecundi iſte non contrariantur omnis homo eſt/nullus homo eſt. Niſi ly nullus abſoluatur a genere ſicut fit in textu contrariarum.

¶ Defectu tertij iſte non contradicunt ſortes non percuſſit papam: ſortes papam percuſſit. Et hoc quod dictum eſt de appellatione: intelligitur precipue in appellatione non prouenientē a ſigno: vel ſignis cōſtituentibus ipſam oppoſitionem. Nam tunc non inconuenit appellationem variari. Ideoꝗ iſte ſunt contradictorie: ſcilicet ſortes neceſſario: eſt animal: ſortes poſſibiliter non eſt animal: quia illi modi conſtituunt oppoſitionem.

¶ Tamen ly neceſſario appellat neceſſitatem ⁊ non alius modus. Similiter iſte contradicunt ſortes eſt ⁊ fuit animal: ſortes non eſt: vel non fuit animal: ſuppoſito ꝙ prima negatio tantum neget primam copulā. Et tamen ille coniunctiones diuerſimode appellant.

¶ Septima eſt quod acceptio vnica debet manere eodem modo: quo ad omnes eius partes: ad minus quo ad diſtribui: vel non diſtribui. Dixi acceptio ⁊ nō determinatio: vt ſe extēdat ad copulata ⁊ diſiūcta ⁊ cōditionata: ⁊ ad aggregatum ex recto ⁊ obliquo ⁊c.

¶ Ideo iſte non opponuntur quilibet equs hominis currit: equs cuiuſlibet hominis non currit. Dato etiā ꝙ ly cuiuſlibet non efficeretur pars extremi. Nec in prima ly quilibet diſtribuit ly equs nec ly hominis. Sed totum categorematice diſtribuitur. Sicut in iſto diſiuncto omnis homo: vel equs currit: illo ſigno omnis cadente ſupra totum. Nec quantum ad hoc plus habet primum aggregatum ꝙ illud diſiunctum.

¶ Et ſi doctores hucuſꝗ dixerunt communiter ꝙ ly equs in prima diſtribuitur: hoc fuit: quia quo ad veritatem vel falſitatem: non referebat quod diſtribueretur vel non. ¶ Et precipue ſeruando ſenſum proprium: quem ipſi pretendunt ⁊ ſeruant. Et propterea alij dixerunt quod ad diſtributionem recti ſequebatur diſtributio obliqui. Quia ſm rei veritatem non magis diſtribuitur vna pars quam alia. ¶ Dico ergo ꝙ optime penetrādo quiditatem acceptionis vnice: nulla pars diſtribuitur. Sed totum categorematice ⁊ ſic tota acceptio vnica ſincategorematice debet ſtare eodem modo ⁊ tota categorematice diuerſimode.

Dicitur quo ad diſtribui vel non diſtribui: quia ſi in vna terminus ſuppoſuerit determinate ⁊ in alia confuſe tantum: hoc non refert. Ut patet in primis contradictorijs: quia in prima ſtat confuſe: ⁊ in ſecunda determinate (vt multi dicunt) Sed mihi videtur qđ ſicut nec partes diſtribuuntur: ita nec confunduntur. Sed omnes ſupponunt determinate: ſicut in hoc diſiuncto: omnis homo vel equs currit. Tam ly homo: ꝙ ly equs ſupponunt determinate: quia illud ſignum non cadit ſupra partes illas. Et ratio: qua ducor ad hoc aſſerendum eſt: quia ſi in iſta quilibet equs hominis currit ly quilibet cadendo ſupra totum confunderet ly hominis: potius ⁊ fortiori ratione: dicendo ſic: non quilibet equs hominis currit: ly non caderet ſupra ly hominis diſtribuendo illud: cum non ſit maioris vis ly quilibet in confundendo. Quam ly non in diſtribuendo. Sed per omnes ly non / non cadit ſupra partes acceptionis vnice: ergo nec ly quilibet. Non tamen propterea male additur in conditione quo ad diſtribui vel non diſtribui: quia ſi non habet verum in illis vt iacent habebit in iſtis equs hominis non currit: quilibet equs. a. hominis currit.

Niſi dicas quod confuſa illa equiualet determinate.

¶ Aduertendum tamen eſt hic: ꝙ plurimos doctores ab iſta regula excipere antecedens relatiui reciproci ⁊ ipſum relatiuum (vt ſupra dictum eſt) Ita ꝙ dicit ꝙ quādo determinatio eſt antecedēs relatiui vel ipſum relatiuum: non debet manere eodem modo.

¶ Ideoꝗ ſm ipſos: iſte non ſunt contradictorie ſcilicet quilibet equs hominis quilibet equs ipſius met eſt ⁊ aliquis equs hominis equs ipſius met non eſt. Sed oportet ly hominis in vna diſtribui. Inſuper ab eadem regula excipiunt alij determinationem vnicā: quando eſt implicatio. Dicunt enim has non contradicere: ſcilicet ſortes q eſt animal currit: ſortes qui eſt animal non currit: oportet enim per ipſos ly animal in vna diſtribui. Mihi vero aliter videtur. Unde dico ꝙ in prima exceptione preſupponunt falſum: ſcilicet ꝙ in illis propoſitionibꝰ aſſumptis ly ipſius met ſit determinatio vnica: vt ex ſupradictis patet. Et de antecedēte. ſ. de ly hominis dicitur ꝙ ſub illo nō licet deſcendere: ⁊ quod debet manere eodem modo in ambabus. Et ſi permittatur deſcenſus: dico ꝙ non debet manere eodem modo: quia iam fit acceptio non vnica. Modo acceptio non vnica non debet eodē modo manere.

¶ Sed hic eſt dubium non ſilentio inuoluendum: ⁊ eſt qualiter relatiuum reciprocum debeat ſupponere in oppoſitis: cum non ſit acceptio vnica niſi cum adiungitur immediate ſuo antecedenti. Nam ſi dicatur ꝙ debet ſupponere eodem modo.

¶ Contra ergo iſte non ſunt contradictorie: ſcilicet omnis homo videt ſe. Homo non videt ſe. Ubi ly ſe diuerſimode ſupponit: ſicut ſuum antecedens: quod eſt ly homo. Si dicas ꝙ diuerſo modo.

¶ Contra: ergo iſte non ſunt contradictorie: ſcilicet quilibet equs hoīs q̄libet equs ipſiꝰ met eſt: equs hominis equs ipſius met non eſt quia oportet ꝙ relatiuum in vna diſtribuatur: ⁊ hoc nō poteſt fieri niſi diſtribuatur etiam ſuum antecedens: ⁊ ſic reddibit op

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

pinio improbata. ¶ Ad hoc dubiũ rñdet cũ diſtinctione: q vel tale relatiuum ponitur in eadem categorica cum ſuo antecedente vel antecedens eſt extra categoricam vbi eſt relatiuum. Si primum: relatiuum debet ſtare ſicut ſuum antecedẽs. Hoc eſt: ſi antecedẽs ſtat eodem modo: relatiuum debet eodem modo ſtare. Si diuerſimode ſtare debet diuerſimode. Unde iſte contradicunt. Omnis homo eſt ipſemet: homo non eſt ipſemet. Ubi relatiuum ſtat diuerſimode: et iſte: quilibet equs hominis quilibet equs ipſiusmet eſt: aliquis equs hominis aliquis equs ipſius met nõ eſt. Ratio huius eſt hec. Quia quando antecedentia ſunt intra categoricas: vbi ſunt relatiua: talia antecedentia regulantur per conditiones contradictoriarum. Et ex conſequenti relatiua: que ſua antecedentia ſequuntur. Si vero ſcḋm accidat: ſcilicet ꝙ antecedens ſit extra categoricam vbi ponitur relatiuum. Tũc relatiuũ illḋ dꝫ ſtare diuerſimode. Hoc eſt: ſi ĩ vna relatiuũ nõ diſtribuit: in alia dꝫ diſtribui ⁊ ecõtra: ⁊ ratio eſt: quia tunc antecedentia non regulabuntur per regulas oppoſitarum. Unde iſte ſecunde partes iſtarũ copulatiuarum non contradicunt: ſcilicet aliquis equs eſt: ⁊ omnis homo videt ipſũ: aliquis equs eſt: ⁊ aliquis homo non videt ipſum. Nam caſu: ꝙ ſint duo equi quorum vnus videatur ab omni homine: alter vero a nullo videatur: ambe ſunt vere. Ut patet deſcẽdendo ſub ly equs. Nam affirmatiua redditur vera pro equo viſo: ⁊ negatiua pro nõ viſo. Sed oportet dicere in vna earum omnis equs eſt. Et hoc debet intelligi de relatiuo reciproco: ⁊ non de alijs. Et ſicut dictum eſt de contradictorijs: proportionabiliter dicatur de alijs oppoſitis ſcḋm ſuas conditiones. ¶ De alia vero exceptione dicetur inferius in quodam argᵒ.

## ¶ Sequitur textus.

Contrarie ſunt vniuerſalis affirmatiua: ⁊ vniuerſalis negatiua: eiuſdẽ ſubiecti: ⁊ eiuſdem predicati: vt omnis homo currit: nullus homo currit.

## ¶ Sequitur gloſa.

Definitio textus ſic intelligitur. Cõtrarie ſunt propoſitiones categorice vniuerſales oppoſite qualitatis vtroqꝫ termino participantes: ordine eodem: quibus repugnat veritas: ⁊ nõ falſitas: gratia acceptionis terminorum ſeruatis conditionibus. Quales ſunt propoſitiones textus abſoluendo ly nullus a genere.

¶ Dixi propoſitiones categorice: ⁊ non due. Quia vna propoſitio poteſt habere ꝙ plurimas contrarias: etiã inter ſe non equiualentes. Ut iſta nullum animal eſt homo. Habet iſtam omne animal eſt homo. Et iſtam omne animal omnis homo eſt. Et iſtam omne animal eſt .b. homo. Exemplũ de nõ equiualentibus inter ſe accipe in iſta: ſcilicet nullus homo eſt animal. Que habet iſtam: omnis homo eſt animal: que eſt vera. Et iſtã omnis homo omne animal eſt: q̃ eſt falſa.

¶ Dixi vniuerſales: non tam ſtricte ſumendo propoſitionem vniuerſalem vt in quantitatibus. Sed vocatur vniuerſalis in propoſito propoſitio habens aliquã vniuerſalitatem categorematicam vel ſincategorematicam: que non ſit pars extremi. Quia iſta non habet contrariam: ſcilicet brunellus cuiuſlibet hominis currit. Iſta tamẽ ſic: ſcilicet cuiuſlibet hoĩs brunellꝰ currit.

¶ Pro cuius ⁊ dicendorum ampliori notitia. Notabis duplicẽ eſſe vniuerſalitatẽ ſcilicet categorematicã ⁊ ſincategorematicam.

¶ Uniuerſalitas categorematica eſt terminus communis diſtributus: vt dicendo omnis chimera eſt.

¶ Uniuerſalitas ſincategorematica eſt terminus ſincategorematicus: ratione cuius denotatur ad veritatẽ propoſitionis requiri verificationem fieri pro pluribus ſuppoſitis: vel partialibus propoſitionibus copulatiue formaliter vel equiualenter in conſequendo. Siue illa ſuppoſita ſint temporis importati per copulam: ſiue ſint ſuppoſita importata per extremum propoſitionis. Exemplum primi ly neceſſario. Impoſſibiliter ⁊ ſimilia. Secundi ly tm̃ ⁊ alia ſigna exponibilia: quando exponuntur copulatiue. Tertij vt ly et.

¶ Particularitas categorematica eſt terminus communis non diſtributus: vt aliqua chimera eſt. Quia ly chimera tenetur particulariter: licet nõ ſupponat. Et ibi ly omnis chimera eſt: in exemplo poſito ſupra tenetur diſtributiue.

¶ Particularitas ſincategorematica eſt terminus ſincategorematicus: ratione cuius denotatur ad veritatem propoſitionis nõ requiri verificationẽ fieri pro pluribus ſuppoſitis: ⁊c. vt ſupra: exemplum primi: Aliquando: poſſibiliter: ſecundi vt non tantum. Et ſigna exponibilia: quando diſiunctiue exponuntur. Tertium vt ly vel. Alia ſigna ſunt mixta: vt ly contingẽter. Quod ſiue affirmetur: ſiue negetur: ſemper includit vniuerſalitatem ⁊ particularitatem.

¶ His habitis ponuntur conditiones contrariarum. Quarum prima eſt: ꝙ in eis ſint plures vniuerſalitates ꝙ particularitates. Si ſit aliqua particularitas.

¶ Defectu cuius iſte nõ contrariantur: omnis homo eſt animal: homo non eſt animal: ſed contradicunt.

¶ Sed bene iſte omnis homo eſt ſortes: nullus homo eſt ſortes. In quibus nulla particularitas ponitur: quia ly ſortes non eſt terminus communis.

¶ Secunda ꝙ quelibet particularitas vnius ſit vniuerſalitas alterius: licet non econtra. Quia vniuerſalitas edificat contrarietatem. ¶ Ideo iſte non contrariantur homo homo eſt. homo nullus homo eſt.

¶ Tertia ꝙ ſi terminus aliquis diſtribuitur in vna in ordine ad terminum ſtantem confuſe tantum: in alia talis terminus diſtributus non debet ſupponere confuſe: ſed diſtributiue vel determinate. Ideo iſte minime contrariantur: ſcilicet cuiuſlibet hominis quilibet equs eſt animal: cuiuſlibet hominis equs nõ eſt animal. Quia in prima ly equs diſtribuitur in ordine ad ly animal ſtans confuſe: ⁊ in ſecunda ſtet cõfuſe tantum. Sed contraria prime eſt quelibet: ſtorũ ſcilicet cuiuſlibet hominis .b. equs non eſt animal. Et cuiuſlibet hominis quilibet equs non eſt animal.

¶ Sed hic aduertenda ſunt duo. Primum eſt ꝙ ſi velimus tenere iſtas contrariari de modo enunciandi: ſcilicet omnis homo eſt .b. animal: ⁊ homo non eſt animal. Debemus tollere primam conditionem ⁊ huic tertie addere aliquid vltra. Et dicere ſic: ꝙ terminus diſtributus in vna in ordine ad terminum ſtantem cõfuſe diſtribuatur in alia vel ſtet determinate.

¶ Dum tamen maneat in ambabus vnus ⁊ idem terminus diſtribute. Et dummodo illa in qua ſtat confuſe non contradicat illi in qua ſtat determinate: propter primā ille contrariantur: ſcilicet cuiuſlibet hominis quilibet equus eſt animal/⁊ cuiuſlibet hominis quilibet equus non eſt animal. Et propter ſecundum iſte omnis homo eſt. b. animal ⁊ homo non eſt animal. Non tamē iſte omnis homo eſt animal ⁊ homo non eſt animal. Quia prima vbi ly animal ſtat confuſe contradicit alteri. Si vero velimus tenere illas cōtrariari tantū de lege: nō oportet variare ꝓdictiones.

¶ Secundum eſt. Quod tenendo vt tenet Lax ꝙ determinatio eſt in ordine ad ſuum determinabile. Iſte conditiones non ſunt neceſſarie ad oppoſitionē contrariam: in iſto ſenſu: ꝙ nulle propoſitiones oppoſite poſſunt ſeruare legem contrariarum niſi ſeruent iſtas conditiones.

¶ Hoc patet. Quia iſtis propoſitionibꝰ: ſcilicet cuiuſlibet hominis equus non eſt currens: ⁊. a. hominis quilibet equo quolibet currens eſt repugnat veritas ⁊ non falſitas de forma acceptionis terminorum. Et ꝙ poſſunt dari ambe falſe patet poſito caſu: ꝙ quilibet homo habeat preciſe vnum equum currentem ⁊ nihil aliud ſit currens in mundo: de negatiua tunc notum eſt/ de affirmatiua patet per deſcenſum. Nam deſcendendum eſt primo ſub recto anteꝗ̄ ſub determinatione cum illa cōfuſa reſpectu ſui determinabilis etiam ſtet confuſe tantum: ⁊ non equiualet determinate. ¶ Secundū autē tenētes oppoſitum: quod cōmuniter tenetur: in predicto caſu affirmatiua eſt vera: vt patet deſcendo primo ſub predicato. Secundo ſub ly hominis. Tertio ſub ly equus. Et tamē iſtis defecit tertia conditio ſm primam oppinionem ſcilicet Gaſpardi: nam ly hominis in prima diſtribuitur in ordine ad ly equus ſtans confuſe ⁊ in ſcḋa ſtat cōfuſe.

¶ Nunc contra prefatas conditiones: vt magis ꝑſpicue ſtant: aliquibus argumentis inſiſto communibus ſed vtilibus. Et primo ſic. Iſtis propoſitionibus conueniunt conditiones: ſcilicet vterꝙ homo currit: neuter homo currit. Et tamen dabuntur ambe vere: igitur conditiones nulle. Prima pars antecedentis videt̄ nota. Et ſecūda: probatur poſito caſu: ꝙ ſint quatuor homines quorum duo currant: ⁊ duo non: ambe ſunt vere: igitur: antecedens patet deſcēdēdo ſub ſubiectis earum.

¶ Ad argumentum reſpondetur negando primam partem antecedentis: defecit enim eis ſecunda conditio. Quia ly vterꝙ diſtribuit incomplete ⁊ includit particularitatem quandam: que exprimitur in deſcēdendo. Deſcenditur ſiquidem copulatiue ſub diſiunctione. Et illa met particularitas manet in ly neuter. Quia omnino eodem modo diſtribuunt ambo: preter hoc: quod vnum eſt affirmatiuum ⁊ aliud negatiuum. Contra hanc ſolutionem replicatur ſic. Si iſta ſolutio eſſet bona: ſequeretur ꝙ ſi ly homo in vna earum diſtribueretur complete eſſent contrarie: conſequens eſt falſum: ergo ſolutio nulla mayor de ſe patet: minor iam probatur dicendo ſic omnis homo currit ⁊ neuter homo currit diſtribuitur ly homo in vna Et poſſunt dari ambe vere: igitur ⁊c. Prima pars antecedentis eſt nota ⁊ ſecūda probatur poſito ꝙ ſolus ſit vnus homo in mundo currens. Affirmatiua eſt vera vt notum eſt ⁊ negatiua: quia eſt vna negatiua de ſubiecto non ſupponente: quia ly vterꝙ ⁊ neuter faciunt terminum quem diſtribuunt ſtare pro binario ſuorum ſuppoſitorum: igitur ⁊c. ¶ Ad hanc replicam reſpondetur: negando. a. illa enim conſequentia eſt nulla: ſcilicet ſi in vna earum ſubiectū diſtribuatur complete ſunt contrarie: quia antecedens poteſt dari verum ⁊ conſequens falſum: vt probatum eſt. Ideo tam prima conditionalis ꝙ̄ ſecunda eſt falſe. Bene tamen concederem iſtam conſequentiam: ergo ſi ſubiectum negatiue diſtribuatur complete: erunt contrarie ad minus de lege: quia videtur mihi: que dū non poſſunt eſſe vt iacent de modo enuntiandi. Cum ſubiecta non teneant̄ eque reſtricte. Et ad hoc ꝙ poſſent contrariari perfecte poſſemꝰ dicere ſic. Omnis vterꝙ homo currit: poſito ꝙ ly omnis diſtribuat particularitatem quam ly vterꝙ includit.

¶ Secundo arguitur ſic. Iſtis conueniunt conditiones contrariarū: ſcilicet quilibet equus fuit cuiuſlibet hominis quilibet equus/ nullus equus fuit cuiuſlibet hominis quilibet equus. Et tamen dabuntur ambe vere: igitur conditiones nulle.

¶ Prima pars antecedentis eſt nota. Secunda probatur: ſupponendo ꝙ illa ſigna vniuerſalia poſita in predicato non efficiantur partes extremorum. Et ſit caſus: ꝙ ſolus fauellus ſit ⁊ fuerit equus poſſeſſus a ſorte ⁊ platone ſucceſſiue: ⁊ nunꝗ̄ ſimul: nec ſint nec fuerint alij homines nec equi. Tunc veritas negatiue eſt nota. Quia ſua cōtradictoria eſt falſa: que eſt iſta Equus fuit cuiuſlibet hominis quilibet equus: vt patet deſcendendo ſub ly equus. Et poſtea ſub tempore vel inſtanti incluſo in copula: etiam ſtante determinate: quod eſt determinatio ipſius copule. Nam illa propoſitio equiualet huic ſcilicet equus in obliquo tempore vel inſtanti fuit cuiuſlibet hominis quilibet equus.

¶ Quod autem affirmatiua ſit vera: patet aſcendendo ad ly hominis ſuppoonens diſtributiue ſic: quilibet equus fuit iſtius hominis quilibet equus: ⁊ quilibet equus fuit iſtius hominis quilibet equus ergo quilibet equus fuit cuiuſlibet: ⁊c. Antecedens eſt pro qualibet parte verum: ſuppoſita conſtantia: igitur ⁊ conſequens. ¶ Ad hoc argumentum reſpondetur (tenendo oppinionem ꝙ iſta eſt vera Adam fuit omnis homo) illas contrariari.

¶ Pro quo notabis: ꝙ communiter propoſitiones in ſuis copulis includunt quaſdam determinationes: vt patuit inter arguendum. Et ſm cōmuniter loquentes talis determinatio copule eſt etiam determinatio ſubiecti ⁊ predicati licet diuerſimode quia reſpectu ſubiecti eſt vnica reſpectu vero predicati eſt non vnica.

¶ Sed tu dic: ꝙ ſolum eſt determinatio predicati ⁊ non vnica. Et aliqualiter ſignum huius eſt: quia terminus ſequens copulam ſtat ſm exigentiam copule ⁊ ſue determinationis. Non tamen ſic ſemper eſt de precedente. Et patet nam dicendo ſic: homo fuit currens ly: currens ſolum ſtat pro currente: quod fuit currens. Tamen ly homo ſtat pro homine qui eſt vel fuit. Et ſi velis accipere illam determinationem: vt etiam determinet ſubiectum: dicitur ꝙ tunc non eſt proprie determinatio copule: niſi velimus ꝙ vnus terminus ſupleat vicem duorum (admiſſo tamen hoc: ⁊ ꝙ ſub determinatione vnica liceat deſcendere: licet neutrum concedam: ne videamur dificultatem fugere) Conceditur veritas negatiue ⁊ veritas affirmatiue negatur. Et ad probationem negatur aſſenſus ſub illo obliquo hominis. Quia prius debet fieri deſcenſus ſub ly tempore importato per copulam. Et licet iſt

te obliquus ſupponat cõfuſe tantum: tamẽ illa confuſa
equiualet determinate reſpectu illius termini homi
nis equs: quia eſt determinabile determinatiõis illiꝰ
ſcilicet in aliquo tempore vel inſtanti. Sicut dictum
eſt ſupra: de iſta. e. hominis quilibet equs eſt animal:
ꝙ confuſa illius termini hominis reſpectu ſui deter-
minabilis equiualet determinate. Et ſic deſcenden-
do ſub terminis illius propoſitionis affirmatiue ſuo
ordine primo: ſcilicet ſub ly equs: ſecundo ſub ly in
aliquo tẽpore: tertio ſub ly hominis: ⁊ ſic cõſequenter
patebit manifeſte eius falſitas. Et defectus: qui in
tali deſcenſu cõmittebatur: erat: quia arguebatur a
pluribus determinatis ad vnam reſpectu multitudi
nis latenter. Cum equiualenter ly tempore ſtet deter
minate reſpectu illius termini hominis: vt dictũ eſt.
¶ Notabis tamen hic. Quod licet illa determinatio
copule reſtringat predicatum: non tamen eſt intelli
gendum: ꝙ reſtringat pro homine poſſidente fauellũ
in illo inſtanti vel tempore: ſed pro homine qui fuit
in illo inſtanti. Et ſimiliter ly equs pro equo qui fuit
in illo inſtanti.
¶ Quod ſi importune velis ꝙ primo modo reſtringat.
Tunc dicit: ꝙ negatiua eſt falſa ⁊ affirmatiua vera.
Quod poteris probare per ſuas contradictorias. Si
vero aliquis velit ꝙ extrema nullo modo reſtringan
tur ab illa determinatione ⁊ ꝙ ſolum illa determina
tio determinet copulam. Dicitur tunc: ꝙ non ſunt cõ
trarie: quia ly hominis diſtribuitur in affirmatiua in
ordine ad ly tempore incluſum in copula ſtans confu
ſe tantum: ⁊ in negatiua ſtat confuſe ⁊ diſ[tributiue]: vt ſua contra
dictoria manifeſtat. Et hoc eſt cõtra ſcḋam cõditionẽ.
¶ Et ſi adhuc contra primam ſolutionem velis proba
re veritatez affirmatiue: dicendo. Bene ſequitur: qui
libet equs cuiuſlibet hominis quilibet equs fuit: ergo
quilibet equs fuit cuiuſlibet hominis quilibet equs.
Et antecedens eſt verum: igitur ⁊ conſequens.
Ad hoc reſpondetur negando conſequentiam. Et ra
tio eſt quia arguitur. a. confuſa ad determinataz ⁊c.
Quia in antecedente ly hominis equs precedit copu
lam: ⁊ per conſequens non determinatur a determi
natione copule. Sicut in conſequente: in quo ſequi
tur copulam.
¶ Et hoc argumentum pro multis ſimilibus notare
curabis. Si vero velimus tenere opinionez Gaſparis
lax: dicitur ꝙ non ſunt contrarie. Et ratio eſt illa met
que dicta eſt: q̃n do extrema nullo modo reſtringunt.
¶ Tertio arguitur ſic. Iſte ſunt cõtrarie: ſcilicet quaſi
quilibet homo currit: quaſi quilibet homo non cur
rit. Et tamen ſibi non conueniunt conditiones: igitur
non ſunt bene aſſignate.
¶ Prima pars antecedentis probatur: quia eis con
uenit definitio poſita in textu: igitur: ſecunda pars
probatur: quia ly quaſi quilibet diſtribuit incomplete
ergo aliquam particularitatez includit: ⁊ manet affir
matum in ambabus: igitur ſecunda conditio deficit
eis. Et per conſequens habetur propoſitum.
¶ Pro huius argumenti ſolutione. Notãdum eſt/ ꝙ
ly quaſi quilibet diſtribuit pro numero excedente me
dietatem. Ita ꝙ ſi. 10. homines ſunt in mundo: et. 7.
vel. 8. currerent illa eſſet vera: ſcilicet quaſi quilibet
homo currit. Et ſub termino a tali ſigno diſtributo:
(alijs modis dicẽdi dimiſſis) Dico: ꝙ eſt deſcenden
dum per vnam copulatiuam: cui anteponitur ly quaſi
cadens ſupra totam illam copulatiuam categorema
tice: ad cuius copulatiue veritatem requiritur ꝙ que

libet pars ſit vera: dempta vna: vel demptis paucior[i]
bus: quecũꝙ ſint ille. Ut patet ſic dicendo/ quaſi quili
bet homo currit: ⁊ iſti homines ſunt oẽs homines: er
go quaſi iſte homo currit: ⁊ iſte homo currit: ⁊ iſte
homo currit: ⁊ ſic de ſingulis. Hijs habitis lucidũ eſſe
poterit illas ambas propoſitiones minime poſſe ſi[m]
ſimul veras. Quia impoſſibile eſt ꝙ idem predicatũ
affirmetur de maiori parte alicuius numeri: ⁊ de ma
iori etiam negetur. Sed bene poſſunt dari am[bo] falſe:
vt puta: ponendo ꝙ quinꝙ illorum hominũ currant ⁊
v. quieſcãt. In iſto ſiquidẽ caſu: per deſcenſum predi
cto modo faciendum: patet ambas eſſe falſas. Nec va
let dicere ꝙ ſi preciſe ſint duo homines: quorum vnꝰ
currat: altero quieſcente: ille poterunt eſſe vere. Ma
nifeſtum eſt enim: ꝙ quilibet illorum eſt medietas
numeri ⁊ nullus excedit medietatem. Ea propter di
cendum erit eas eſſe contrarias de lege ⁊ non de mo
do enuntiandi perfecte. Et ſic argumentum non
concludit.
¶ Quarto arguitur ſic. Iſtis conueniunt cõditiones
ſcilicet omne animal eſt coloratum: nullum animal
eſt coloratum. Et tamen dabuntur ambe vere: igitur
cõditiones nulle. Antecedẽs pro prima parte liquet:
diſcurrendo per omnes conditiones. Secunda iam
probatur: ſupponendo: ꝙ ly omne diſtribuat pro ge
neribus ſingulorum. Et ſit caſus: ꝙ de qualibet ſpe
cie animalis aliquod animal ſit coloratum ⁊ aliquod
non. In iſto caſu ambe ſunt vere: igitur antecedẽs pa
tet: deſcendendo ad omnes ſpecies copulatiue. Et ad
ſpecierum indiuidua diſiunctiue.
¶ Pro huius argumenti ſolutione. Notandum: ꝙ il
lud ſignum omne poteſt dupliciter diſtribuere. Uno
modo pro ſingulis generum. Et ſic diſtribuit comple
te: ⁊ per conſequens deſcendendum eſt ſub termino
a tali ſigno taliter diſtributo: copulatiue: quo ad om
nia ſuppoſita: pro quibus talis terminus diſtributus
ſupponit. Et iſto modo: ad veritatem iſtius omne ani
mal eſt coloratum: requiritur ꝙ omne ſuppoſitum
animalis quod eſt in mundo: ſit coloratum.
¶ Alio modo diſtribuit pro generibus ſingulorum.
Et tunc vt ipſum nomen preſefert diſtribuit incõ
plete. Et tunc non eſt deſcendendum ad omnia ſup-
poſita copulatiue.
¶ Attamen dificultas eſt. Quo pacto ſit deſcendendũ
ſub tali termino. Quidam enim aſſerũt per termi
nos ſpecificos determinate acceptos ⁊ copulatiue de-
ſcendendum eſſe. Ut ſi dicamus ſic/ omne animal fuit
in archa Noe: ergo homo fuit in archa noe. Et leo
fuit in archa noe. Et bos fuit in archa noe: ⁊c. Sed
iſte deſcenſus non eſt formalis: quia inſtabitur. Si
loco illius termini homo: ponas ly chimera in conſe
quente. Sic dicendo: omne animal fuit in archa noe:
ergo chimera fuit in archa noe: ⁊c. Angelus fuit in
archa noe: et cetera: tūc conſequens eſt falſum. Et ſu
mo eſſe in archa noe circumſcriptiue: qualiter angelꝰ
non potuit eſſe.
¶ Alij dicunt ſub tali termino diſcendum eſſe copu
latiue de ſpecie in ſpeciem ⁊ ad indiuidua ſpecierũ
diſiũctiue. Sic omne animal fuit in archa noe. Et iſta
ſunt vniuerſa animalia. Et omnes ſpecies anima
lium ergo de iſta ſpecie animalis: ſignata humana:
hoc animal fuit in archa noe: vel hoc animal fuit in
archa noe. Et ſic de alijs iſtius ſpeciei. Et de iſta ſpe
cie aĩalis: ſignata leonina: hoc animal fuit in archa
noe vel hoc animal fuit in archa noe: ⁊ ſic de ſingulis

illius ſpeciei. Et de iſta ſpecie animalis: leonina ſignata: hoc animal fuit in archa noe vel hoc animal fuit in archa noe: ⁊ ſic de ſingulis ſpeciebus animalium ⁊ de ſingulis indiuiduis ſpecierum. Et quomodocunq̃ deſcendatur non refert in propoſito.

¶ Et in iſto ſenſu doctores ſaluant veritates multarum propoſitionũ. Quales ſunt iſte. In omnem terram exiuit ſonus eorum. Deus vult omnes homines ſaluos fieri. Decimatis mentã ⁊ rutam ⁊ omne olus. Qui habet vnam virtutem habet oẽs. Pro prima vide dominum Silueſtrum prierianum contra Martinum luterum dicentem ſe vidiſſe Rome in quodã aceruo quedam fragmenta vaſorum delatorum ab inſulis fortunatis habentia ſignum crucis ⁊ nomen domini Ieſu.

¶ Pro ſecunda vide doctorem ſanctum prima parte queſtione. 19. articulo. 6. ad primum: ⁊ primo ſenten. diſtin. 46. q. pª. articulo pº. Pro tertia beatum Auguſtinum in enchiridio. Pro quarta Altiſiodoreñ. Et quia iſta non ſunt preſentis inſtituti ideo pertrãſeo.

¶ Iſtis igitur prenotatis. Reſpondetur ad argumentum negando primam partem antecedentis. Deficit enim eis ſecunda conditio. Sicut illis de quibus in primo argumento agebatur: Sufficit tamen in iſtis vt vna vel ſubiectum vnius complete diſtribuatur: quecunq̃ ſit illa: affirmatiua vel negatiua.

¶ Proportionabiliter poteris ſoluere argumentum tibi poſſibile fieri de iſtis propoſitionibus. Quantũlibet animal currit: quãtũlibet animal nõ currit. Et de iſtis: quotlibet homines ſunt in aula: quotlibet homines nõ ſunt in aula. Et de iſtis q̃liſlibet homo currit: qualiſlibet homo nõ currit. Et de iſtis qualiſlibet homo quantumlibet animal eſt: qualiſlibet homo quantumlibet animal non eſt. Nam in primis diſtributio fit pro ſpeciebus quantitatis continue. In ſecundis pro ſpeciebus quantitatis diſcrete. In tertijs pro ſpeciebus qualitatis: In quartis eſt mixtio. ¶ Et ſicut ſenſus illius propoſitionis. Omne animal eſt coloratum. (In qua ly omne diſtribuit pro ſpeciebus ſubſtantie) eſt iſte. De qualibet ſpecie animalis aliquod animal eſt coloratum. Ita ſenſus illius propoſitionis. Quantũlibet animal currit eſt iſte. De qualibet ſpecie quantitatis continue aliquod animal quantificatum currit. Et iſtius: quotlibet homines ſunt in aula eſt iſte. De qualibet ſpecie numeri ſeu quantitatis diſcrete aliqui homines ſunt in aula. Et iſtius qualiſlibet homo currit eſt iſte. De qualibet ſpecie qualitatis aliquis homo qualificatus currit. Et ſigna particularia: que in contradictorijs iſtarum debent poni contradictorio modo particularizant. Et ſenſus contradictorios faciunt: vt liquidum eſt.

¶ Notabis tamen hic viribus totis. Quod iſta ſigna aliquando efficiuntur partes extremorũ ſcilicet quando aliq̃s ſignum preponitur illis. Ut ſi dicatur ſic. Quilibet qualiſlibet homo currit. Et tunc dandus venit ſenſus per acceptionem vnicam: ſic ſcilicet quilibet homo habens de qualibet ſpecie qualitatis aliquã qualitatem currit. Et tunc requiritur ꝙ de qualibet ſpecie qualitatis aliqua qualitas ſit in vno determinato homine: ad hoc ꝙ tale ſubiectum ſupponat. Et vt lucidius intelligat ponatur caſus quod precise ſint duo homines: quorum vnus tantum habeat albedinẽ ⁊ alius tantum nigredinem ⁊ currant: ⁊ non ſint alie qualitates in mundo. In iſto caſu predicte propoſitionis ſubiectum non ſupponit: vt ex dictis patet. Si vero dicatur: qualiſlibet homo currit: eſt vera. Et exponenda per acceptionem non vnicam. Sic. de qualibet ſpecie coloris aliquis homo qualificatus currit. Et ꝙ ſit vera patet per deſcenſum ad ſpecies / coloꝝ primo ⁊ poſtea ad homines. Similiter poteris dicere de alijs ſignis incompletis.

¶ Habebis preterea ex dictis intellectum illius non minus elegantis: ꝙ difficilis ſophiſmatis magiſtri Petri hiſpani ſcilicet quodlibet: qualelibet de quolibet tali ſcit ipſum eſſe tale quale ipſum eſt. Quod eſt verum: poſito: ꝙ ſint ſex homines. Quorum tres ſciant logicam / grammaticam / ⁊ rethoricam. Et ſciant ſe habere eas. Alij vero tres ſic ſe habeant ꝙ quilibet ſciat vnam tantum. Et neſcat ſe habere illam. Nec ſciat aliquid de alijs primis tribus. Et primi tres ſciant de ſe ⁊ de iſtis. Et non ſint plures homines. Nec plures qualitates in mundo. Quod ſit vera patet: deſcendendo ad illos tres primos. Quia tm̃ pro illis ſupponit. Quia ly ens incluſum in ly qualelibet reſtringitur ab illo adiectiuo qualelibet. Sed de hijs non plura pro nunc. Uide ſi lubet Petrum hiſpanum in diſtributionibus capitulo de ſignis diſtributiuis accidentium.

¶ Quinto. Arguitur ſic. Iſte contrariantur omnes apoſtoli dei ſunt. xij. et omnes apoſtoli dei non ſunt duodecim. Et tamen non poſſunt dari Ambe falſe nec in ſe: nec in ſimili acceptione terminorum: igitur. Et capio ly omnes vtrobiq̃ collectiue. Conſequentia eſt nota. Et antecedens probatur pro prima parte. Quia opponuntur ⁊ non contradictorie. Cum vbiq̃ maneat eadem particularitas. Nec ſubcontrarie: quia non poſſunt eſſe ſimul vere. Nec ſub alterne: quia diuerſe qualitatis igitur contrarie.

¶ Ad argumentum dicitur: quod propoſitiones predicte ſunt cõtradictorie de lege ⁊ ſubcontrarie de modo enunciandi. Licet alij dicant ſimpliciter eas eſſe cõtradictorias. Cum omnibus ſibi ſimilibus. Immo ponunt pro regula. Quod ad contradicẽdum in propoſitionibus in quibus ſubiectum vnius ſupponit confuſe tantum collectiue. Oportet ſubiectum alterius eodem modo ſupponere. Quia tali ſubiecto repugnat de pluribus verificari ſimul ⁊ diuiſiue: licet bene ſucceſſiue. Et patet in propoſito. Quia de alijs. xij. fuit verificata iſta propoſitio. Omnes apoſtoli dei ſunt duodecim: quando Iudas erat apoſtolus. Et de alijs quãdo beatus Mathias. Quia variatio vniuerſitatis variat numerũ. Et licet non ſemper ſpecifice: bene tñ indiuidualiter. Et ideo habentes iſtam opinionem dicere poſſunt ſimiliter. Quod iſte non ſunt cõtrarie ſcilicet quilibet homo qui eſt omnis homo currit ⁊ nullus homo qui eſt omnis homo currit. Hoc patet. Quia ſubiectum iſtarum propoſitionum non poteſt pro pluribus ſimul ⁊ ſemel verificari. Et hoc concedunt alij tenentes. Quod nulle ſunt propoſitiones quibus conueniant omnes conditiones alicuius oppoſitionis: quin etiam ſibi conueniat lex tali correſpondens oppoſitioni. Et ſic dicunt quod propoſitionibus predictis nunc immediate deficit quod non ſunt vniuerſales: ſed ſingulares virtualiter: ratione dicta. Et conſimiliter dicãt de iſtis: omnes oẽs apoſtoli dei ſunt duodecim: nulli omnes apoſtoli dei ſunt duodecim. Sed dato: ꝙ ſic reſpondendo: poſſint ſaluare (licet non multum rationabiliter) ſuam opinionem in predictis propoſitionibus non tamen habebunt quid reſpondeãt ad iſtas propoſitiones ſcilicet omnis ho

mo eſt vel non eſt animal: omnis homo non eſt vel non eſt animal. Prima negatione cadente in totum ſequens. Quia ſubiectum illarum non eſt aliquo modo terminus ſingularis. Cum illi non repugnet verificari ſimul ⁊ ſemel de pluribus ⁊ diuiſiue. Et tamen ſeruant legem contradictoriarum: etiam in ſimili acceptione terminorum. Ideo facilius dicitur. Omnes propoſitiones: preter illas primas de quibus arguitur eſſe contradictorias de lege ⁊ contrarias de modo enunciandi.

¶ Nota tamen: ꝙ ſi in vna fuerit ſignum collectiuũ ⁊ non in alia. Tales propoſitiones non poterunt eſſe oppoſite: ad minus de modo enunciandi. Quia nõ habent tales idem ſubiectum: poterunt tamen eſſe de lege. Suppoſito ꝙ ſufficiat participatio in parte extremi: alias nullo modo erunt oppoſite.

¶ Sexto arguitur ſic. Iſte contrariantur ſcilicet omnis homo contingẽter currit ⁊ omnis homo contingẽter non currit. Et tamen ſunt ambe vere. Ut patet per exponẽtes igitur ⁊c. Maior probatur. Quia nulla conditio videtur eis deficere. Et patet diſcurrendo per omnes conditiones.

¶ Ad argumentum breuiter dicitur (dimiſſa opinione cuiuſdam doctoris tenentis eas eſſe contrarias ⁊ veras). Quod eis deficit ſecunda condictio. Nam ly contingẽter: ſiue affirmetur: ſiue negetur: ſemper includit aliquam particularitatem ⁊ vniuerſalitatem: licet non eandem. Ut patet per ſuas exponentes. Unde dicitur: quod ad hoc ꝙ ſint contrarie oportet ꝙ ſemper ly contingẽter affirmetur in vna ⁊ in alia negetur. Et nullo modo affirmetur vel negetur in ambabus. Et idem dico requiri ad ſubcontrarias ⁊ contradictorias propoſitiones.

## Sequitur textus.

Subcontrarie ſunt particularis affirmatiua: ⁊ particularis negatiua eiuſdẽ ſubiecti ⁊ eiuſdem predicati. Ut quidam homo currit: quidam homo non currit.

## Sequitur gloſa.

Iſta deſinitio textus ſic intelligitur ſcilicet ſubcontrarie ſunt propoſitiones cathegorice particulares oppoſite qualitatis et vtroꝗ termino participantes ordine eodem: quibus repugnat falſitas ⁊ non veritas: gratia acceptionis terminorũ. Iſtius deſinitionis particule ex intellectu precedẽtis deſinitionis patent.

¶ Conditiones vero ad ſubcontrarias requiſite oppoſito modo ſe habent ad conditiones contrariarũ. Nam contrarietas ⁊ ſubcontrarietas ſunt duo extrema: inter que mediat contradictio. Et ideo ſicut pluralitas vniuerſalitatum edificat contrarietatem: ita multitudo particularitatum edificat ſubcontrarietatem: ſit igitur prima conditio iſta ſcilicet.

¶ Quod ſint plures particularitates ꝙ vniuerſalitates in ambabus propoſitionibus ſubcontrarijs. Ideo iſte non ſunt ſubcontrarie: Petrus eſt homo/ petrus non eſt homo. In illis enim tantum eſt vna particularitas: ⁊ vna vniuerſalitas: ſed ſunt contradictorie.

¶ Secunda. Quod quelibet vniuerſalitas in vna ſit particularitas in alia. Non tamen econtra. Non enim inconuenit eandem particularitatem manere in ambabus. Ideo iſte non ſubcontrariantur. Semper homo eſt currens: ſemper homo non eſt currens. Quia ly ſemper vtrobiꝗ eſt vniuerſalitas.

¶ Tertia. Quod ſi aliquis terminus in vna earum diſtribuatur in ordine ad terminum ſtantem determinate. Talis terminus qui diſtributiue ſupponebat non debet in alia ſtare determinate vel diſtributiue: ſed confuſe ſi ille qui in vna ſtabat determinate: in alia diſtribuatur. Defectu cuius iſte non ſubcontrariantur ſcilicet hominis quilibet equus eſt. b. animal/ hominis eque nõ eſt animal. Nam poſito quod quilibet homo habeat duos equos: ambe ſunt falſe. Sed ſubcontraria prime eſt iſta hominis. a. equus non eſt animal. Et ſubcontraria negatiue erit hec hominis quilibet equus eſt animal. Dicitur ſi terminus ſtans determinate in vna ⁊c. Quia ſi non in alia diſtribuatur. Hoc non oportet. Ut patet de iſtis. homo eſt animal/ homo non eſt animal. In negatiua ſic. videm ly animal diſtribuitur in ordine ad terminum ſtantem determinate. Sed quia ly homo in alia nõ diſtribuitur: non inconuenit.

¶ Circa primam conditionem poteſt fieri difficultas de iſtis propoſitionibus ſcilicet. omnis homo eſt animal. a. homo non eſt animal. Quemadmodum circa contrarias dicebatur de iſtis. omnis homo eſt. b. animal: homo non eſt animal. Ideo ſi vis tenere illas eſſe ſubcontrarias de lege tantum. Quod melius mihi videtur: conditiones ſunt bene poſite. Et nulla debet tolli. Sin autem: Sed teneas illas ſubcontrariari de modo enunciandi. Debeo tollere primam conditionem. Et tertie ſuperaddere aliquid vltra. Et dicere ſic. ꝙ ſi in aliqua aliquis terminus diſtribuitur in ordine ad terminum ſtantem determinate ⁊c. Dummodo maneat eadem particularitas in ambabus vel ſi illa: in qua terminus ſtat confuſe tantum non contradicit illi in qua ſtat determinate. Prima pars ponitur propter iſtas hominis quilibet equus eſt. b. animal. hominis. a. equus non eſt animal. Que ſunt ſubcontrarie. Quia manet ly hominis quod eſt particularitas in ambabus. Nam ſi in vna earum diſtribueretur: eſſent contradictorie. Secũda pars ponitur propter iſtas omnis homo eſt. b. animal. a. homo non eſt animal: que ſunt contradictorie.

¶ His habitis. Contra preaſſignatas conditiones arguitur aliquibus argumentis. Et primo ſic. Iſte conueniunt conditiones ſubcontrariarum ſcilicet alter homo currit/ alter homo non currit (capiendo ly alter vt particularizet incomplete.) Et tamen ſunt ambe falſe in aliquo caſu: igitur conditiones nulle. Prima pars antecedentis patet: diſcurrendo per ſingulas conditiones. Secunda probatur in caſu ꝙ ſint quattuor homines: quorum duo currant ⁊ alij duo quieſcant: ambe ſunt falſe: igitur. Antecedens probatur: ſue contradictorie ſunt vere: igitur ipſe ſunt falſe. Antecedens patet. Quia in caſu predicto iſte ſunt vere vterꝗ homo currit: ⁊ vterꝗ homo nõ currit. Et ſunt ſue contradictorie: igitur ⁊c.

¶ Pro argumenti ſolutione notandum: ꝙ ly alter quando particularizat incomplete ſe habet oppo: ſi

modo ad ly vterqꝫ: quo ad aſcenſum ⁊ deſcenſum. Nam ſub termino diſtributo a ly vterqꝫ deſcēdendē dum eſt copulatiue ſub diſiunctione. Ita ꝙ ly vel ſit copula principalis. Et de hoc ſupradictū eſt. Sub termino autē determinato a ly alter deſcēdendum eſt diſiunctiue ſub copulatione. Ita ꝙ copula principalis ſit ly et. Sic ꝙ inter partes binarij ponatur ly vel ⁊ de binario in binarium procedendo ponatur ly ⁊. Ut ſic dicēdo. alter homo eſt animal: ergo iſte homo eſt animal vel iſte homo eſt animal: ⁊ iſte homo eſt animal vel iſte homo eſt animal ⁊c. Ita ꝙ iſta propoſitio. alter homo currit faciat iſtum ſenſum. Duorum libet duorum hominum aliquis homo currit. Et iſta vterqꝫ homo currit iſtum. Aliquorum duorum hominum quilibet homo currit. Et notabis hic. Quod deſcendendo ſub terminis a talibus ſignis determinatis. Non ſufficit vno ſolo modo combinare ſingularia talium terminorum. Alias: caſu quo eſſent quatuor homines: ſufficeret conſtituere duos binarios: quod falſum eſt. Jmmo ex quattuor hominibus poſſunt conſtitui ſex binarij diuerſimode combinando. Ut patet pſpicienti. Et vltra. Nota quid requiratur ad veritatem diſiūctiue conſtitute ex copulatiuis. Et ad veritatem copulatiue conſtitute ex pluribus diſiunctiuis.

¶ Tunc reſpondetur ad argumentum. Negando primam partem antecedentis. Nam deficit eis ſecunda conditio: vt per deſcenſum videre licet. Nam talia ſigna includunt ly et: quod eſt vniuerſalitas ⁊ manet vtrobiqꝫ eodem modo.

¶ Contra ſolutionem replicatur. Quia ſi eſſet vera: ſequeretur ꝙ ſi ly homo in vna earum particularizaretur complete: eſſent ſubcontrarie: conſequens eſt falſum igitur ⁊ antecedens/ conſequentia eſt lucida ⁊ minor probatur. Nam dicendo ſic: aliquis homo non currit: alter homo currit: ſit quod dixi. Et tamen ſunt ambe falſe igitur. Prima pars eſt nota. Secunda probatur in caſu: ꝙ ſolus vnus homo ſit in mundo currens. Nam ꝙ negatiua ſit falſa ex ſe patet. De affirmatiua probatur. Quia eius ſubiectum non ſupponit. Antecedens patet: quia eius ſubiectuꝫ ſtat pro aliquorum hominum aliquo homine: igitur ⁊c.

¶ Ad hanc replicam reſpondetur negando ſequellā. Eadem ratione: qua negata fuit alia conſimilis huic in contrarijs. Bene tamen concederem iſtam conſequentiam: ergo ſi ſubiectum affirmatiue particularizaretur complete eſſent ſubcontrarie ⁊ hoc de lege. Et oppoſito modo eſt dicendum ad hoc ꝙ ſue contradictorie ſint contrarie inter ſe: Ut dictum eſt in primo argumento contrariarum.

¶ Secundo arguitur ſic. Iſtis conueniunt conditiones ſcilicet aliquod animal eſt coloratum: aliquod animal non eſt coloratum. Et tamen dabuntur ambe falſe igitur. Prima pars antecedētis patet: quia nulla conditio eis deeſt. Secunda probatur: ſumptis illis ſignis incomplete. Et ponendo caſum: ꝙ de qualibet ſpecie animalis aliquod animal habeat colorem ⁊ aliquod non. Et quod in iſto caſu ambe ſint falſe patet per deſcendentes. Et ſimiliter quia ſue contradictorie ſunt vere. iſte ſcilicet omne animal eſt coloratum: omne animal non eſt coloratum. Et ꝙ ſint ſue contradictorie patet: quia carent alijs.

¶ Pro iſtius argumenti ſolutione. Notato: ꝙ ſicut datur aliquod ſignum diſtribuens pro ſpeciebus ſubſtantiē incomplete ſcilicet ly omne in iſta propoſitione omne animal eſt coloratum. Ita poteſt ſumi ly aliquod vt particularizet oppoſito modo ad ly omne. Et tunc ſub termino determinato a ly aliquis deſcēdendum eſt de ſpecie in ſpeciem diſiunctiue ⁊ inter indiuidua ſpecierum copulatiue. Sic: aliquod animal eſt coloratum: ergo de iſta ſpecie animalis ſignata humana: hoc animal eſt coloratum ⁊ hoc animal eſt coloratum vel de iſta ſpecie animalis: leonina ſignata: hoc animal eſt coloratum ⁊ hoc animal eſt coloratum ⁊ ſic de ſingulis ⁊c. Aliter ſic. aliquod animal eſt coloratuꝫ: ergo omnis homo eſt coloratus vel omnis leo eſt coloratus vel omnis bos ⁊c. ſuppoſita conſtantia.

¶ Tunc reſpondetur ad argumentuꝫ. Negando primam partem antecedentis. Nam eis deficit ſecunda conditio: vt patuit inter deſcendendum. Nam talia ſigna includunt ly ⁊: quod eſt vniuerſalitas ⁊ manet vtrobiqꝫ eodē mō: ſed ſi volueris habere ſubcōtrariā vnius illarum particulariza ſubiectum alterius complete. Et hoc poteris facere indiferenter in affirmatiua vel negatiua.

¶ Sed contra: particularizando ſubiectum negatiue complete: rebus vt nunc: ambe ſunt falſe: igitur ſolutio nulla. Antecedens patet de affirmatiua (quia de negatiua notum eſt.) Quia bene valet aliquod animal eſt coloratum: ergo aliquod coloratum aliquod animal eſt. ⁊ conſequens eſt falſum igitur ⁊ antecedens: quod bene ſequatur patet: quia eſt cōuerſio ſimplex: igitur bene ſequitur: quod autez conſequens ſit falſum patet: deſcendendo primo ſub ly coloratuꝫ ſic/ aliquod coloratum aliquod animal eſt: ergo hoc coloratum aliquod animal eſt vel hoc coloratum aliquod animal eſt. Et omnes iſte ſunt falſe: igitur. Quod ſint falſe probo. Deſcendentes earum ſub predicato ſunt falſe: igitur. Antecedens probo: quia iſte ſunt falſe hoc coloratum omnis homo eſt vel hoc coloratum omnis leo eſt ⁊ ſic de alijs. Et iſte ſunt deſcendentes vnius deſcendentis: igitur vnius deſcendentis deſcēdentes ſunt falſe. Et eadem eſt ratio de vna ⁊ de omnibus: igitur omnes ſunt falſe. Et pono ꝙ nulla ſit fenix in mundo. Ne forte dicas ꝙ illa demoſtrata: vna deſcendens ſub ſubiecto ſcilicet ſub ly coloratum eſt vera. ¶ Ad hanc replicam reſpondetur. Negando antecedens. Et ad probationem nego ꝙ affirmatiua ſit falſa. Et ad ꝓbationē nego cōſequentiā. Et ad probationem nego antecedens ſcilicet ꝙ ſit conuerſio ſimplex. Arguitur ſiquidem a confuſa ad determinatam reſpectu multitudinis virtualiter ⁊ latenter. Nam talia ſigna: ⁊ ſi particularia: includunt tamen vniuerſalitatem: ac perinde confundunt terminos ſibi mediatos. Quod notato pro ſimilibus conſequentijs.

¶ Ex hac ſolutione habetur. Quod omnes iſte non ſunt ſubcontrarie ſcilicet. Aliquantum animal currit. Aliquantum animal non currit. Aliquot homines currunt. Aliquot homines non currunt. Aliqualis homo eſt animal. Aliqualis homo nō eſt animal. Capiendo illa ſigna incomplete.

¶ 3º. Arguit ſic. Iſte ſunt ſubcōtrarie ſcilicet aliquis homo omnem lapidem videns currit: aliquis homo omnem lapidem videns non currit. Et tamen dabuntur ambe falſe: igitur. Prima pars antecedentis patet: quia nulla conditio eis deeſt. Secunda probatur: poſito caſu: ꝙ ſolus ſortes ſit in mundo: qui videat aliquem lapidem ⁊ aliquem non. Ambe ſunt falſe: igitur. Antecedens probatur: deſcendendo ſub ly lapidez ...

vtraqꝫ propoſitio copulatiue. Nam affirmatiua habe bit vnam deſcendentem falſam. Puta illam in qua demonſtratur lapis non viſus. Et negatiua aliam: illam ſcilicet: in qua demonſtratur lapis viſus: igitur ambe ſunt falſe ⁊ ſic habetur propoſitum.

¶ Pro ſolutione argumenti. Notandum: ꝙ difficultas eſt. An illa acceptio ſit vnica vel non vnica. Que difficultas licet dependeat a noſtri intellectus libertate (vt ſupra dictum eſt) tamen videtur mihi (quicquid alij dicant) quod eſt acceptio vnica. Quia ille obliquus ſcilicet lapidem ponitur inter ſuſtantiuum ⁊ adiectiuum. Et per cõſequens inter partes acceptionis vnice. Dictum eſt enim ſupra ꝙ ſemper adiectiuum cum ſuo ſubſtantiuo ſumitur vnice. Et tenendo hoc ac conſequenter reſpondendo. Dicitur ꝙ ſecunda pars antecedentis eſt falſa. Et quando probas per deſcenſum: nego quod liceat deſcendere. Quia eſt acceptio vnica. Si autem velimus admittere quod ille oblicus ſit acceptio nõ vnica: negãda eſt prima pars antecedentis. Deficit enim eis ſecũda conditio. Nam ly lapidem vtrobiqꝫ eſt vniuerſalitas. Ideo debes remouere illud ſignum vniuerſale ab vna earum.

¶ Contra hanc ſolutionem arguitur ſic. Habita iſta ſolutione. Adhuc ſunt falſe: igitur ſolutio nulla. Antecedens pbo. Et dico ſic: aliquis homo oẽꝫ lapidẽ videns currit: aliquis homo lapidem videns non currit: in caſu ꝙ ſortes ſolus ſit in mundo currens ⁊ videat omnes lapides mundi. In iſto caſu negatiua eſt falſa vt notum eſt. Et affirmatiue falſitas probat. Illa determinatio non ſupponit: ergo totũ ſubiectũ non ſupponit. Et per conſequens erit affirmatiua de ſubiecto non ſupponente ⁊ ſic erit falſa. Antecedens probo: de nullo verum eſt dicere hoc eſt omnis lapis: in caſu predicto: igitur. Quod autem bene verificet patet: quia obliquus debet verificari per ſuum rectum igitur ⁊c.

¶ Ad hanc replicam reſpondetur. negando antecedens. Et ad probationem admitto quod ille quas aſſumis ſint ſubcontrarie. Et nego ꝙ ſint ambe falſe in illo caſu. Et ad probationem: conceſſa falſitate negatiue: nego affirmatiuam eſſe falſam. Et ad probationeꝫ nego antecedens. Et ad antecedentis probationeꝫ nego ꝙ bene verifices. Non ex eo quod ponis ly lapidẽ in recto. Sed quia ponis illud ſignum vniuerſale ꝙ non eſt pars extremi. Ideo male verificas. Sed dicẽdum eſt ſic: hoc eſt lapis. Et ſimiliter. Si velimus verificare totum ſubiectum: oportet ſic dicere hoc eſt lapidem videns.

¶ Quarto ſic arguitur. Iſte ſunt ſubcontrarie ſcilicet aliqui homines currunt: aliqui homines non currũt. Et tamẽ probantur ambe falſe: igitur ⁊c. Prima pars antecedentis eſt nota. Secũda probatur. Volo quod ſint duo homines in mundo: quorum vnus currat ⁊ alter non. In iſto caſu ſunt ambe falſe: igitur antecedens probatur. Affirmatiua eſt falſa (vt liquet.) Negatiuam probo. Non habet in caſu illo: niſi iſtam deſcentem ſcilicet iſti homines non currunt: illis duob⁹ demonſtratis. Et iſta eſt falſa: igitur. a. ex caſu patet. b. probatur. Reducitur ad vnam copulatiuam falſam: igitur eſt falſa. Antecedens probo. Reducitur ad iſtã iſte homo non currit ⁊ iſte homo non currit. Et iſta copulatiua eſt falſa: igitur. Et quod ſit falſa patet. Quia vna eius pars eſt falſa: puta illa in qua demonſtratur homo currens igitur. Quod autem poſſit reduci patet: quia plurale nil aliud eſt ꝙ ſingulare geminatum. Vt patet: ⁊ habetur ex ſancto Thoma in quarto ſententiarum dicente. Quia dicere baptizo vos idem eſt: ac ſi dicatur: baptizo te ⁊ te.

¶ Ad argumentum reſpondetur. Concedendo primam partem antecedentis ⁊ negando ſecundam. Et ad probationem: admiſſo caſu. Nego quod negatiua ſit falſa. Et ad probationem. Nego antecedens ſcilicet ꝙ ſua deſcendens ſit falſa. Et ad probationem conceſſa. a. negatur. b. Et quando probas illam per reductionem ad copulatiuam. Nego ꝙ debeat reduci. Et ratio eſt. Quia quando ly ⁊ ſumitur cõplexiue non debet reduci ad copulatiuam. Siue ponatur explicite. Vt hic Petrus ⁊ Martinus trahunt nauim. Siue implicite. Vt in predicta ꝓpoſitiõe. Et hoc modo ſumitur communiter ly ⁊ incluſum in termino pluralis numeri. Et ad probationem: quando dicis ꝙ plurale nil aliud eſt ꝙ ſingulare geminatuꝫ: Dicitur ꝙ verum eſt: quo ad ſuppoſita illius extremi in ſe: vbi ponitur plurale. Non tamen quo ad ſuppoſita vnius extremi reſpectu alterius ⁊ diuiſim: Niſi tale. et. ſumeretur diuiſiue. Et ſic dico ꝙ illa propoſitio debet reduci ad iſtam: iſte homo ⁊ iſte homo non currunt. Sumendo ly. et. complexiue. Et idem dicendũ eſt de ſibi ſimilibus.

## ¶ Sequitur textus.

Contradictorie ſunt vniuerſalis affirmatiua ⁊ particularis negatiua: vel vniuerſalis negatiua ⁊ particularis affirmatiua eiuſdem ſubiecti ⁊ eiuſdem predicati. Vt omnis homo currit. Quidam homo non currit. Nullus hõ currit. Quidã homo currit.

## ¶ Sequitur gloſa.

Ad huius definitionis intellectionem. Primo notanduꝫ eſt. Quod communiter ſolet dici duplicem eſſe cõtradictionẽ. Quorum vna reperitur in terminis ſingularibus: que vocatur ꝯdictio ſm rem. Et poteſt ſic definiri. ¶ Contradictio ſm rem eſt repugnantia duarum propoſitionum ſingularium vt in quantitatibus: in veritate ⁊ falſitate: de forma acceptionis terminorum: ſeruatis ſeruandis. Secundum quam definitionem ille propoſitiones que preciſe componuntur ex terminis ſingularibus ſunt perfectiſſime contradictorie prefato modo. Vt ſunt iſte ⁊ alie ſimiles ſortes eſt plato/ ſortes non eſt plato. Minus autem perfecte eſſent iſte, ſortes eſt homo- ſortes non eſt homo. Immo tenendo iſtas eſſe ſimpliciter contrarias/ ſortes omnis homo eſt/ ſortes nullus homo eſt. Non video: quare ille ſecunde non ſint etiam ſimpliciter cõtradictorie. Secus autem: ſi teneremus illas tantum de lege contrariari. Sed de nominibus parum eſt curandum: cum eas eſſe contradictorias liquido cõſtet.

¶ Alia eſt contradictio ſm rem ⁊ modum. Que re

peritur in terminis cõmuniſſimis de qua cõmuniter exponit magiſtri petri diffinitio: q̃ exponitur ſic. Cõtradictorie ſunt due propoſitiones categorice: quarũ vna eſt vniuerſalis ⁊ alia particularis: oppoſite qualitatis: vtroq; termino participantes ordine eodẽ: quibus repugnat veritas ⁊ falſitas de forma acceptionis terminorũ ſeruatis ſeruandis. Ut omnis homo eſt animal: homo non eſt animal.

¶ Conditiones ad hanc oppoſitionem requiſite ſunt quinq;: quarum prima eſt hec.

¶ q̄ ſit equalitas vniuerſalitatũ ⁊ particularitatum in ambab⁹ oppoſitis. Ita q̄ vniuerſalitas vni⁹ ſit particularitas alterius et econtra. Ideo iſte non contradicunt. ſ. hominis equ⁹ nõ eſt animal: ⁊ cuiuſlibet hominis equ⁹ omne animal eſt. Ex qua cõditione patet omnẽ vlitatem in vna debere verti in particularitatem in alia ⁊ econtra: alias nõ eſſet equalitas predicta. Et intelligitur p̄dicta conditio extra copulata cõplexiue capta ⁊ diſiuncta ſimiliter ſũpta. vt ex dicẽdis patebit.

¶ 2ª. q̄ terminus ſupponens in vna diſtributiue in ordine ad terminũ ſtantẽ confuſe tantũ: in alia debet ſupponere determinate. Quia ſi in alia ſupponeret confuſe tantũ: darentur due cõtradictorie vere. Ut patet de iſtis omnis homo eſt animal. a. homo nõ eſt animal. In p̃ma deſcẽdendo ſub ly hõ/ ⁊ in 2ª ſub ly animal.

¶ 3ª q̄ terminus diſtribut⁹ in vna in ordine ad terminum ſtantẽ determinate in ſua contradictoria debet ſupponere confuſe tantũ: q2 ſi in ſua cõtradictoria ſupponeret determinate darent̃ due contradictorie falſe. Ut patet de iſtis omnis homo eſt. b. aĩal/ homo non ẽ animal: deſcendẽdo in prima ſub ly animal ⁊ in ſecunda ſub ly homo: quia illi duo termini ſupponunt determinate. Nec hoc eſt contra illam regulã primã deſcẽſuum: vbi dicit̃ A quocũq; termino. ⁊c. Tũ q2 iſte nõ ſunt contradictorie nec cõtrarie: niſi de lege ſm vnã opinionem. Tum q2 ſecũda regula eſt exceptio p̃me. Tũ quia intelligitur niſi aliquis error cõmittatur.

¶ 4ª q̄ terminus diſtribuens in vna in ordine ad duos: quorum vnus ſupponit cõfuſe tm̃ ⁊ alter determinate/ in alia debet ſupponere mixtĩ. ſ. determinate et confuſe. Ita q̄ ſi in prima p̄cedit determinata: in alia precedat confuſa. Et ſi in prima confuſa/ in alia determinata. Exemplũ p̃mi hominis. a. equ⁹ nõ eſt animal: cuiuſlibʒ hominis quilibʒ equ⁹ ẽ. c. animal. Secũdi. ſ. hominis equ⁹ nõ eſt animal/ cuiuſlibet hominis q̃libʒ equ⁹ eſt eſt. d. animal. Si autẽ fuerit diſtribut⁹ in ordine ad tres: quorum vnus ſupponit cõfuſe ⁊ alij duo determinate in alia ſtabit etiam mixtim. ſ. vna determinata ⁊ duplici cõfuſa. Exemplũ. a. homo ⁊ leo ⁊ capra nõ ſunt animalia/ omnis homo ⁊ omnis leo ⁊ oĩs capra ſunt. f. animalia. Et ſic poterunt variari ⁊ multiplicari in infinitũ. Et poteris ponere ſignum q̃ tibi placuerit: q2 iſta ſigna ſunt inſtrumẽta intellect⁹: ſeruato ſemper hoc: q̄ preceſſio ⁊ ſubſequtio confuſarum ⁊ determinatarũ e diuerſo ſe habeãt in vna ⁊ in alia.

¶ 5ª q̄ ſi in aliqua contradictoriarum aliquis termin⁹ ſupponit confuſe tantũ poſt ſpeciale ſignum confuſionis: in alia debet ſupponere diſtributiue: diſtributione oppoſita illi confuſe tantũ. Et ſimiliter ſi in vna poſt idem ſpeciale ſignum ſupponat determinate: in alia debet diſtribui diſtributione oppoſita illi determinate.

¶ Suppoſitionem diſtributiuã oppoſitam confuſe tm̃ voco illam que ſic ſe habet. q̄ remoto ſigno diſtribuente: manet confuſa tantũ. Ut hic/ nõ petr⁹ ⁊ martin⁹ eſt animal: ſumpto ly ⁊ diuiſiue: ly animal ſupponit iſto modo diſtributiue: quia remota negatione: ly animal ſupponit confuſe tantũ. Exemplũ ſecundi non petr⁹ ⁊ martinus eſt. b. animal/ ly animal diſtribuit̃ diſtributione oppoſita determinate: quia remota negatione ly animal ſtat determinate.

¶ Signũ ſpeciale confuſionis diffinit̃ ab aliquibus ſic eſt ſignũ taliter cõfundẽs terminũ: q̄ omni diſtributiue ſecluſa: talis confuſa non reputabitur determinata qualia ſunt hec/ bis/ ter. et alia huiuſmodi aduerbia numeralia/ Incipit/ Deſinit/ Requiritur/ Neceſſe. Et ſimilia que omnia confundunt terminos imobiliter.

¶ Circa 4am conditionem querit̃/ An iſta ſuppoſitio mixta: quã plerique expoſam habent ſit neceſſario ponenda: ita q̄ ſine illa contradictio non poſſit ſaluari. Et p̃batur q̄ non.

¶ Primo quia oppoſitio cõtraria ⁊ ſubcontraria ſaluantur ſine illa: igitur ⁊ contradictoria: conſequentia videtur bona: quia non apparet potior ratio in illis q̃ in iſta.

¶ Preterea omnis ꝓpoſitio in qua debet ꝑ te poni mixta: poteſt habere cõtradictoriam ꝓponẽdo illi negationem. Iuxta illud non eſt verius cõntradicere q̃ toti ꝓpoſitioni negationem preponere vel prepoſitam demere: igitur habet̃ propoſitum.

¶ Sed in cõtrariũ eſt cõmunis opinio neotericorũ.

¶ Ad hanc. q. reſpondetur per hanc concluſionẽ. Suppoſitio mixta eſt neceſſario ponenda in oppoſitione cõtradictoria. Quã cõcluſionẽ nec põerem nec tenerem niſi rationes: quibus illam probauero me cogerent/ q̃ videntur mihi eſſe demõſtrationes in hac mã quarũ.

¶ Prima eſt ad impoſſibile ducẽs. Et eſt talis ſi non eſſet ponenda talis ſuppoſitio ſequeretur aliquam eẽ dabilem propoſitionem: que non poſſet habere cõtradictoriam: conſequẽs eſt contra philoſophum primo periermenias lectio. S. D. ⁊. I. primo. igitur: ſeq̃lla ꝓbatur. Et capio iſtam ꝓpoſitionẽ equum quilibet homo eſt videns: in qua ly homo diſtribuitur in ordine ad ly equum ſtans determinate: ⁊ in ordine ad ly videns ſtans confuſe tantũ. Et peto a te contradictoriã illius. ¶ Si dicas falſum eſſe ly equũ ſupponere determinate ſed q̄ confuſe ſupponit: quia licet ſic vocaliter precedat: tamen virtualiter ſequitur ſignum vniuerſale affirmatiuum. ¶ Contra hoc eſſet verum: ſi ſolũ elegantie gratia poneretur ⁊ non conſulto: vt non confundatur modo ſolum ponitur vt ſtet determinate.

¶ Si dicas hoc non poſſe fieri: quia nullus antiquorũ hoc poſuit. Contra quia locus ab auctoritate negatiue non valet. ¶ Secũdo ſeq̃retur ex hoc: q̄ propter ſequendos antiquos ego non debeo exprimere conceptus meos: quos poſſum formare quod eſt contra rationem cum nomina ſignificent ad placitum ⁊ contra philoſophum: qui in predicamento relationis dedit facultatem fingendi vocabula: conſequentia probat̃ ſic/ Ego volo manifeſtare alicui: q̄ aliquis equ⁹ a quolibʒ homine poſſideatur. Et hoc per copulas de preſenti. Et per vocem actiuã/ quare ergo hoc non faciã dicendo ſic/ equũ quilibet homo eſt videns: ſupponendo q̄ ly equs non confundatur: ſicut de rigore non confundit. ¶ Si dicas adhuc me non probaſſe conſeq̃ntiã: quia poſſum dicere ſic/ quilibet homo eſt aliquẽ equũ videns. Contra: totum illud aliquem equũ ex rigore confunditur. Et ſi tu vis q̄ ly aliquis impediat illam confuſionem: quare ego non potero hoc agere per intellectũ ꝓ hoc q̄ ly equũ p̄cedit ſignũ illud vniuerſale p̄ſertim quia nomina ⁊ verba trãſpoſita idẽ ſignificãt

ſeruetis ꝓpꝛietatibus logicis. ſic eſt hic igit̄. Et dato ꝙ
non admittatur hoc vltimū: habeo ꝓpoſitū. Si vt di-
cis: ly aliquem impediat illam confuſam. Hoc igitur
habito: reuertamur vnde digreſſi ſumus. ¶ Peto igit̄
a te cōtradictoꝛiam illius. ſ. aliquē equum quilibet ho
mo eſt vidēs. Si dicas eius contradictoꝛiā eſſe iſtā. ſ.
non equū quilibet homo eſt vidēs. ¶ Tunc arguitur
ſic: et quero: an iſta poſſit habere aliquā equiualentē:
tranſponēdo negatiōem ſic: quēlibet equū homo nō
eſt vidēs: vel alio modo: dū tamē negatio non prece-
dat ly homo. Si dicas ꝙ non. Cōtra vel tu intelligis
ſenſum illius ꝓpoſitionis vel non. Si non: quomodo
iudicas illā non habere equiualentē. Si ſic: da mihi tu
ſenſum illi⁹: ⁊ ego tibi reddam equiualentē. Et ꝑ con
ſequēs probabo te male negaſſe illā equiualēte carere.

¶ Preterea quero abs te quomodo ſupponit ly ho-
mo in illa negatiua: vbi prepoſuiſti negationē. Quia
vel ſupponit determinate vel confuſe tantū / De aliis
enim ſuppoſitionib⁹ ſtultum eſſet interrogare / Si di-
cas ꝙ determinate: dabunt̄ ambe falſe. Si confuſe: am
be vere: vt poſtea ꝓbabit̄: igitur debes dicere ꝙ ſup-
ponit mixtim: ad minus implicite. Sed illud quod ē
implicitū non nocet ſi exprimatur (vt iuriſperiti di-
cunt) igitur. ⁊c.

¶ Si vero concedas illam negatiuā habere equiualen-
tē vt illā affirmatiuā ↄ̄dictoꝛiā non ꝑponendo negatio
nem. Tunc quero an cōtradictoꝛia illius. ſ. equū qui-
libet homo eſt videns: ſit iſta quēlibet equū homo
non eſt vidēs vel iſta / quēlibet equū. b. homo non eſt
videns. Si concedas illam habere primā: contra am
be ſunt vere in caſu ꝙ ſint duo homines: quorum qui
libet habeat vnum equum ⁊ quilibet videat equum pro
prium ⁊ alienum ⁊ non ſint alii equi: nec homines in
mundo. Et hoc vt facilioꝛ ſit intellectus. Veritas pri
me patet deſcendendo ſub omnibus terminis ſuo oꝛ-
dine. Veritas ſecūde ſimiliter patet deſcendendo ſub
ly equū ſic / quēlibet equū. ⁊c. ergo iſtum equū. a. homo
non eſt videns. Et poſtea ſub ly videns: vltimo ſub ly
homo. Si des ſecundam cōtra: quia in caſu predicto
mutato hoc: ꝙ quilibꝫ homo ꝓ̄ciſe videat ſuum equū:
ambe ſunt falſe vt patet deſcendēdo in prima ſub ly
equū. Et in ſecūda ſub ly homo ſtāte determinate. Nā
ſi in ſecunda incipias a ly equum: argumentaretur ab
vna determinata ad plures. Ubi opoꝛtet meminiſſe
ly equū nō eſſe determinationē illius termini homo.
ac ꝑ conſequens ſtare in oꝛdine ad illud. Et ſic conclu
ditur principale ꝓpoſitum. ſ. ꝙ mixta eſt ponenda im
plicite vel explicite / Et patuit per rationem dictam.

¶ Secundo ꝓbatur eadē concluſio ſic / contradictio
ſecundū philoſophum p° perier. lectō. S. T. 9. §. 3°.
eſt affirmatio ⁊ negatio eiuſdem de eodem ad idē ſm̄
idem. ⁊c. Sed hoc non ſeruaret̄: niſi poneretur mi-
xta: igitur eſt neceſſario ponēda. a. eſt nota. b. ꝓbatur.
Et capio predictam propoſitōem. ſ. equū quilibꝫ ho
mo eſt videns. Et arguo ſic ly homo diſtributus in affir
matiua eodē modo ſe habens in ſe. ſ. diſtributiue: reſ
picit illos duos terminos. ſ. equum ⁊ ly videns diuerſi-
mode ſe habentes ad ly homo: ergo in negatiua: cū il-
li duo termini ſe debeant habere eodē modo. ſ. diſtri-
butiue: reſpicient illum terminum homo ſe habentē
ad illos diuerſimode / Sed non pōt ſe habere ad illos
diuerſimode niſi ſupponat mixtim: igitur ↄcluſio obti
net veritatem. Iſte rationes videntur mihi potioꝛes:
ideo ſolas illas adduxi. Si aliquis dicat has rationes
non eſſe demonſtrationes quia ex dictis ꝑſtat aliqā nega
ri. Reſpōdeo ſibi me nō appellare demonſtrationē /
rationem cōcludentē: ꝗ̄ ſi ſic: nāꝗ̄ modo nulla eſſet de
monſtratio in mūdo / Sed voco demōſtrationē ratio
nem cōuincētem intellectum. Iuxta illud phi mira-
bile dictum in poſterioꝛibus libro p̄mo lectō. S. D. 19.
§. p̄mo. Etenim ſic: vt ſemꝑ aduerſus externam oꝛo-
nem ꝑ inficiationem obſtetur. At non ſemꝑ aduer-
ſus eam q̄ eſt in mente vbi. S. Tho. nil adeo verum
quin poſſit voce negari.

¶ At vero poſtꝙ̄ hec ſcripſerā inueni quoſdā dicētes
ꝙ admiſſis fictionibus de ly. a. ⁊ b. neceſſe eſt ponere
mixtam: q̄ litere (vt ipſi dicunt) nondū a viginti annis
hoc officiū habent. Secundo dicūt: ꝙ non eſt neceſſe
ponere mixtam ꝓpter iſtas equū quilibet homo ha
bet: quēlibet equū homo non habet. Et rō eſt: quia ve
iacent ſunt contradictoꝛie: ⁊ negatiua falſa: caſu quo
omnes homines poſſideāt eūdem equū. Et ꝙ ſit falſa
ſic probant: bene valet: quēlibet equū homo nō habet:
ergo quilibet equ⁹ ab hoīe nō habet̄: ab actiua ad paſ-
ſiuā: ↄ̄ńs eſt manifeſte falſum: igitur ⁊ aſ̄ńs / Circa pri-
mū dictū videt̄ mihi inuentionē illarū literarū non
eſſe reiiciendā eo ꝙ nondū a viginti annis habuerit̄
oꝛtū. Multe quippe veritates in dies reperiuntur: cum
quotidie proficiāt humana ingenia. Unde thales ille
milleſius ſapientiā tēpoꝛi attribuit. Nec tamē ob hoc
veritates nouit̄ reꝑte reiiciūt̄: igit̄ nec litere ille rei-
ci debēt. Amplius vt dictū eſt in. c. q. phs ꝑmittit fictio-
nem vocabuloꝛum igitur ⁊ literarū / ſi neceſſe fuerit.

¶ Ad. 2^m. dictum reſpondeo dupl'r / Primo ſm̄ opi-
nionem cōmunē ⁊ ſic nego ꝙ nō ſit neceſſe ibi ponere
mixtam. Et ad probationem nego falſitatē negatiue.
Et ad ꝓbationē nego ↄ̄ńam. Arguitur enim virtualr
a confuſa tantū ad determinatam reſpectu multitu-
dinis. Et ratio eſt: q2 ly homo in antecedente ſtat con
fuſe: ⁊ nullo modo equiualet determinate. In conſe-
quente vero ſtat equiualent̄ determinate reſpectu il-
lius termini habetur: quia eſt eius determinabile. vt
ex ſupradictis ſatis patet.

¶ 2°. reſpondetur ſm̄ opinionem arguētiū tenentiū /
Nullū ſignū ↄfundere terminū niſi in oꝛdine ad ſe vel
in oꝛdine ad terminū quē diſtribuit. Et tūc diſtinguo ꝙ
non ſit neceſſe ibi ponere mixtam vel explicite ⁊ ſic cō
cedo vel implicite ⁊ ſic nego. Hoc autem ſic probo. q2
ſm̄ eos iſta eſt contradictoꝛia prime. ſ. quēlibet equum
homo non habet: Sed per illā regulā / Nullū ſignum
confundit. ⁊c. ly homo ſtat cōfuſe reſpectu illius ter-
mini equū ⁊ determinate in oꝛdine ad ly habēs: igit̄
ſtat mixtim. Conſequētia patet: q2 ob nullam aliam
cauſam ab aliis ponitur ly. c. niſi vt faciat illū terminū
ſtare diuerſimode in oꝛdine ad diuerſos terminos / q̄
prefati doctoꝛes faciūt remoto ly. c. Et ſi ſic volunt ſu-
am concluſionem intelligi: ⁊ vera eſt ⁊ noſtre non ad-
uerſatur. Sin autem nec ei poſſunt aſſentire nec rō
concludit vt patet ex ſolutione data. Iſtis igitur ha-
bitis reſtat ad argumenta reſpondere.

¶ Ad primū ergo cum ſic arguit̄ oppoſitio contraria
⁊ ſubcōtraria ſaluātur ſine mixta: ergo. ⁊c. cōceſſo an-
tecedente: negat̄ ↄ̄ńa. Et rō negationis eſt: q2 quilibet
termin⁹ q̄ in cōtrariis videt̄ debere ſupponere mixti
poteſt ſupponere diſtributiue vel determinate: ad hoc
ꝙ ſeruēt ſuā legē ipe cōtrarie: q2 hoc adiuuabit vel edi
ficabit falſitatē / Proportionabil'r q̄libet terminus q̄ in
ſubcōtrariis ſtat vel videtur debere ſtare mixtim. pōt
ſupponere ↄfuſe tm̄. Et ſi in aliq̄ cōtraria vl' ſubcōtra-
ria ē neceſſario ponēda mixta: hoc nō erit ꝑ reſpectuꝫ

ad aliã cõtrariam vel ſubcõtrariã:ſed reſpectu cõtra-
dictorie. Ut patet ĩ iſta vniuerſali cuiuſlibet hominis
quilibet equs eſt. c. animal: q ſi compareretur huic hoīs
a. equs non eſt animal neceſſario dʒ habere illã mix
tam. Secus aũt ſi compareretur ſue contrarie propor-
tiõabiliter in ſubcõtrarijs exemplificare poteris.

¶ Ad ſecundã reſpondet cõcedendo antecedẽs et ne-
gando ɔ̃ſeq̃ntiam. Et ratio eſt: q2 illa negatio facit illũ ter
minũ q̃ debebat ſuppõere mixtĩ ppř ly. c. vt ly. d. ſuppo
nere implicite mixtĩ ſine illis ſignis/quia ſemꝑ nega-
tio quicquid inuenit poſt ſe deſtruit et eius oppoſitum
ponit ſecundũ exigentiam contradictiõis. Et cũ contra
dictio exigat illum terminũ ſupponere mixtim (vt in
corpore probatum eſt) ſequitur q faciat illum ſic ſup-
ponere.

¶ Contra preaſſignatas conditiones aliquibus ar-
gumentis inſiſto. et primo ſic. Iſte ſunt contradictorie
omnis homo eſt animal: et aliquis homo nõ ē animal.
Et tamen dabunť ambe vere: igitur. Si dicas q ſubie-
cta non tenentur eque reſtricte: contra pono q ly ali-
quis abſoluatur a genere vel dico ſic homo non ē ani-
mal. Adhuc ambe ſunt vere: igitur ſolutio nulla: an-
tecedens probo: deſcendendo in prima ſub ly hõ et in
ſecunda ſub ly animal: patet deſcendentes ambarum
eſſe veras igitur. etc.

¶ Ad hanc replicam negatur aña. Et ad probationem
negať q in negatiua liceat primo deſcendere ſub ly
animal: retentũ ponẽdo relatiuũ identitatis: quia talis deſ-
cenſus: nec vťr eſt ſufficiens: nec clarificat deſcenſũ.
vt patet: ponendo caſum q ſint infiniti homines: in
quo caſu illa negatiua habet omnes deſcendentes ve
ras: qđ patet quia ſi aliqua eſſet falſa eſſet vltimus deſcẽ
dens: ſed talis non eſt dabilis: quia infinitum caret
vltimo: igitur omnes deſcẽdẽtes ſunt vere. Et tamẽ
ipſa eſt falſa: ergo deſcenſus nullus.

¶ Secundo arguitur ſic. Iſte ſunt contradictorie. ſ. q̃
libet equs hominis. quilibet equs ipſiuſmet eſt: aliq̃s
equs hominis aliq̃s equs ipſiuſmet nõ eſt. Et tamen
dabunť ambe vere: igiť: pˢma pars antecedẽtis patet: q2
nulla conditio eis deeſt. Secunda iam pbať. Et po-
no caſum q ſint tres homines/ſortes plato et Cice-
ro. Et cicero poſſideat duos equos: quorũ vnum com
muniter ſorti et alterum platoni copulatiũ et copulatiue.
In iſto caſu ambe ſunt vere: igitur antecedẽs patet:
deſcendendo in ambabus primo ſub ly equs: ſecundo
ſub ly hominis. etc. affirmatiua enim habet ſub ly ho-
minis duas deſcendẽtes veras: illas. ſ. in quibꝰ demõ
ſtrãtur ſortes et plato: et negatiua habet vnam veram
ſub ly hominis ſimiliter: illam. ſ. in qua demõſtratur
cicero et deſcendendum eſt diſiunctiue in ambabus
ſub ly hominis igitur. etc. Et ſemper nota: q deſcẽdẽ
do ſub ly hominis: deſcẽditur ſimul ſub ly ipſiuſmet.

¶ Pro argumenti ſolutione quãtum attinet ad ca-
ſum notabis. q aliquid poſſideri a pluribus copu-
latim ſolum: eſt aliquid poſſideri ab aliquibus tali-
ter: q ſit omnium in cõmuni et nullius in particula-
ri. Ut ſit inter religioſos. Et hoc modo poteſt exponi
apoſtolus quando dixit nihil habentes. ſ. proprium et
omnia poſſidentes. ſ. in cõmuni. Et iſto modo ſi duo
homines poſſideant brunellum. Iſta copulatiua eſt
falſa. ſ. brunellus eſt iſtius hominis et brunellus ē iſtiꝰ
hominis. Iſta tamen categorica erit vera. ſ. brunellus
eſt iſtius et iſtius hoīs: ſumpto ly et complexiue.

¶ Aliquid poſſideri copulatim et copulatiue eſt poſſi-
deri ab aliquibus taliter: q ſit omniũ in cõmuni et cu-
iuſlibet in particulari. Et iſto modo in caſu predicto tã
copulatiua: q categorica predicta eſt vera. Un autẽ
iſto modo aliquid poſſideri a pluribus ſit poſſibile
dicit. D. Tho. in ſecundo politicorũ lectione ſecunda. q
primo q non quia implicat. Sed hoc non refert q̃tũ
attinet ad ſũmulitas. Nec ibi eſt vis argumenti.

¶ Notabis preterea (vt ſupra tactum eſt) q plurimos reſ
pondere ad hoc argumentũ negando primã partem
antecedentis: cõceſſa ſecunda. Et eorũ ratio eſt: q2 ma-
net eadẽ particularitas in ambabus. ſ. ly hominis/ q
ſi inſurgas dicẽs: cõtra eſt determinatio accepta vnica
ergo debet eodẽ pacto manere ergo ſolutio nulla: Ad
hoc conceſſo antecedẽte: negãt conſequẽtiam: dicẽtes
regulam illã hře inſtantiam in cõſimilibus ꝓpoſitio-
nibus ſed ꝯdictoria prime eſt iſta aliquis eque cuiuſli
bet hominis aliq̃s equs ipſiuſmet nõ eſt. Si dicas cõ
tra non ſunt eiuſdem ſubiecti/ nec ly hominis teneť
eque reſtricte: igitur. etc. Dicunt ad hoc q ly cuiuſlibʒ
non efficitur pars extremi: nec facit q teneať magis
ample vel reſtricte: et hoc per libertatem intellectus.

¶ Preterea ſi dicas: ex hoc ſequitur. q illa cõmunis
regula. ſ. non eſt verius cõtradicere. etc. non eſt vera:
ſed hoc eſt falſum: igitur. etc. ſequella probatur: q2 di-
cendo ſic: non quilibet equs hominis quilibet eqꝰ ip-
ſiuſmet eſt non datur cõtradictoria prime propoſitio-
nis argumenti: antecedẽs probo: quia vel illa negatio
diſtribuit ly hominis vel non. Si ſecundũ habeo ꝓpo
ſitũ. Si primũ: ergo iſte non contradicunt eque homi
nis currit et non equs hominis currit. Et probo: q2 ac-
ceptio vnica non ſtat eodẽ modo. Et tamen eſt extra
relatiuũ reciprocum igiť. etc. Ad hãc replicam reſpõ
dẽt ipſi dicentes: q huic replice dupliciter põt reſpõ
deri. Primo concedẽdo illã regulam cõmunem non
eſſe vniuerſaliter verã. 2ᵒ. q negatio aliquãdo diſtri
buit acceptionẽ vnicam aliquando non.

¶ Sed his dimiſſis que q̃ irrationabilia ſint vnuſq̃ſq̃
per ſe poterit videre: et ex predictis impugnare. Reſ
pondetur ad argumentũ concedẽdo primã partẽ an-
tecedẽtis et negando ſecũdam. Et ad eiꝰ probationem
nego deſcenſum: q2 ſumitur vnice ly hominis: dato q
ly ipſiuſmet ſumatur nõ vnice vt ſupra dictum eſt.

¶ Si dicas forſan: ego volo ex intellectus libertate q
ſub illo obliquo poſſimus deſcendere et facere diffi-
cultatem in deſcendendo. ¶ Reſpõdeo tibi ex eadem in-
tellectus libertate: q tunc non eſt acceptio vnica. Et
tunc nulla eſt difficultas in deſcendendo. Et ſic conce-
do tibi q non eſt inconueniens deſcendere. Nec tũc
ſunt contradictorie propter defectum aſſignatum. ſ.
quia manet eadem particularitas in ambabus: quod
eſt inconueniens in acceptione non vnica: qualis per
caſum eſt iſta. Et ſic habeo illam regulam de acceptio
ne vnica vniuerſaliſſimam.

¶ Et ſi dicas: quomodo ergo in predictis propoſitioni-
bus quãdo ly hominis ſumiť vnice: cognoſcetur veri-
tas vel falſitas earum. Reſpondeť q per ſuppoſitionẽ
extremorum vel ponẽdo loco relatiui ſuũ antecedẽs.
Et dico q in iſtis ꝓpoſitionibꝰ debet poni ſic. ſ. quilibʒ
equs hominis quilibet equs hominis eſt. Et eodẽ pa
cto in negatiua. Et ſic negatiua eſt vera in caſu poſito
et affirmatiua falſa. Ut liquet reſpicienti extremorũ
ſuppoſitionem.

¶ Tertio ſic arguitur. Iſte ſunt contradictorie. ſ. qui-
libet equs cuiuſlibet hominis currit: aliq̃s equs homi
nis non currit. Et tamẽ dabuntur ambe falſe: igitur. a.
pʒ: quia nulla conditio deeſt. b. probatur ponẽdo caſũ

ꝙ nullus equꝰ ſit cōmunis: ſed omnes equi qui ſunt ſint
proprij hominum ⁊ currant: ſit tamen plato carens equo
in iſto caſu: ꝙ affirmatiua ſit falſa ꝓbatur ſic. Eſt vna
affirmatiua d̄ ſubiecto non ſupponente: igitur antece
dēs ꝓbo: determinatio non ſupponit: ergo totum ag-
gregatum non ſupponit: ⁊ aggregatū eſt ſubiectum:
igitur: antecedēs probo: quia de nullo verū eſt dicere
hoc ē quilibet homo ⁊ ſic debet verificari: igitur pri-
ma pars antecedētis ē nota. 2ª. probatur: qꝛ ly quilibꝫ
efficitur pars extremi in illa affirmatiua: de negatiua
patet per deſcenſum ſub ſubiecto.

¶ Ad argumenta reſpondet negando minorē: deficit
enim eis. 7ª. conditio generalis. ſ. ꝙ acceptio vnica d̄
bet manere eodē modo in ambabus. Sed cōtra diſtri
buendo ly hominis in negatiua: adhuc nō ſunt cōtra
dictorie. igitur ſolutio nulla / antecedēs patet: poſito ꝙ
tm̄ ſit vnꝰ equꝰ in mundo poſſeſſus ab omnibꝰ homi
nibus copulatiue. Tunc negatiua ē falſa: vt patet: ⁊ falſi
tas affirmatiue hꝫ per ꝓbationē ſupra poſitā / igit. ⁊c.

¶ Pro huius replice ſolutione notāđ pleroſqꝫ dicere
ly quilibet in genitiuo caſu ſingularis numeri poſſe
ſumi collectiue ⁊ diſtributiue. Sꝫ ꝑmū videt̄ mihi val
de improprie illi termino cōuenire. ſ. ꝙ poſſit ſumi col
lectiue: illo tamē admiſſo. Dicit ꝙ ille obliqꝰ d̄bet veri
ficari ꝑ rectum in pluralis numeri ſic: iſti ſunt omnes ho
mines: ratio ē: quia illa propoſitio ſumitur loco huiꝰ
aliquis equus omnium hominū nō currit: ⁊ poſuit ly oēs
⁊ non quilibet qꝛ non pōt teneri ly quilibet collectiue
ſecundum aliquos niſi in genitiuo ſingularis numeri.
Si vero ſumat diſtributiue: cōceſſa. 1ª. negatur. 2ª. Et
ad ꝓbationem: nego antecedēs. Et ad ꝓbationē: nego
ꝙ ſic debeat verificari. Sed oportet remoueri ly qui
libet. Et quādo probas oppoſitum: quia ly cuiuſlibet
efficitur pars extremi: igit debet remanere: diſtinguo
āntecedēs: ſcilicꝫ ꝙ efficiatur pars extremi totalis ⁊ ſic
concedo. Et ſic quādo totale extremum volueris veri
ficare d̄bes illud ſignū ponere ſic decēdendo: hoc ē equꝰ
cuiuſlibꝫ hominis. Vel ꝙ efficiatur pars extremi par
tialis. ſ. determinationis: ſeu determinabilis. Et ſic ne
go. Et ſic ſi volueris verificare determinationem de
bes ſic deſcēdere hoc eſt homo.

¶ Ex qua ſolutione infertur / ꝙ aliquid poteſt eē pars
alicuius totiꝰ ⁊ nullius partis ſit pars. Vt patet etiam
in hac ꝓpoſitione ſortes q̄ non eſt animal eſt albꝰ. In
q̄ ly non ē pars extremi totalis. ſ. ſubiecti: quia ponitur
ratione acceptionis vnice. Et tamen nec eſt pars
illius termini ſortes. Nec illius termini qui: nec illius
eſt: nec illius animal. Et iſto modo reſpondendo: nul-
la patieris anguſtias: inquirendo an illa ꝯña ſit bona
ſemper ⁊ ſit vniuerſalis. Determinatio non ſupponit
ergo totū aggregatū non ſupponit. Nam dicere illam
ꝯñam eſſe bonam: ſolū pcedo de totali determinatione.
Dico de totali: nam ſic dicēdo / equus non chimere cur
rit: ly chimere non ſupponit: bene tamē tota determi
natio. Ex eadem radice ſolues hanc ꝯñam. ſ. equus cu
iuſlibet hominis currit: ergo equus alicuius entis qđ
eſt quilibet homo currit eſſe nullam. Arguitur enim
a ly cuiuſlibet non effecto parte illius termini homo
ad ipſum effectum.

¶ Contra / remota diſtributiōe a ly hominis in vtraqꝫ
propoſitione determinatio manet eodem modo: ⁊ non
ſunt cōtradictorie: igitur ſolutio nulla / antecedēs pro
batur iuxta caſum primum: tunc affirmatiua eſt vera: vt pa
tet deſcendendo ſub ſubiecto ꝙ ſimiliter negatiua ſit
vera probatur ſic. Bene valet hominis equus non cur
rit: ergo equus hominis non currit ⁊ antecedens eſt ve
rum: ergo ⁊ conſequens. ꝙ antecedens ſit verum
patet / deſcendendo ſub ly hominis ad hominem non
habentē equum / ꝙ autem conſequentia ſit bona patet
quia arguitur a conuertibilibus.

¶ Ad hanc replicam reſpōdetur negando antecedēs.
Et ad probationem conceſſa veritate affirmatiue ne-
gatur veritas negatiue. Et ad probationē negatur cō-
ſequentia. Et ad conſequēt. e ꝓbationem diſtinguo ꝙ
arguatur a cōuertibilibus: vel a conuertibilibus affir-
matiue ⁊ negatiue: ⁊ ſic nego vel affirmatiue ſolum:
⁊ ſic concedo ⁊ nego conſequētiam: quia tue propoſi-
tiones ſunt negatiue.

¶ Contra. bene valet expoſitorie / equus platonis non
currit ⁊ plato eſt homo. ergo equus hominis nō cur-
rit ⁊ antecedēs eſt verum ergo ⁊ cōſequens ⁊ conſe-
quens eſt contradictoria igitur. ⁊c.

¶ Item ad idē bene valet / equus platonis nō currit /
ergo equus hominis nō currit / Ab inferiori ad ſuum
ſuperius negatiue: ⁊ abſqꝫ diſtributione ſuperioris. Ad
primū horum dicit / ꝙ argumentum nil valet: quia ex
parte illius termini homo arguitur a non reſtricto
ad reſtrictum.

¶ Manifeſte ſiquidem ly homo ſtat pro quolibet homine
mundi: ⁊ in conſequēte ꝓ homine habēte equum. Si
militer variatur reſtrictio ex parte de ly equus. Nam
cuius in. 1ª. non ſupponit ⁊ in cōſequente ſupponit.
Ad. 2m. ſimiliter negatur ꝯña quia arguitur a termi
no non ſupponente ad terminū ſupponentē: propter
variationem reſtrictionis eiuſdem in caſu predicto.

¶ 4º. arguitur ſic. Iſte ſunt contradictorie. ſ. a. homi-
nis quilibet equus eſt albus: cuiuſlibet hominis. b. equꝰ
non eſt albus. Et tamē dabuntur ambe vere vel falſe
igitur. ⁊c. maior eſt nota d̄ ſe. minor probatur. Primo
ꝙ dētur ſimul vere ⁊ primo affirmatiuā ꝓbo ſic. Bene
valet / hominis quilibet equus eſt albus. g. a. hominis
quilibet equus eſt albꝰ a determinata ad confuſam et
ꝯña eſt verā ergo ⁊ ꝯña primū antecedēs eſt verum ⁊
conſequens ſibi equiualet igitur / Prima pars antece
dentis eſt nota. Et 2ª patet ex dictis.

Veritas negatiue patet: inchoando deſcenſum a ly
equus ſtāte determinate. Nam ſignato equo ſortis erit
vera. Et patet deſcendendo poſtea ſub ly hominis.
Nam ſignato ſorte erit vera: in caſu ſtatim ponen
do. Et ſignato platone ſimiliter. Quia negatiua d̄ ſu
biecto non ſupponente: igitur. ¶ Quod autem ſint fal
ſe probo. Et caſus ſit ſemper ꝙ ſint plato ⁊ ſortes pre-
ciſe homines. Et plato habeat vnū equum album: ⁊ ſor-
tes vnum nigrū tantū. Tunc affirmatiua eſt falſa: in-
choando deſcēſum a ly equus. Nam demōſtrato equo
ſortis erit vna deſcēdēs falſa. ¶ Et ſic tota falſa / ꝙ autē
negatiua ſit falſa patet: deſcendēdo ſub ly hominis co
pulatiue. Nam demōſtrato platone habebit vnā falſā.

¶. Propter iſtius argumenti ſolutione notabis: ꝙ va
lida eſt altercatio inter aliquos doctores (vt ſupra ta
ctum eſt.) Circa hoc. ſ. an ſuppoſitio determinationis
reſpiciat ſuum determinabile. Aliqui enim audent te
nere affirmatiuā partem / alij negatiuam alij videntur
ſibi ipſis ꝯdicere. Primi dicerēt prefatas ꝓpoſitiones
eſſe cōtradictorias ⁊ ꝙ prima eſt falſa ⁊ q̄ eſt inchoā
dus deſcenſus a ly equus ⁊ in 2ª ſimiliter. Nam alias
infringeretur prima regula deſcenſus: in principio
oppoſitarum poſita: Et hoc eſt probabile ſicut ⁊ oppo-
ſitum. Et iſto modo negatiua ē vera: ⁊ nūꝙ dabuntur
propter hāc oppinionē due ꝯtradictorie ſꝫ vel falſe.

Nec perinde nullum argumentum neceſſario concludens contra hoc poteſt afferri. Sed quia ſecūda opinio eſt cōmunior. Et ſcḋm illam ſunt ꝙ plurime regule ſuperius aſſignate. Ideo iſtā ſecundā opinionem acceptando. Reſpondetur ad argumentū concedēdo maiorē ⁊ negādo minorē. Et in caſu poſito admitto veritatē affirmatiue: cū ſuis ꝓbationibus. Et ad negatiue probationē nego deſcēſum. Et ratio eſt. Quia non incipis ab eodem termino. In affirmatiua enim inchoandus eſt deſcenſus a determinatione: licet ſupponat confuſe: qꝛ reputat̄ determinata. Et per conſequens in ſecunda a ly hominis debes incipere: ꝙ pacto inuenit̄ falſa illa deſcendens: in qua demonſtras Platonem. Et ad probationē: quia probas eas ambas falſas. Nego deſcenſum in prima ſub ly equs. Nam non ab illo debes incipere. Sed a ly hominis: ratione dicta.

¶ Aliqui hic ſolent dicere. ꝙ ly equs ſupponit pluries determinate: quia in qualibet deſcendente ſub ly hominis ſupponit determinate. Sed mihi videtur melius dicendum eſſe. ꝙ ſupponit reſpectu ſue determinationis confuſe ſemel. Quia terminus ſtans determinate cum aliquo termino diſtributo a quo prius inchoat̄ deſcenſus ꝙ a ſtante determinate equiualenter ſtat confuſe. Ut videre licet in hac propoſitione. Omnis homo eſt . b. animal. Si enim primo deſcendatur ſub ly homo: non addendo relatiuum identitatis. illa propoſitio equiualeret / huic omnis homo eſt animal. Sic in propoſito: quia illa determinata illius termini equs / nō eſt in ordine ad ſuam determinationem. Ideo reſpectu illius equiualet confuſe. Secus autem reſpectu predicati. Ideo ꝙ non fruſtra ponitur ly . b. Nec in ſua contradictoria debet poni mixta. Quia non eſt in ordine ad determinationē. Ut pluries dictum eſt. De iſtis ſuppoſitionum innumeris mixtionibus. Que ab aliquibus ponuntur dicetur quod neceſſarium apparuerit in paruis. ſuprema cauſa fauente.

¶ Quinto arguitur ſic. Iſte contradicunt equm ſuū quilibet homo eſt videns: quenlibet equm ſuum homo non eſt videns. Et tamē dabuntur ambe vere: igitur ⁊c. Maior patet: quia eis nulla deeſt conditio. Minor. Iam probatur: in caſu ꝙ ſint duo homines: quorum quilibet habeat vnum equm quem videat. Et nullus videat equm alterius. In iſto caſu deſcendēdo in prima ſub ly homo ⁊ in ſecunda ſub ly equm ſic / iſtum equm ſuum homo non eſt videns ⁊ iſtum equm ſuū homo non eſt videns / ambe iſte deſcendētes ſunt vere: igitur. Quod ambe ſint vere probo / de prima: quia non eſt potior ratio de vna quam de alia. Et demonſtro in prima deſcendente brunellum. Et deſcendendo ſub ly homo: demoſtro hominem non poſſidentem brunellum ⁊ illa erit vera / quia negatiua de ſubiecto non ſupponēte: igit̄. ¶ Si dicas me nō poſſe demonſtrare alium hominem a poſſidente brunellum: quia ly homo reſtringit̄. Cōtra ly hō nō eſt determinabile illiꝰ determinatiōis: igit̄ nō reſtringit̄ ab illa.

¶ Ad hoc argumentum. Cōceſſa maiore / negat̄ minor. Et ad ꝓbationē dicit̄ ꝙ variat̄ deſcēſus. Sed cōtra conceſſa eſt . maior: ⁊ illa eſt falſa: igit̄ male reſponſum eſt. Antecedens ꝓb: illis ꝓpoſitionibus deficit. Quarta conditio: igitur. Antecedēs ꝓbo / ly homo in prima diſtribuit̄ in ordine ad ly equū ſtans determinate ⁊ in ordine ad ly vidēs ſtās cōfuſe tm̄: igit̄ in ſecunda debꝫ ſtare mixtī ⁊ nō ſtat: igit̄ ⁊c. Q. ſi cōcedēs / dicas ſuam cōtradictoriā eſſe iſtā quemlibet equm ſuū c. homo non eſt vidēs. ¶ Contra: iſte ſunt ambe vere / vt patet ꝑ probationē ſupra poſitā: igit̄ ⁊c. Amplius hic neceſſario infringi ꝓma regula deſcēſus ⁊ ſimiliter. Tertia: igit̄ ⁊c. Quia in iſta negatiua nō poſſumꝰ deſcēdere ſub ly homo: cū ſupponat mixtim / donec tollatur diſtributiua in ordine ad quā ſtabat cōfuſe. Et talis cōfuſa reperit̄ in ly equm: igitur ſolutio nulla.

¶ Pro iſtius replice ſolutione: opꝫ meminiſſe octaue regule ⁊ additionis. Et repetitur hic clarius ſic.

¶ Omnis confuſe termini a qua prius debet inchoari deſcēſus ꝙ ab aliquā diſtributiua. equalet determinate reſpectu illiꝰ diſtributiue. Et ꝑ oppoſitū. Omnis determinata a qua nō priꝰ debet inchoari deſcēſus quā ab aliqua diſtributiua reſpectu talis diſtributiue equalet cōfuſe. Ut dictū eſt de iſta ꝓpoſitione / cuiuſlibet hominis . b. eqꝰ nō eſt albꝰ. Ubi ly eqꝰ virtualiter ſtat cōfuſe reſpectu determinationis. Nec hic ſumo vnū terminū eſſe in reſpectu ſeu in ordine ad aliū / eo modo quo ſupra. Ubi dictū eſt qd ſit vnū terminū eſſe in ordine ad aliū. Sed large / pro qcunqꝫ reſpectu vniꝰ termini ad aliū. Et iſto modo nō eſt contradictio dicere ꝙ aliqua determinatio eſt in ordine ad ſuum determinabile: ⁊ ꝙ nō eſt in ordine ad illud. Quia primū intelligit̄ large ⁊ ſcḋm ſtricte. Sicut ſumit̄ in conditionibus oppoſitionū: qñ dicit̄. Si vnus terminus diſtribuitur in ordine ad terminū ſtantē determinate vel aliquot huiuſmodi.

¶ Hoc notato. Dicitur ad argumentum. ꝙ prime propoſitiones optime cōtradicūt: ⁊ ꝙ nō eſt neceſſe ponere mixtā in aliqua earū. Et ratio dicta eſt ſcilicet qꝛ determinata illiꝰ primi termini ſcilicet ly equm equalet cōfuſe. Cū ab illa nō ſit inchoandus deſcenſus. Et in negatiua ſimiliter vt ſeruet ꝓma regula.

¶ 6°. Arguit̄ ſic. Iſte ꝓpōnes . a. hoīs eqꝰ qlibet eqꝰ eſt ⁊ cuiuſlibet hoīs qlibet eqꝰ: eqꝰ nō eſt / ſunt ꝯtradictorie ⁊ nō ſibi cōueniūt oēs conditiones: igitur conditiones nulle. Prima pars antecedētis patet qꝛ ita poſſibile eſt, eas vel alias eiuſdē acceptionis terminorum cum illis falſificari: igitur. Secunda pars probatur qꝛ eis deeſt quarta conditio. Ut notum eſt.

¶ Ad hoc argumētum reſpondet: ꝙ ſunt cōtradictorie. Et negatur ſecūda pars antecedētis. Et ad probationem negatur antecedēs. Et ratio eſt. Quia illa cōfuſa in talibus affirmatiuis equiualet determinate: Non autem in negatiuis. Et ideo iſte non ſunt contradictorie ſcilicet . a. hominis equs non eſt animal ⁊ cuiuſlibet hominis quilibet equs eſt animal. Ut patet deſcēdendo in prima ſub ly equs primo / per ſecundā regulā. Et poſtea ſub ly animal. Et vltimo ſub ly hominis. Et in ſecunda primo ſub ly hominis per tertiam regulam. In iſtis vero hominis . a. equs quilibet equs eſt ⁊ cuiuſlibet hominis qlibet eqꝰ . c. eqꝰ nō eſt. Neceſſario eſt ponēda mixta / vt ponit̄. Alias caſu ꝙ ſolus ſortes eſſet ⁊ duo equi ſui tantū. Ambe eſſent vere. ſi predicatum ſtaret confuſe tantū. Et ambe falſe ſi determinate / in caſu quo ſint duo homines: quorū quilibet preciſe habeat vnum equm.

¶ Septimo. Sic arguit̄ ſic. Iſte ſūt ꝯdictorie. ſ. oē vidēs ſe eſt . b. hō ⁊ aliqd vidēs ſe nō eſt homo. Et tamen eis deficit. Tertia conditio: igitur ⁊c. Et volo ꝙ ly ſe vtrobiqꝫ referat ly homo poſitum in predicato. Quod ſunt ꝯtradictorie. Probo dupliciter. Primo ſic repugnat eis veritas ⁊ falſitas de forma acceptiōis ſororū: igit̄. Secūdo prima ꝓpoſitio equalet huic qlibet vidēs

q̄ eſt homo ⁊ huic contradicit iſta negatiua: ergo ⁊ prime ꝙ prima equiualeat huic probo. Quia confuſa huiꝰ equiualet determinate igiꝛ. Antecedēs patet ex dictis. Quia a ly homo īchoari debet deſcēſus. Et merito quidem / quia non eſt alius a quo inchoari liceat. Quia non a ly videns. Nam cum ſit determinabile acceptionis non vnice: depēdet a ſua determinatiōe: que eſt ly ſe. Et ly ſe dependet a ly homo: igitur a ly homo inchoari debet: igitur cōfuſa illiꝰ termini equiualet determinate.

¶ Pro iſtius argumenti ſolutione. Notabis aliquos dicere predictas propoſitiones minime eſſe contradictorias / propter defectum aſſignatum inter arguendum. Sed cōtradictoria prime ſm̄ eos erit iſta .a. aliquod videns ſe non eſt homo. Dicuntqꝫ: licitum eſſe inchoare deſcenſum a ly videns. Quibus admiſſis facile eſt. Eas ambas dare falſas. Puta: caſu ꝙ ſoli ſint ſortes ⁊ plato. Quorum quilibet videat ſeipſum. De falſitate negatiue in iſto caſu notū eſt. Et falſitas Affirmatiue probaꝛ. Bene valet quolibet videns ſe eſt .b. homo: ergo hoc videns ſe eſt homo. Sorte demonſtrato ⁊ hoc videns ſe eſt idem homo: Platone demonſtrato. Tunc clarū eſt ſecūdam eſſe falſam. Sed mihi videtur aliter eſſe dicendum ſcilicet ꝙ ille ſunt contradictorie. Et ꝙ non licet inchoare deſcēſum ab illo determinabili: ratione dicta. Sed a ly homo. Et ad argumentum nego ꝙ eis tertia conditio deficat. Quod ſi probes. Quia ly videns ſe in ſecunda ſtat determinate. Et per tertiam regulam debet ſtare confuſe. Reſpondetur: diſtinguendo antecedens vel ꝙ ſtet determinate formaliter ⁊ nō confuſe equiualēter. Et ſic nego / vel formaliter / equiualenter tamen confuſe. Et ſic concedo. Nam ſicut in iſta quilibet videns ſe eſt homo / ly homo vel confuſa illius equiualet determinate. Ita in iſta / aliquod videns ſe non eſt homo determinata ſubiecti equiualet cōfuſe.

¶ Octauo. Arguitur ſic. Iſte contradicunt quilibet homo qui eſt albus currit: aliquis homo qui eſt albꝰ non currit. Et tamen dabuntur ambe vere ⁊ falſe: igitur ⁊c. Prima pars antecedentis patet diſcurrendo per omnes conditiones. Secunda iam probatur. Et primo ꝙ ſint vere. Et pono caſum. Quod aliqui homines ſint albi ⁊ aliqui nigri. Et ꝙ ſoli albi currant. Veritas affirmatiue eſt nota. Negatiue autem veritas / probatur ſic. Reducitur ad vnam diſiunctiuam veram: igitur eſt vera. Antecedens probo. Iſta diſiunctiua eſt vera / homo nō currit vel ille eſt albus ⁊ reducitur ad iſtam igitur ⁊c. Si forſan dicas: ꝙ quando copula principalis ꝓpoſitionis eſt negata: copula implicationis in reductione debet diuerſimode ſe habere. Ideoqꝫ predicta propoſitio debet reſolui in iſtam homo non currit vel ille non eſt albus. Contra adhuc illa diſiunctiua eſt vera: igitur habetur ꝓpoſitū.

¶ Quod autem ambe ſunt falſe probatur ſic. Affirmatiua reducitur ad vnam copulatiuam falſam: igiꝛ eſt falſa. Antecedens probo. Quia reducitur ad iſtā: omnis homo currit ⁊ ille eſt albus. Cuiꝰ prima pars eſt falſa: igitur ⁊c. Quod negatiua ſit falſa patet / deſcendēdo ſub ly homo qui eſt albus ſic / aliquis homo qui eſt albus non currit: ergo iſte homo qui eſt albus non currit ⁊c. Et ꝙ iſta ſit falſa ſicut ⁊ quelibet alia / probo. Quia reducitur ad iſtam diſiunctiuam falſā ſcilicet iſte homo non currit vel ille non eſt albus. Cuius quelibet pars eſt falſa. Et ſic reducantur alie deſcendentes.

¶ Ad argumētum reſpondeꝛ cōcedendo antecedēs. Et ad ꝓbationes ambas ſimul dicitur. Quod primo deſcēdendū eſt ſubiectis amborum anteqꝫ reducanꝛ. Pro cuius reductione notabis duas regulas in materia relatiuorum poſitas: ⁊ inde elicies ſolutionem.

¶ Nono. Arguitur ſic. Iſte contradicunt vtriuſqꝫ hominis vterqꝫ equus non eſt animal ⁊ alterius hominis alter equus eſt animal: ſumpto ly alter vt opponitur ad ly vterqꝫ: ⁊ tamen dabuntur ambe falſe: igitur. Et pono caſum ꝙ tātum ſint duo homines quorum quilibet habeat vnum equum / tunc prima eſt falſa vt patet deſcendēdo primo ſub ly hominis ⁊ poſtea ſub ly equus ⁊c. Secunda ſimiliter probatur deſcendendo ſub ly hominis ſic. alterius hominis alter equus ⁊c. Igitur iſtius hominis alter equus eſt animal vel iſtiꝰ hominis alter equus ⁊c. Et iſte due ſunt falſe ⁊ nō habet plures deſcendētes igitur. Quod autem ſint falſe ſic probatur. Sunt affirmatiue de ſubiectis nō ſupponentibus: igitur / antecedēs probo: de nullo illorū equorum eſt verum dicere hoc eſt iſtius hominis alter equus: igitur ſubiectum non ſupponit. antecedens probo: ſenſus illius propoſitionis eſt iſte hoc eſt iſtiꝰ hominis aliquorum equorum aliquis equus ⁊ hoc eſt falſum per caſum quia nullus homo poſſidet duos equos igitur ⁊c.

¶ Ad. Argumentum reſpondetur negando predictas ꝓpoſitiones contradicere. Nam in ſecūda debet poni mixta ſic: alteriꝰ hominis alter equus eſt .c. animal. Nec debet fieri deſcenſus. Et dicebatur. Sed ſic / vtriuſqꝫ hominis vterqꝫ equus non eſt animal: igitur iſtius hominis .a. vterqꝫ equus non eſt animal ⁊c. Non tamē poteſt fieri deſcenſus ſub ly equus. Quia non ſupponit. Si vero ponaꝛ caſus. Quod quilibet homo habeat duos equos. Tunc negatiua eſt vera ⁊ affirmatiue falſa. Similiter dices has cōtradicere ſcilicet vterqꝫ homo non eſt animal ⁊ alter homo eſt animal. Sed contra / ambe ſunt vere in caſu: igitur dictum falſum. Antecedens probo: poſito ꝙ ſint tantum tres homines tunc affirmatiua eſt vera. Et de ſe patet. Et veritas negatiue probatur deſcendendo primo ſub predicato. Sic / vterqꝫ homo nō eſt hoc animal ⁊ vterqꝫ homo non eſt hoc animal. Et poſtea ſub ſubiecto.

¶ Ad hoc reſpōdeꝛ. Negādo deſcēſum ſub ꝑdicato quia deſcendendū eſt eo ordine quo termini ſunt poſiti. Nam aliter deſcendēdo arguiꝛ [illegible] ab vna determinata ad plures ex [illegible] ly vterqꝫ a parte ſubiecti.

¶ Deciꝰ. Arguiꝛ ſic. Iſte ꝯdicūt ad equitādū requiriꝛ eqꝰ ⁊ nō ad equitādū requiriꝛ eqꝰ: Tamē dabūꝛ ābe vere: igiꝛ. ꝓbaꝛ. Affirmatiua de ſe patꝫ. Et negatiua ꝓbaꝛ. Bene valet: nullꝰ eqꝰ ad equitādū requiriꝛ ergo nō ad equitādū requiriꝛ eqꝰ / ꝯña ē bōa. Et aña ē vera: ergo ⁊ ꝯña. Quod aña ſit vera ꝓbo ꝑ deſcēſum. Bene valet: iſte eqꝰ ad equitandū nō requiriꝛ ⁊ iſte eqꝰ ad equitandū nō requiriꝛ ⁊ ſic de ſingulis: igiꝛ nullus equus ⁊c. Et aña eſt verū igiꝛ ⁊ cōſequens. Nō antecedēs ſit verū ꝓbo ꝑ vnā deſcendētem: quia nō eſt potior ratio de vna quam de quolibet alia. Iſta eſt vera iſte eqꝰ ad equitandū nō requiriꝛ. Brunello demōſtrato. Nō probaꝛ ſic. Omne illud ſine quo pōt fieri equitatio nō requiriꝛ ad equitandū. Sed iſte eqꝰ eſt eiuſmodi ſine quo poteſt fieri equitatio: igiꝛ iſte eqꝰ nō requiriꝛ ad equitandū.

¶ Si forte neges ꝯñam ꝑmā: dicēdo ibi argui a diſtributiua diſtributiōe oppoſita determinate ad oppoſitā cōfuſe. ¶ Cōtra / ex oppoſito ꝯñtis ſequiꝛ oppoſitū antecedentis: ergo cōſequētia illa erat bōa. Antecedēs ꝓbo. Bñ valꝫ: ad equitādū requiriꝛ eqꝰ: ergo eqꝰ ad equitandū requiriꝛ.

Quod bene valeat patet. Quia nunq̄ dabitur antecedens verum et consequens falſum. Quod probo: quia ſi aliquando dari poſſit: nunc poſſet dari. Cum ille propoſitiones non dicant exiſtentiam. Sed nunc non poteſt: igitur nunq̄. Minorem probo. Quia nunc conſequens eſt verū. Quod probo. Bene valet/ brunellus requiritur ad equitandum: ergo equus requiritur ad equitandum. Et antecedens eſt verum: ergo et conſequens. Quod antecedens ſit verum/ patet: deſcendēdo ſub ly equitatione incluſo in ly equitandum. Senſus enim eius eſt. Brunellus ad equitandum aliqua equitatione requiritur. Quia demonſtrata equitatione facta mediante brunello. Illa eſt vera. Nam illa equitatio: que fit brunello: non poteſt fieri favello. Quod probant nominales dicentes equitationem eſſe ipſum met equum equitatum. Et ſic poſſent concedere: q̄ equus ſit equo. Quia equitatio ſit equo.

¶ Ad hoc argumentum. Eſt duplex modus dicendi. Primus dicit duo. Primum eſt quod propoſitio in qua ponitur ly requiritur equivalet aliquo modo cōditionali. Senſus enim iſtius propoſitionis requiritur ad equitandum eque eſt iſte. Si equitatio ſit equo ſit. Quod eſt verū. Dato q̄ nullus equus ſit in mūdo.

¶ Secundum eſt q̄ ſub terminis precedentibus ly requiritur deſcendendum eſt/ anteq̄ exponatur per predictam conditionalem. Ideo iſta eſt vera ad equitandum requiritur brunellus. Quia ly equitandum ſupponit determinate. Et poſſumus deſcendere ſicut ſupra deſcendebatur. Sed iſta eſt falſa requiritur ad equitandum brunellus. Quia debet reduci immediate ad hanc falſam. Si equitatio ſit brunello ſit. Unde ſequitur omnem talem propoſitionem aut eſſe neceſſariam aut impoſſibilem. ¶ Quibus notatis reſpondetur: predictas propoſitiones eſſe contradictorias: negando minorem. Et quando probas illā. Quia prima eſt vera concedo. Et ad probationem ſecunde concedo conſequentiam. Et nego q̄ antecedens ſit verum ſcilicet iſtud nullus equus ad equitandum requiritur. Immo eſt falſum. Quia ſua contradictoria eſt vera ſcilicet iſta aliquis equus ad equitādum requiritur. Ut patet deſcendendo: ut dictum eſt. Dicunt q̄ taliter opinantes terminum ſupponentem confuſe poſt tale ſignum minime probari debere per ſuppoſitionem extremorum. Sed per reductionem predictam. ¶ Alius eſt modus dicendi ſecundum quem cōceditur maior et negatur minor. Et ad probationem negatur cōſequentia. Et defectus aſſignatus inter arguendum acceptatur. Et ad eius improbationem negatur q̄ ly equitandum includat ly equitationem et per conſequens non permittitur ille deſcenſus. Et ſic argumentum non concludit. Nec reſpondendo primo modo ſuperfluit. Quinta conditio. Nam iſte nō contradicunt requiritur ad equitandum equus et nullus equus requiritur ad equitandum propter dicte cōditionis defectum.

¶ Undecimo arguitur ſic. Iſte ſunt cōtradictorie ſcilicet omnis homo qui eſt animal currit: aliquis homo qui eſt animal non currit. Et tamen dabūtur ambe vere: igitur definitio nulla. Primam partem antecedentis probo/ poſito q̄ ſit ſolus ſortes homo cum aliis brutis animalibus: que cum ſorte currant. In quo caſu veritas affirmative eſt nota. Veritas autē negative probat: deſcendēdo ſub ſubiecto ſic: iſte homo qui eſt animal non currit: que eſt vera. Et nō habet plures deſcendentes: igitur. Antecedens probo/ deſcendendo in illa deſcendente ſub ly animal ad aliquod animal brutum ſic. Iſte homo qui eſt hoc animal non currit per ly hoc animal: equo demonſtrato Illa eſt vera: igitur. Antecedens patet. Quia eſt negativa de ſubiecto non ſupponente.

¶ Pro huius argumenti ſolutione. Nota aliquos tenere predictas propoſitiones non contradicere. Dicunt enim nullum terminum debere manere eodem modo in contradictoriis. Etiam ſi ſit acceptio unica. Sed hii: ex ſuperius dictis poſſunt expugnari. Nam deſtruunt acceptionem unicam. Alii dicūt: q̄ quando acceptio unica eſt implicatio: ut in predictis propoſitionibus. Et precipue: tenendo q̄ predicatum implicationis non reſtringitur: non debet manere eodem modo. Et ſic cōtradictoria prime ꝓpoſitionis erit iſta aliquis homo qui omne animal eſt non currit. Admittunt q̄ deſcenſum ſub quolibet termino mundi. Sed contra utrunq̄ arguitur ſic. Et primo q̄ illa non contradicat prime ſic. Ambe ſunt vere: igitur non contradicunt. Antecedens probo. Quia de nullo verum eſt dicere/ hoc eſt homo qui omne animal eſt. Et ſic ſubiectum non ſupponit. Et per conſequens eſt negativa de ſubiecto non ſupponente: ac per inde vera.

¶ Sed ꝯ hoc forte dices q̄ in verificatione nō debet manere ly omne: quia non efficitur pars extremi ſm opinionem predictam. Sed debes ſic verificare hoc eſt homo qui eſt animal. ¶ Contra ly omne ex rigore intellectionis efficitur pars totius ſubiecti: licet non efficiatur pars partis ipſius. Nam bene verum eſt q̄ non efficitur unum extremum cum ly qui. Nec cum ly animal tn̄ ſit unum cum illo toto aggregato ſcilicet homo qui eſt animal. Quia de illo toto dicit̄ predicatum. Sed ego verifico totum ſubiectū illud. Et non partem eius: igitur bene verifico: ponendo ly omne. ¶ Confirmatur q̄ hoc per regulam communem ſcilicet omne ſignū poſitū inter partes extremi acceptionis unice efficitur ꝛc.

¶ Cōtra aliud qđ ibi dicit̄ ſcilicet q̄ ſub q̄libet t̄ro liceat deſcēdere arguit̄ ſic. Primo auctoritate. D. S. p^a pte q. 31 ar^o. 3. ad. 3^m. Ubi dicit q̄ dictio excluſiua immobilitat t^m cui adiūgit̄: ut nō poſſit fieri deſcēſ^9 ſub cōꝑ aliq̄ ſuppoſitoꝝ. Nō eni ſequit̄. Sol^9 hō eſt animal rōnale. g̃ ſol^9 ſortes: igit̄ aliq̄s t^9 ſupponit īmobilit̄. Scđo rōne ſic. Nō poſſum^9 deſcendere ſub ly aīal in ꝓpoſitionib^9 p̄dictis: igit̄ dictū falſum. Aīs ꝓbo. Nō poſſum^9 deſcēdere: deſcēſu de q̄ loq̄mur in preſenti et quo cōiter utimur. Ex quo taliter deſcendendo: non ſeruatur ſenſus propoſitionis deſcenſe: ſed deſcendendo ſub ly animal in predictis ꝓpoſitionib^9: eo modo quo opinio predicta dicit: nō ſeruatur ſenſus deſcēſe: igitur ꝛc. Maior de ſe patet minor. Iam probatur. Veritas ultimata propoſitiōis: ubi eſt implicatio: preſupponit veritatem implicationis: ergo non debet implicatio verificari cum tota propoſitione. Sicut tu neceſſe habes facere/ ſi permittis deſcenſum (ut facis) dicendo ſic homo qui eſt animal currit: ergo homo q̄ eſt hoc animal currit et homo qui eſt hoc animal currit. Antecedens probatur dupliciter. Primo elicitive ex verbis Doctoris. S. in tertio diſtinctione. 7^a. q̄m qe. 2^a. ar^o 3^o: et 1^o. et. 3^a pte. q. 16. ar^o. 7^o. et. 8^o. Ubi dicit/ hanc eſſe falſam. Deus factus eſt homo: ſi ly fact^9 determinet ſubiectū. Quia preſupponit factionē circa deū et ly fact^9 equalet implicatiōi. Nam ſenſus eſt de^9 qui eſt fact^9: ē hō. Ubi p̄ſupponi debet veritas illius implicationis ad cognoſcendam ꝟitatē toti^9 ꝓpōnis.

¶ Secundo ratione probatur ſic. Termini poſiti in implicatione non ſupponunt in ordine ad omnes terminos totius propoſitionis: igitur male deſcenditur: formando in qualibet deſcendente totam propoſitionem. Ut dicatur ſic/homo qui eſt animal currit: ergo homo qui eſt hoc animal currit: vel homo qui eſt hoc animal currit ⁊c. igitur habetur intentum. Antecedēs probo. Quia alias non poterit aſſignari ratio apparens. Quare quādo dico: cuiuſlibet hominis equus eſt animal ly animal ſupponat confuſe tantum. Et quando dico equus cuiuſlibet hominis eſt animal vel equus entis quod eſt quilibet homo eſt animal: ly animal ſupponat determinate. Niſi quia nec ly hominis in prima nec ly homo in ſecunda diſtribuitur in ordine ad predicatum. Et hoc probatur ſic. Quia ſi tu in qualibet deſcendente ſub aliquo termino implicationis ponis predicatum principale propoſitionis. Iā deſcendis in ordine ad totam propoſitionem ⁊ non in ordine ad ſolam implicationem. Et hoc eſt manifeſtum. Quia facio quolibet ſuppoſitum implicationis ſummi diſiunctiue vel copulatiue in ordine ad totā propoſitionem. Dixi notanter deſcenſu de quo loquimur in preſenti: ⁊ quo communiter vtimur. Nam videtur mihi. Quod ſi in iſta propoſitione/ſortes qui eſt animal eſt homo deſcenderetur ſic ſortes qui eſt animal eſt homo: ergo ſortes qui eſt hoc animal vel ſortes qui eſt hoc animal vel ſortes qui eſt hoc animal eſt homo. Bene deſcenderetur. Quia iam ſoluꝫ deſcenditur in ordine ad implicationeꝫ. Sed iſto modo implicatio adhuc debet manere eodem modo in contradictoriis. Alias darentur due contradictorie vere. Cuius exemplum in propoſitionibus propoſitis patere poteſt.

¶ Ob has igitur rationes ⁊ alias que adduci poſſunt. Aſſero illam regulam generaliſſimam eſſe ſcilicet quod acceptio vnica debet manere eodem modo in ambabus oppoſitis. Et quod nullam omnino patitur inſtantiam. Et licet deſcenſus a me aſſignatus de per accidens ſit bonus: melius tamen eſt non deſcendere. Ut dictum eſt in regulis.

¶ His tandem prenotatis. Reſpondetur ad argumentum negando ambas eſſe veras. Et ad probationeꝫ: nego deſcenſum ⁊ modum deſcendendi. Quia deſcēditur ſub termino implicationis in ordine ad totam propoſitionem. Et ſic argumentum non concludit. Nec regula habet exceptionem.

¶ 12°. Arguit ſic. Iſte ꝯdicūt ſcilicet quilibet equus hominis quilibet equus eſt: non quilibet equus hominis quilibet equus eſt: ly hominis ſe tenente ex parte predicati. Et tamen dabuntur ambe vere: igitur maior eſt euidens. Quia non eſt verius contradicere ⁊c. Minor probatur. Et pono caſuꝫ ꝙ ſint duo homines: quorum quilibet habeat preciſe vnum equum. Et nullus ſit equus non poſſeſſus ab homine. Quod in iſto caſu affirmatiua ſit vera: patet deſcendendo ſub terminis omnibus: eo ordine: quo ſunt poſiti. Quod autem negatiua ſimiliter habeat veritatem/probo ſic. Bene valet non hominis quilibet equus quilibet equus eſt: ergo non quilibet equus hominis quilibet equus eſt. Et antecedens eſt verum: igitur ⁊ conſequens. Quod conſequentia ſit bona patet. Quia verba ⁊ nomina tranſpoſita ſm philoſophum primo periermenias idem ſignificant. Ueritas antecedentis probatur/contradictoria illius eſt falſa: igitur ipſum eſt verum. Antecedēs patet. Quia iſta eſt falſa hominis quilibet equus quilibet equus eſt. Quod autem iſta ſit falſa patet per deſcenſum ſub ly hominis.

¶ Pro huius argumenti ſolutione notato: aliquos tenere propoſitionem illam affirmatiuam eſſe falſam in caſu predicto. Aſſeruntqꝫ. Non eſſe deſcendenduꝫ: vt predictum eſt inter arguendum: ſed ſic/quilibet equus hominis quilibet equus eſt: ergo iſte equus .a. hominis quilibet equus eſt. Et poſtea ſub ly equus a parte predicati. Et vltimo ſub ly hominis. Et per cōſequēs debent concedere ly hominis reſpicere ſuum determinabile. Ut patet intuenti illorum deſcenſum.

¶ Sed ꝯ hoc arguit. Si hoc dictum eſſet verū: ſequeretur ꝙ arguendo a determinata ad confuſam conſequentia non valeret: conſequens eſt contra communem opinionem: igitur ⁊c. Conſequentia probatur: Quia iſta conſequentia eſt nulla: iſte equus hominis quilibet equus eſt: ergo iſte equus .a. hominis quilibet equus eſt. Et arguitur .a. confuſa ad determinatā igitur. Hoc argumentum non eſt demonſtratio contra illos. Quia ipſi libentiſſime cōcedent conſequentiam. Et nil ad ſe de opinione oppoſita. Quia ipſi tenent ꝙ confuſa determinationis etiam reſpectu ſui determinabilis: habet ſuam vim. Uerum quia non ſequutus ſum hanc opinionem. Aliter reſpondetur ad argumentum (ſicut reſpondent alii.) Unde dicitur: ꝙ affirmatiua eſt vera ⁊ negatiua falſa. Et ad probationem veritatis negatiue: negatur conſequentia. Et ratio eſt: quia in illa conſequentia latenter arguitur .a. confuſa ad determinatam reſpectu multitudinis. Nam in antecedente ly equus poſituꝫ a parte predicati ſupponit cōfuſe tantum: cum remota negatione: diſtribuatur in ordine ad terminum ſtantem determinate. Et in conſequente ly equus ſupponit determinate: cum remota negatione: diſtribuatur in ordine ad ly hominis ſtans confuſe tantum.

¶ Et nota ꝙ in illa conſequentia. Non ſolum tranſponitur ly hominis. Sed etiam totale extremum.

¶ Sed contra. conceſſum eſt negatiuam eſſe falſam: ⁊ affirmatiua eſt falſa igitur ⁊c. b. probatur. Bene valet: quilibet equus hominis quilibet equus eſt: ergo .a. hominis quilibet equus quilibet eſt: conſequens eſt falſum: ergo ⁊ antecedens. Quod conſequens ſit falſum: patet deſcendendo ſub ly equus a parte ſubiecti. Et ꝙ ſub illo debeat deſcendi probatur. Quia ſub determinatione non poteſt fieri deſcenſus: cum ſupponat confuſe tantum.

¶ Ad hanc replicā reſpondetur: negando minoreꝫ. Et ad probationem: conceſſa conſequentia: negatur ꝙ cōſequens ſit falſum. Et ad probationem: negatur deſcenſus ſub determinabili: ſed primo oportet deſcendere ſub predicato. Ut ex regulis ſupra poſitis liquet.

¶ Alia ꝙ plurima argumēta hic poſſent formari: que in aliis habentur libris: ſed non propoſui omnia dicibilia dicere: ſed magis vtilia ⁊ neceſſaria. Ideo ad alios ſcriptores lectores remittēs: a reliqꝫs vale facio.

## Sequitur tertius.

Subalterne ſunt vniuerſalis affirmatiua ⁊ particularis affirmatiua. Uel vniuerſalis negatiua ⁊ particularis negatiua eiuſdem ſubiecti ⁊ eiuſdem predica-

ti. Ut quilibet homo currit: quidā homo currit: null⁹ homo currit: quidā homo nō currit.

## ¶ Sequitur gloſa.

Iſta definitio ſic intelligitur. Subalterne ſunt propoſitiones categorice: eiuſdē qualitatis ⁊ diuerſe quantitatis: vtroqꝫ termino participantes ordine eodem: quarum ſubalternans infert de forma acceptionis terminorū ſubalternatā: non tamen ecōtra: ſeruatis ſeruandis vt iſte ſunt ſubalterne. Omnis homo eſt animal. Aliquis homo eſt animal. Nullus homo eſt animal. Aliquis homo non eſt animal.

¶ Conditiones ad hanc oppoſitionem (que potius cōſequētia nō mutua: ꝙ oppoſitio dicēda) ē: ſūt q̄tuor.

¶ Quarum prima eſt: ꝙ aliqua vniuerſalitas ſubalternantis formalis vel virtualis ſit particularitas in ſubalternata. Exemplum primi iſte ſunt ſubalterne/ omnis homo eſt animal: aliquis homo eſt animal.

¶ Exemplum ſecundi iſte etiam ſemper homo fuit riſibilis: aliquando homo fuit riſibilis.

¶ Secunda. Quod q̄libet particularitas ſubalternātis ſit particularitas ſubalternate. Ideo iſte non ſunt ſubalterne. Omnis homo eſt animal: ⁊ homo omne animal eſt: quibus prima conditio conuenit. Et ponitur iſta ſecunda conditio: ne arguatur a non diſtributo ad diſtributum.

¶ Tertia. Quod ſi in ſubalternante terminus aliquis diſtribuitur in ordine ad terminum ſtantem cōfuſe tantum. Si in alia manet illa diſtributio: etiam debet manere illa confuſa. Et hoc ne arguatur. a. cōfuſa ad determinatā reſpectu multitudinis. Ideoqꝫ non valet cuiuſlibet hominis equs non eſt equs: ergo hominis equs non eſt equs. Nam caſu quo quilibet homo habeat duos equos: antecedēs eſt verum ⁊ cōſequens falſum/ vt ex ſe perſpicuum eſt.

¶ Quarta. Quod ſi in aliqua ſubalternante ſuppoſuerit aliquis terminus diſtributiue immobiliter: in ordine ad alium terminum diſtributum mobiliter: terminus diſtributus immobiliter non debet ſupponere determinate mobiliter: in ordine ad eundē terminum diſtributum mobiliter.

¶ Diſtributionem immobilem intelligo in preſenti illam: ſub qua non licet immediate deſcendere. Mobilem vero ſub qua licet.

¶ Inſuper dico omnes defectus bonitatem conſequentie impedientes: oppoſitionem hanc impedire.

¶ Unde ſequitur. Has minime eſſe ſubalternas ſcilicet. a. hominis quilibet equs: quilibet equs eſt: ⁊. a. hominis equs quilibet equs eſt. Nam prima eſt vera ⁊ ſecūda falſa in caſu ꝙ tantum ſint duo homines: quorum quilibet habeat vnū equm. Quod prima ſit vera patet: deſcendendo primo ſub predicato ⁊ poſtea ſub ly hominis ⁊ poſtea ſub determinabili. Falſitas altertius eſt nota: deſcendendo primo ſub ly equs in ſubiecto ſtāte determinate. Uel ſub ly hominis: quia illa confuſa equiualet determinate. Ut dictum eſt in ſexto argumento contradictoriarum. Sub predicato autem non licet inchoare deſcenſum: arguitur nāqꝫ ab vna determinata ad plures. Quod eſt incōueniēs vt dictum eſt in paruis. Oportet ergo ꝙ vel tollatur diſtributiua predicati: vel ꝙ ly equs in ſubiecto ſupponat confuſe tantū. Unde iſta erit ſua ſubalternata ſcilicet hominis equs eſt equs: vel iſta. a. hominis a. equs quilibet equs eſt.

¶ Circa iſtam quartam conditionem aduerte. Illam non fore neceſſariā in negatiuis ſicut in affirmatiuis. Contra predicta arguitur primo ſic. Iſte ſunt ſubalterne ſcilicet omnis homo eſt. b. animal omnis homo eſt animal. Et tamen ſibi non conueniunt conditiones: igitur. Prima pars antecedentis probatur. Quia prima infert ſecundam de forma acceptionis terminorum ⁊ non econtra. Secunda pars antecedētis ex ſe eſt euidens.

¶ Ad argumentum breuiter reſpōdetur: diſtinguendo primam partem antecedentis vel ꝙ ſint ſubalterne de lege tantum. Et ſic concedo vel de lege ⁊ modo enuntiandi ſimul. Et ſic nego illud.

¶ Secundo. Arguitur ſic. Iſtis propoſitionibus omnis homo eſt ipſemet: aliquis homo eſt ipſemet/ conueniunt conditiones: Et tamen non ſunt ſubalterne: igitur conditiones nulle. Maior eſt nota. Sed minor probatur. Quia vna infert aliam ⁊ econtra de forma acceptionis terminorum: quod eſt contra definitionem igitur ⁊c.

¶ Ad argumentum reſpondetur diſtinguendo maiorem vel. Q̄ non ſint ſubalterne de lege. Et ſic concedo vel de modo enuntiandi. Et ſic nego. Et ratio huius eſt. Quia illa particularis de forma acceptionis terminorum equiualet vniuerſali ⁊ per cōſequēs potius ſunt eedem propoſitiones virtualiter ꝙ ſubalterne. Et nota hic illud quod ſuperius notatū eſt ſcilicet. Quod licet iſta conſequentia non valeat. Iſtis propoſitionibus conueniunt conditiones ſubalternarum vel aliarum oppoſitarum. Et tamen non ſibi cōuenit lex quo ad vtranqꝫ partem legis: ergo conditiones ſunt male poſite. Tamē iſta eſt bona. Iſtis cōueniunt conditiones talis vel talis oppoſitionis. Et tamen nulla pars legis eis conuenit: igitur conditiones nulle.

¶ Tertio. Arguitur ſic. Iſte non ſunt ſubalterne: Uterqꝫ homo non currit: aliquis homo non currit. Et tamen eis conueniunt conditiones: igitur conditiones nulle. Maior eſt nota. Quia vniuerſalis eſt vera ⁊ particularis falſa in caſu ꝙ vn⁹ ſolus homo currens ſit in mundo. In quo caſu clara eſt falſitas particularis. Ueritas autem vniuerſalis patet. Quia eſt negatiua de ſubiecto non ſupponente Minor patet. Quia nulla conditio eis videtur deficere.

¶ Ad argumentum reſpondetur negando minorem. Deficit enim eis vna conditio generalis. Subiecta enim non tenentur in eis eque reſtricte. In prima ſiquidem tenetur ly homo pro homine hominum ⁊ in ſecunda pro homine abſolute. ¶ Contra ſi ſolutio eſſet bona ſequeretur ꝙ iſta eſſet ſua ſubalternata ſcilicet alter homo non currit: conſequens eſt falſum: igitur ⁊ ſolutio. Conſequentia eſt clara: Quia iam eis nulla deeſt conditio. Sed minor probatur. Prima nō infert: ſecundā: igitur nō ſubalternant. Antecedens probo/ in caſu ꝙ ſint quattuor homines: quorum duo currant ⁊ duo non. Prima eſt vera ⁊ ſecunda falſa: igitur/ antecedens probatur clare per deſcenſum quo ad vniuerſalē. Et quo ad particularē: ſumpta ſua contradictoria vera: que eſt iſta vterqꝫ homo currit.

¶ Ad hanc replicam negatur maior. Et ad probatiō

nem dicitur. Quod eis deficit ſecunda conditio. Naz
aliqua particularitas eſt in ſubalternante: ſeu vniuer
ſali: ꝙ non eſt particularitas in particulari. Ut patet
de ly vel incluſo virtualiter in ſubiecto vniuerſalis:
quod ponitur inter binarium ⁊ binarium. Et non po
tur in alia. Quia in alia ponitur ly et. Si vero petas
ſubalternataz prime. Datur tibi iſta. a. aliquis homo
non currit. Ut ponat ly. a. ſolum ad reſtringendū ſub
iectum illius ſicut ſubiectum prime.

¶ Quarto. Arguitur. Iſtis conueniunt conditiones
ſcilicet cuiuſlibet hominis ꝗlibet equs eſt. b. animal:
hominis ꝗlibet equs eſt. b. animal. Et tamen vniuer-
ſalis eſt vera ⁊ particularis falſa: igitur. Quod vni-
uerſalis ſit vera: patet in caſu ꝙ preciſe ſit vnus ho-
mo habēs duos equos. In ꝗ caſu ſua cōtradictoria eſt
falſa: quia eſt iſta. a. hominis equs non eſt animal. In
qua inchoandus eſt deſcenſus a ly equs. Ut pluries
dictum eſt debere fieri in conſimilibus propoſitioni-
bus. Quod autem negatiua ſit falſa: patet deſcendē-
do. Primo ſub ly hominis: ſecūdo ſub predicato ⁊c.

¶ Ad hoc argumentū negatur. Maior. Deficit enim
eis tertia conditio. Quia ly animal ſupponit confuſe
in ordine ad terminum ſtantem diſtributiue manen
tem in ſecunda. Et reſpectu eiuſdem in ſecunda ſup-
ponit determinate. Si vero loco de ly. b. poneres ly.
c. bene eſſent ſubalterne. Quia licet argueretur a cō-
fuſa ad determinatam. Non tamen manet diſtributio
illa in ordine ad quam ſtabat confuſe. Sed in ordine
ad quam ſtabat determinate.

## ¶ Sequitur textus.

Propoſitionum triplex eſt
materia: ſcilicet naturalis\
contingens ⁊ remota. Na-
turalis eſt illa in qua predi-
catum eſt de eſſentia ſubie-
cti: vel proprium eius. Ut
homo eſt animal: homo eſt riſibilis. Contin-
gens eſt illa in qua predicatum poteſt adeſſe
⁊ ab eſſe ſubiecto preter ſubiecti corruptionē.
Ut homo eſt albus: homo nō eſt albus. Re-
mota eſt illa in qua predicatum nō poteſt cō-
uenire ſubiecto. Ut homo eſt aſinus.

## Sequitur gloſa.

Tractaturus Petrus hiſpanus de
legibus oppoſitonum. Primo di-
uidit materiam dicens. Propoſi-
tionum triplex eſt materia ⁊c.
Noticia ſiquidem materie ad le-
ges cognoſcendas conducit. Eo
enim quo propoſitiones oppoſite
ſunt in tali vel tali materia: talē vel
talem repugnantiaz in veritate vel falſitate ſortiunt.
¶ Pro cuius materie ampliori noticia. Scito nomi-
nales ſic deſinire materiam. ſcilicet materia eſt extre
ma propoſitionum aliquam habitudinem inter ſe ha-
bentia. Et ſic ſm ipſos nil aliud eſt materia ꝙ ſubie-
ctum ⁊ predicatum propoſitionis. Ex quo infertur ꝙ
quando dicitur iſta propoſitio eſt in tali materia ly in
valet ly ex. Et ſic ſenſus eſt/ iſta propopoſitio compo-
nitur ex tali materia.

¶ Attamē: iſta diffinitione dimiſſa. Diffinitur ſic. Ma-
teria eſt habitudo predicati ad ſubiectum. Que diffi-
nitio elicitur ex verbis. D. S. primo perhiermenias:
lectione. xij.. §. primo. Et intelligitur ſic. Materia lo
gicaliter ſumpta eſt relatio rationis conſurgens ex
comparatione intellectus comparantis predicatum
alicuius propoſitionis ad eius ſubiectum ſub habitu-
dine copule ſimpliciter ſimplicis. ¶ Dicitur logicali-
ter ſumpta. Quia hic non ſumit materia naturaliter
de qua philoſophus in libris phiſicorum.

¶ Ly relatio ratiōis ponitur loco generis. Reſiduum
ponitur loco differentie. Ad differentiam ſcilicet re-
lationis rationis ꝗ eſt inter antecedens ⁊ conſequēs
(Que vocatur conſequentia.) Et aliarum conſimi-
lium relationum. Dicitur ſub habitudine copule ⁊c.
Ad denotandum: ꝙ ſi velimus cognoſcere vel iudica-
re in qua materia ſit aliqua propoſitio. Non debem⁹
reſpicere copulam cum modificatione quam habet.
Alias iſta eſſet in materia remota. Homo impoſſibi-
liter eſt animal. Et iſta hoc impoſſibiliter eſt equs
in naturali. Quod nullus vere logicus vnꝗ̄ dixit.

¶ His premiſſis diuiſio textus ſic intelligitur. Pro-
poſitionum triplex eſt materia ⁊c. Id eſt materia in
tota ſua cōmunitate diuidit in naturalem/ contingen
tem ⁊ remotam. Nec refert dicere propoſitionum
triplex eſt materia vel materia propoſitionum eſt tri
plex. Sicut nec dicere/ diuiditur animal vel animal di
uiditur. Cum ly animal ſupponat ſimpliciter vtro-
biqꝫ. Et ſimiliter ly materia. Quia ly triplex nō ſo-
lum dicit ibi numerum. Sed diuiſionem. Modo om-
ne diuiſum reſpectu ſuorum membrorum ſupponit
ſimpliciter. Nec hoc dico. Ut cōtradicam doctiſſimo
Petro bruxelleñ. Sed quia mihi ſic apparet: ratione
dicta. Dictum autem ſuum habet verum. Si ſuma-
tur ly triplex vt ſolum dicit numerum.

¶ Pro euidentia diffinitionum membrorum preno-
tandū eſt. Quod ſicut dicit. D. S. in pͥmo perhierme-
nias: lectio. xiij. §. primo. Omne predicatum compa-
ratum ſuo ſubiecto vel per ſe ineſt illi vel per ſe illi
repugnat vel medio modo ſe habet. Hoc eſt ꝙ nec
per ſe illi ineſt nec per ſe repugnat. Si primum pro-
poſitio eſt in materia naturali. Si ſcḋm eſt in re-
mota vel impoſſibili. Si tertium in contingenti. Et
hoc idem alij dicunt alijs verbis ſic. Omne predicatū
comparatum ſubiecto ſuo vel conuenit illi eſſentiali-
ter. Ita ꝙ illud ſubiectum nullo modo valet intelli-
gi abſqꝫ predicato vel accidentaliter: Et hoc dupliciter
ter vel intranſmutabiliter vel tranſmutabiliter. Vel
omnino repugnat ei. Ita ꝙ predicatum deſtruat ra-
tionem ſubiecti. Primus modus. Et primus ſecundi
conſtituunt materiam naturalem. Secundus ſecū-
di contingentem. Tertius remotam.

¶ Hoc habito. Addendo tres particulas diffinitioni
materie in communi: habebis diffinitiones membro-
rum. Quando ergo ſic dicitur in textu materia na
turalis eſt illa in qua ⁊c. Intelligitur diffinitio ſic.
Materia naturalis eſt relatio rationis ⁊c. Ita ꝙ ta
le predicatum conueniat eſſentialiter ſubiecto vel ac
cidentaliter intranſmutabiliter. ¶ Diffinitio materie
contingentis intelligitur ſic. Materia contingens eſt
ratio rationis ⁊c. Ita ꝙ predicatū conueniat ſubiecto

accidentaliter tranſmutabiliter. ¶ Diffinitio materie
remote ſic intelligit. Materia remota eſt relatio ra-
tionis &c. Ita q̄ p̄dicatio repugnāter dicat de ſubiecto.
Exemplum primi homo eſt animal & homo eſt reſibi-
lis. Secundi homo eſt currens. Tertij homo eſt eq̄.
Et ſic de aliis.
¶ Circa p̄dicta querit. In qua materia ſit iſta Deus
eſt homo. Et videtur q̄ in contingenti. Nam predi-
catum poteſt vere affirmari & negari de ſubiecto ſup-
ponente pro eodem: igitur. Anteced̄ns probo. Quia
illa propoſitio nunc eſt vera. Ut patet per beatum
Joannem primo capitulo. Et verbum caro factū eſt.
Ubi intelligitur caro: id eſt homo. Et ſi deus de ſua
potentia abſoluta dimittat naturam humanam quā
habet (quod poſſet facere: ſi vellet) iſta ſimiliter eſt
vera deus non eſt homo: igitur antecedens verum.
¶ Sed contra. Videtur quod ſit in materia naturali.
Quia ideo iſta eſt in materia naturali. Petrus eſt
homo. Quia in Petro invenitur perfecte natura hu-
mana. Sed in chriſto / perfectiſſime natura humana
reperit: igitur iſta eſt in materia naturali deus eſt ho-
mo. ¶ Sed contra utrunq̄ probatur q̄ ſit in mate-
ria remota. Extrema illius propoſitionis importan-
t naturas maxime diſtantes: igitur eſt in materia re-
mota. Antecedens patet. Quia predicatum impor-
tat naturam humanam & ſubiectum divinam: Que
in infinitum diſtant. Sed conſequentia probatur: q̄
non alia ratione iſta eſt in remota materia ſcilicet ho-
mo eſt equus.
¶ In hac q̄ōne duo fient. Primo ponetur opinio no-
minalium. Et reijcietur tanq̄ non vera. Secundo po-
netur Thomiſtarum opinio. Et probabit. Pro pri-
mi expeditione. Scito nominales dicere predictam
propoſitionem eſſe in materia contingenti. Quod pa-
tet per magiſtrum Gabrielem in 3° ſententiaꝝ. diſtin.
vij. q̄ōne unica dubitato tertio. Et licet hoc ipſe non
dicat formaliter. Elicitur tamē ex eius verbis neceſſa-
rio. Dicit enim q̄ iſta predicatio Deus eſt homo eſt
accidentalis. Et non intranſmutabilis. Ut patet per
ipſum dicentem q̄ ita deus contingit eſt homo ſi-
cut ſortes cōtingēter eſt albus. Que predicatio tranſ-
mutabilis eſt: ergo illa ſimiliter deus eſt homo erit
tranſmutabilis. Sed predicatio accidentalis trāſmu-
tabilis conſtituit materiam contingētem: igitur pre-
dicta propoſitio eſt in contingenti materia. Simili-
ter dicit in fine p̄allegate q̄ōnis. Quod iſta predica-
tio deus eſt homo non eſt predicatio per ſe: ſed per ac-
cidens. Sed iſta opinio falſa eſt. Cuius falſitas ex ve-
ritate alterius opinionis apparebit.
¶ Unde pro alia opinione ponitur talis concluſio ſcz.
Iſta propoſitio Deus eſt homo eſt in materia natu-
rali ex parte ſuppoſiti. Que concluſio probatur ratio-
nibus. S. D. in 3°. diſtin. vij. q̄ōne. i. ar°. i. et. 3ª. parte
q̄ōnis. xvi. ar°. p̄mo. Dicit enim ſic in ſcripto loco pre-
allegato in ſolutione quinti argumēti. Cum dicitur
Deus eſt homo / Deus ſupponit pſonam filij. Et ſigni-
ficat divinitatē. Propoſitio autem non verificatur ra-
tione ſignificati. Sed ratione ſuppoſiti. Et cum hoc
ſuppoſitū ſit ſubſiſtēs in humana natura: hoc nomē
homo p ſe p̄dicat de ipſo. Unde ſm̄ quod vera eſt: eſt
p̄dicatio per ſe. Sicut iſta Petrus eſt homo. Et hoc
eſt ſingulare in iſta materia. Quia nunq̄ alibi inveni-
tur / q̄ ſit ſuppoſitum unū eſſentialiter in duabus na-
turis. Et ideo non poteſt dici q̄ ſit per accidens. Si-
cut iſta album eſt homo. Id enim quod eſt p ſe ſup-
poſitū hominis / non eſt p ſignificationis huius no-
minis album. Album enim ſolum qualitatem ſignifi-
cat. Cū nomen ſignifi. et unum. Ex albedine autem
& ſubiecto non fit unum ſimpliciter. Unde hoc nomē
album copulat ſuū ſubiectum: quaſi extrinſecū. Deꝰ
autem importat ſuppoſitū divine nature. Quod etiā
idem eſt humane. Nō quaſi extrinſecū: ſed ſicut clau-
ſum in ſignificatione huius nominis homo. Et ideo
hec non eſt p accidēs: Deus eſt homo. Sed habet ali-
quid ſimile cū illis: q̄ ſunt p accidens: In q̄tum predi-
catum non ineſt ſubiecto ratione forme importate p
ſubiectū. Hec. D. S. formaliter. Et valde mirabiliter.
Que verba expoſitione minime indigēt. Niſi tantū
ibi. Quod quando dicit. S. D. q̄ propoſitio non veri-
ficatur ratione ſignificati: Intelligendū eſt ratione ſi-
gnificati formalis. Quia ratione ſignificati materia-
lis bene verificat. Quia ſignificatū materiale eſt ip-
ſum ſuppoſitū: q̄d terminꝰ importat. Ex q̄bus verbis
Doct. S. habes quattuor concluſiones vel quattuor
corollaria.
¶ Prima concluſio eſt talis. Propoſitio nō verificat
ratiōe ſignificati formalis: ſed materialis. Hoc eſt / ra-
tione ſuppoſiti. Et vult dicere doctor ſanctꝰ. Q̄ predi-
catū non denotat convenire ſubiecto pro formali:
ſed pro materiali.
¶ Secunda. Iſta propoſitio Deus eſt homo eſt in
materia naturali / et de per ſe ex parte ſuppoſiti. Et p
conſequens iſta. Homo eſt deꝰ. Quia non eſt potior
ratio de una q̄ de alia.
¶ Tertia. Iſte modus exiſtendi in materia naturali
ex parte ſuppoſiti: quo iſta propoſitio Deus eſt homo
exiſtit: non eſt reperibilis extra propoſitum.
¶ Quarta. Iſte propoſitiones Chriſtus Jeſus eſt ho-
mo / Chriſtus Jeſus eſt Deus. Sunt in materia natu-
rali. Non ſolum ex parte ſuppoſiti. Sicut due prime.
Sed etiam ex parte ſignificati formalis. Cuius ratio
eſt. Quia hoc nomē Chriſtus Jeſus / ſignificat de for-
mali duas naturas in chriſto. Et ſic ſubiectū predica-
tum propoſitionū non poteſt intelligi ſine predicato.
Quod non fit in primis duabꝰ. Quarum ſubiectum
importat de formali unam naturam tantū. Licet co-
puletaliā. Suppoſita unione hipoſtatica. At ſuppōit.
¶ His notatis reſpondetur ad argumenta. Et q̄dem
ad argumentū concludens prefatam propoſitionem
eſſe in materia naturali. Reſpondet concedendo con-
ſequens. Quia pro nobis eſt. ¶ Ad aliud vero probās
eam eſſe in materia contingenti. Reſpondetur di-
ſtinguendo antecedens ſcilicet q̄ predicatum poſſit
adeſſe & abeſſe. Vel de potentia dei abſoluta & ſic con-
cedo vel de ordinaria & ſic negatur. Et hoc ſufficit
ad hoc q̄ talis propoſitio ſit in materia naturali ſm̄
aliquos.
¶ Sed ut magis argumentum evacuetur. Reſponde-
tur negādo conſequentiā. Quam ſi probaveris. Ex eo
q̄ arguitur a definitione ad definitum. Dicitur quod
illa definitio materie contingentis intelligit ſic ſcili-
cet. Materia contingens eſt illa: in qua predicatū po-
teſt adeſſe & abeſſe &c. Cum hoc / q̄ forma importata
in recto p aliq̄d extremū non trahatur ad idem eſſe
quod habet ſuppoſitū forme importate per aliud ex-
tremum. Quēadmodum fit in predicta propoſitione.
Nam nature humane in chriſto communicat eſſe di-
vini ſuppoſiti. Et p hanc ſolutionem poteris reſpon-
dere alicui tibi probanti: q̄ corpus ſit accidens reſpe-
ctu anime rationalis. Quia ſm̄ Porphirium in pre-

ſenſibilibus. Accidens eſt qđ adeſt ⁊ abeſt ⁊c. Sed corpus adeſt ⁊ abeſt anime humane. Ut patet de mortalis nunciis dieiudicii reſurrecturis. Et de nobis viuis qui morimur: igitur corpus eſt accidens ⁊ non ſubſtantia.

¶ Ad hoc reſpondet ꝙ conſimiliter intelligenda venit diffinitio accidentis ſic. ſ. accidens eſt qđ adeſt ⁊ abeſt ⁊c. dũ tamẽ non trahat ad idẽ eſſe: qđ hẽt illud cui aduenit. Modo ſi corpus aduenit aĩe rationali: aĩa cõicat ſibi ſuũ eſſe exiſtie: ⁊ hoc etiam dicit. d. G. vbi ſupra.

¶ Ad. 3m. argumentũ reſpõdet diſtinguẽdo/ ꝙ illud aũs ſi ſignificet diſtinctas naturas vel diſtãtes diſtantia nature. Hoc eſt ꝙ vna natura nõ ſit alia ⁊ ſic cõcedit vel diſtãtes diſtãtia ſuppoſitali. Hoc eſt/ ꝙ ſint indiſtinctis ſuppoſitis ⁊ ſic negatur: q2 (vt dictũ eſt) perſona xpi eſt vnum ſuppoſitum in duabus naturis.

¶ Ex quo etiã habet ꝙ ſi xp̃s de ſua potentia abſoluta aſſumeret naturã leoninã: nõ dimittendo humanam: iſta eſſet in materia naturali hõ eſt leo ex pte ſuppoſiti.

¶ Infertur 2o (qđ iam ex dictis liqt) ꝙ iſta ꝓpoſitio ſortes eſt currẽs non eſt in materia naturali ex parte ſuppoſiti: dato ꝙ ſubiectũ ⁊ p̃dicatũ ĩportẽt idẽ ſuppoſitũ: q2 curſus nõ vnit ſorti vniõe hipoſtatica ſeu pſonali. Nec etiã ⁊ curſu ſorte cõſtituit vnum de ꝑ ſe: ſed per accidẽs. Oppoſitũ autẽ horũ reperitur in xp̃o.

¶ Dixi in expoſitione materie cõtingentis: cũ hoc ꝙ forma importata in recto ⁊c. q2 iſta ꝓpoſitio/ anima ẽ informãs corpus eſt in materia cõtingẽti. Nec hoc repugnat dictis. Ut patet pſpicienti diligẽter. p iſta materia videſi placet cardinalẽ. ſ. ſicut. in. 3o. p. q. 10. ar. po.

¶ 2o queritur in qua materia ſit iſta/ Hõ albus eſt aĩal: ꝓbatur ꝙ ſit in materia naturali: predicatũ eſt ð eſſentia ſubiecti: igitur/ ꝯña tenet a parte diffinitionis diſtincte a. l. ipſiuz diffiniti. Añs p3/ q2 impoſſibile eſt hominem albũ intelligi: quin intelligat animal: igit ⁊c. Sed cõtra: videt ꝙ ſit in contingẽti ſic/ Eſt propoſitio contingẽs: ergo eſt in materia cõtingẽti ꝯña apparet bona ⁊ ãtecedẽs ꝓbat/ q2 modo illa ẽ vera ⁊ ſi nullus homo ſit albus eſt falſa: igitur eſt contingens.

¶ Pro huius. q. ſolutione duo ſiẽt. Primo reſpõdebit ad. q. ſecundũ nominalium opinionem/ Secundo ſecundum viam thomiſtarum.

¶ Pro primi expeditione. Notandũ nominales non ſolũ aſſerere illã ꝓpoſitionẽ eſſe contingentem: Sed etiã: iſtã hõ eſt animal: q2 dicunt eam eſſe verã hoibus exiſtentibus: ⁊ illis deficientibus eſſe falſã. Sed hoc cõdẽnatum fuit pariſius. Et ſimon de lendenaria retractauit ſe publice in pariſienſi vniuerſitate: quia hoc in quibuſdam ſuis dictis aſſeuerauerat. Licet aliqui nominales dicãt: excõmunicationem ſup hoc latã iã non habere vim: eo ꝙ paſſim nõales predictã ꝓpoſitionẽ contingentẽ aſſirmẽt q2 (vt dicitur) cõſuetudo eſt lex nõ ſcripta: verũtñ cõſuetudo mala nõ eſt lex ſed corruptela ad minus in his q̃ ſunt contra ius diuinũ ⁊ naturale: ꝙ ſi dicas hoc eẽ p eis q2 excõmunicatio illa erat ð iure poſitiuo. Reſpõdeo: ꝙ quicqđ ſit ð neothericis primi tamẽ cõtra facientes excõmunicabãt de facto. Et intelligo de ſubiectis conſtitutionibus pariſienſibus. Nam etiam ſolet dici ꝙ cõſtitutiones pariſius facte non tranſeũt ſecanã.

¶ Alij vero videntes ꝙ philoſophus erat in ſe opinionis: ſicut ⁊ primi pariſienſes dixerunt nobiſcũ illã ꝓpoſitionẽ eſſe neceſſariã. Si ly eſt abſoluat a tẽpore vel termini ampliẽt. Ut coronel in poſterioribus. Et tamen tenent cõcedere ꝙ ſit in materia naturali ꝓpter argumentũ factũ. Nec iſta repugnant. Nã non eſt idẽ ꝓpoſitionẽ eſſe in materia cõtingenti ⁊ eſſe ꝓpoſitionẽ contingẽtẽ. Etiã ſecũdũ reales. Nec ꝓpoſitionẽ eſſe neceſſariã: ⁊ eſſe in materia neceſſaria vel naturali: qđ idẽ eſt. Nã iſta ꝓpoſitio ſortes cõtingenter currit eſt ꝓpoſitio neceſſaria. et in materia contingẽti. Sic etiã dicunt nõales/ ꝙ iſta ꝓpoſitio hõ eſt aĩal eſt in materia naturali ⁊ eſt ꝓpoſitio ꝯtingens.

¶ Pro ſecundi enodatione ſciẽdũ ꝙ omnes thomiſte tenentur aſſerere. Hanc ꝓpoſitionem. ſ. homo albus eſt animal eſſe in materia naturali p quo videat capolus 3. d. 21. contra cõcluſionẽ ſecundã ⁊ ſocinã. 5. metha. q. 5. ⁊ durandus. 3. d. 21. q. prima. Et reuerẽdiſſimus in p̃mo diſt. 4. q. 1. notabili p̃mo ⁊ cardi. in primo poſte. capto 10. ⁊ capo. 13. ⁊ petrus bruxellis in poſterioribus. Quia omnis ꝓpoſitio de p ſe ſecũdũ. d. ſ. eſt in materia nãli: vt patet primo perier. loco allegato ſuperius. Et iſta ẽ de perſe vt patet p eundẽ. d. ſ. 3o. d. 7. q. 2. ar. p̃mo. Et clarius. d. 10. q. p̃ma. ar. 2. columna. 3. Ubi dicit iſta verba formaliter. ſ. ꝙ in propoſitionibus de perſe aliter eſt ex parte ſubiecti ⁊ aliter ex parte predicati. Quia ex parte ſubiecti ſufficit ꝙ ſecundũ vnũ tñ eorum: q̃ in ſubiecto cõtinet predicatũs perſe ſubiecto conueniat. Ex parte autem predicati oppoſitũ ꝙ quicqđ eſt in p̃dicato p ſe conueniat ſubiecto. Unde hec non ẽ per ſe homo ẽ animal albũ. Hec autẽ ẽ p ſe homo albus ẽ aĩal: que verba in hac materia ſunt ſumme notãda. Et ſic cum illa ꝓpoſitio ſit ð per ſe albus homo ẽ aĩal cõcluſio eſt (vt dictũ eſt) ꝙ ſit in materia naturali. Sed cõtra. Nam videt ſecũdũ hoc/ ꝙ iſta ſit p ſe ſimiliter homo albus eſt albus. Et ſimiliter iſta: corpus albũ ẽ album. Et tamẽ. d. ſ. in libro primo ð aĩa dicit ꝙ albedo non eſt de eſſentia corporis albi. Ad dubiũ dicit ꝙ verum eſt illas eſſe de p ſe. Et ad dictũ. d. ſ. dicit ꝙ eſt intelligendũ in ſenſu diuiſo. Ita ꝙ ſenſus ſit/ ꝙ albedo non eſt de eſſentia illius in q̃ eſt corpus album. Nõ tamen in ſenſu cõpoſito: in quo ipſemet dicit cum pho: ꝙ albedo ẽ de eſſentia hominis albi. Et põt aliter intelligi. ſ. ꝙ non ſit de eius eſſentia: q2 illud aggregatũ non habet eſſentiã. cũ ſit ens p accidẽs. Uide reſpõſ. 3 vbi ſ.

¶ Sed hinc ſtatim emergit difficultas q̃ talis ẽ. Si verum ẽ ꝙ dicta ꝓpoſitio ẽ de p ſe ⁊ in materia naturali: igitur erit neceſſaria/ cõſequẽs ẽ falſum: igitur ⁊ antecedẽs. Cõſequẽtia patet p phm primo poſteriorum: q2 omne de p ſe ẽ neceſſariũ. Et p ſanctũ Tho. p̃mo perhiermenias dicentẽ ꝙ oẽs ꝓpoſitiões affirmatiue in materia neceſſaria ⁊ ſeu naturali determinate ſunt vere ſemp ꝙ aũt ꝯñs ſit falſum patet: q2 rebus vt nunc illa ẽ vera. Si vero nullus homo ſit albus: illa eſt falſa. Et ꝙ in iſti caſu ſit falſa ꝓbatur per. S. Tho. in. 3o. diſ. 7. q. 2. arti. p̃mo. Ubi dicit ꝙ omnis determinatio debet verificari de determinato: de hoc ꝙ ꝓpoſitio: vbi talis determinatio ponitur: ſit vera. Sed in caſu poſito iſta ẽ falſa homo ẽ albus igitur.

¶ Amplius in opuſculo de vſuris capito vndecimo dicit hãc eſſe falſam Homo volans ẽ animal. Quare ꝓpoſitio neceſſaria p falſam implicationẽ reddit falſa. Sed ad hoc vltimũ cõmuniter dicit. Illud eſſe verum: q2 ſi implicatio ẽ impoſſibilis. Nõ tamẽ ſi eſt poſſibilis hec nihil eſt. quare d. ſ. vtr illã intelligit. Ut expedictis locis dici põt. Quam obrẽ inter thomiſtas non parua eſt controuerſia circa iſtius ꝓpoſitionis neceſſitatẽ et cõtingentiã: quibuſdã dicẽtibus ⁊ eam eſſe neceſſariã quibuſdã cõtingentẽ/ verũtamẽ p doctorũ cõcordia ⁊ materie elucidatione ponitur regula quedam generalis que talis eſt.

¶ Omnis propoſitio in materia naturali exiſtens: cuius extrema ſunt ſimplicia eſt neceſſaria: quia ſecundum thomiſtarum oppinionem: ⁊ cõmunem modũ naturalem intelligẽdi: in talibus copula abſoluitur a tempore. Si vero ambo extrema ſint complexa. Idem dicendũ eſt Dum tamẽ nullũ illorũ includat tẽpus determinatum vt ſtatim dicet. Et ſic iſta eſt neceſſaria/ homo albus eſt animal coloratum. Si vero tantũ vnũ extremum ſit complexũ. Diſtinguendũ eſt: quia tunc vel vna pars complexi diſtrahit aliam. Ita ꝙ faciat illã ſtare pro tempore determinato ⁊ tunc talis ꝓpoſitio eſt contingẽs. Ut patet de iſta: homo qui nunc eſt/ eſt animal: ⁊ de iſta: homo qui fuit eſt animal. abſurdum ẽ enim dicere ꝙ ſi ille ꝓpoſitiones eſſẽt in intellectu alicuius angeli anteꝙ deus crearet mundum: ꝙ eſſent vere. Quod tamen requiritur ad hoc ꝙ ſint neceſſarie. Si vero ambe partes poſſunt abſtrahi a tempore quocunqꝫ: tunc vel in tali ꝓpoſitione copula abſoluitur vel non. Si primũ eſt neceſſaria ⁊ ſi hoc fiat in iſta homo albus eſt animal dicitur eam eſſe neceſſariã: ⁊ tunc illa determinatio verificanda eſt cũ ly poſſibilr ſic. ſ. homo albꝰ ẽ animal: ⁊ homo poſſibilr ẽ albus. Si vero talis copula nõ abſoluat. Talis ꝓpoſitio erit contingẽs. Ut patet in predicta ꝓpoſitione: ſi ly eſt dicat exiſtentiam. Nec inconuenit aliquã ꝓpoſitionem cõtingentẽ eſſe in materia naturali. vt ẽ dictũ ẽ. Et patet de illa. homo ꝗ nunc eſt/ eſt animal. Et ſimilr non inconuenit ꝙ aliqua neceſſaria ſit in contingẽti. Ut patet de iſta. Homo poſſibiliter eſt currens ⁊ ꝙ ſit neceſſaria patet qꝛ ꝗlitercũqꝫ ſignificat taliter neceſſe eſt eſſe. Et aliqua neceſſaria eſt in materia remota. Ut patet de iſta homo impoſſr eſt equꝰ: ⁊ aliqua in pluribus in materia naturali: vtpꝫ ẽ iſta hõ ipſr ẽ aĩal.

¶ Iſtis notatis reſpondetur ad argumẽta i capite. q. poſita: concedendo primũ. Ad 2[m] negatur ꝯña: cuius ratio patet ex dictis. Ad alia argumenta facta in corpore. q. dicitur ꝙ ſi copula abſoluatur a tempore ẽ neceſſaria. Ut dictum eſt. Et ad argumenta contra hoc obiecta. Reſpondet ad primũ concedẽdo ꝯñam. Et ad mitiuntur auctoritates ꝓ argumento negatur falſitas conſequentis. Et ad ꝓbationem dicitur ꝙ ſi ly eſt abſoluatur a tempore: debet verificari cũ ly poſſibiliter vt dictum eſt. Si vero non abſoluatur: non debet poni. Et ſic dictũ. d. ſ. ſemper eſt verum. ¶ Circa illam autem auctoritatem ꝗ dicitur ꝙ iſta eſt falſa. Homo volans ẽ animal. dicitur ꝙ non eſt ad propoſitũ. Non enim ibi dicit. d. ſ. ꝙ iſta ꝓpoſitio homo volans ẽ animal ſit in materia naturali vel de per ſe: ſumpta illa determinatione prout repugnat nature humane. Sed eſt in materia remota: ſicut iſta homo irrationalis eſt animal. Dixi prout repugnat. ⁊c̃. quia modo non ẽ difficultas an ſit factibile ꝙ homo naturaliter haberet alas. Et ſic dictum. ſ. d. debet intelligi in ſenſu diuiſo ⁊ non in compoſito. Ita ꝙ ſenſus ſit: ꝙ vna propoſitio: ꝗ nunc eſt in materia naturali poteſt reddi falſa propter falſam implicationem: ipſa non remanente in materia naturali: ſi implicatio ſit impoſſibilis. Et iſto modo reſpondendo apparet concordia inter doctores.

¶ Circa predicta dubitatur: i qua materia ſit iſta/ animal eſt homo: ⁊ iſta/ Omne animal eſt homo: ⁊ iſta/ Sortes eſt homo vel equꝰ: ⁊ iſta Non homo eſt non equꝰ: ⁊ iſta/ Homo vel equꝰ ẽ equs vel leo: ⁊ iſta/ Homo eſt mortuus: ⁊ iſta/ Nix eſt nigra: ⁊ iſta/ Chimera eſt chimera: ⁊ iſta/ Sortes non eſt iuuenis.

¶ Ad dubium reſpondetur ſic/ De prima dicit ꝙ eſt in materia naturali: ⁊ licet predicatum non ſit de eſſẽtia ſubiecti quo ad totum ſubiecti ambitũ. eſt tamen de eſſentia aliquorũ ſuppoſitorũ ſubiecti ⁊ hoc ſufficit. Et ſi contra hoc arguas: ꝙ predicatũ põt adeſſe ⁊ abeſſe ſubiecto. ſ. vere affirmari ⁊ negari: igitur non ẽ in naturali: ſed in contingẽti. Ad hoc reſpondet diſtinguendo antecedens vel pro eodem ⁊ de eodẽ ſuppoſito numero ⁊ ſic negatur vel pro diuerſis ⁊ ſic conceditꝰ ⁊ negat cõſequẽtia: quia primũ requirit ⁊ ſecundũ nõ ſufficit: ⁊ per idẽ ſoluitur argumentũ: quo probat de iſta. a. homo non eſt animal: ꝙ non ſit in naturali.

¶ De 2[a] teneo ꝙ ſit in naturali qꝛ extrema eius ſic ſe habent ꝙ vnum eſt de eſſentia alterius: quo ad aliqua eius ſuppoſita. Nec extrema accipiẽda ſunt cum ſuis diſpoſitionibus: preſertim ſi tales diſpoſitiones proueniant a ſignis non effectis partibus extremorũ. Alias non videt quare iſta ſit in materia naturali homo cõtingẽter eſt animal. Nec iſta nullus homo eſt animal cum ly contingẽter appellet contingẽtiã ſupra predicatum. Et ly nullus diſtribuat negatiue ipm predicatum ⁊ ſubiectũ. Similiter poteſt argui de iſta homo impoſſibiliter eſt currens ꝙ non ſit in contingenti.

¶ De 3[a] dicitur ſimiliter: ꝙ eſt in naturali qꝛ totale p̃dicatum cathegorematice eſt de eſſentia ſubiecti: licet illius vna pars non ſit de eius eſſentia.

¶ De 4[a] dicitur idem qꝛ aliquod ſuppoſitũ p̃dicati eſt de eſſentia alicuius ſuppoſiti ſubiecti: quod patet quia ſubiectũ ⁊ predicatum ſupponunt pro lapide ⁊ leone ⁊ multis alijs.

¶ De. 5[a]. dicitur idem ꝓpter id quod dictum eſt in 3[a].

¶ De. 6. dicit reuerẽdiſſimꝰ cayethanus: ꝙ eo modo ꝗ eſt vera/ eſt in materia naturali. i. quãdo verificatur ꝓ homine qui fuit ⁊ modo non eſt. Eo vero modo ꝗ eſt falſa eſt in materia remota: quia tunc ſubiectũ accipit pro homĩe viuo. Et ſic predicatum rẽpugnat ſubiecto. Alij dicunt eam eſſe in materia cõtingenti. Sed prima ſolutio videtur ſubtilior ſub phiſica conſideratione: ꝙ 2[a] que reſpicit affirmationem vel negationem logicaliter ſed vtraqꝫ poteſt ſubſtineri.

¶ De. 7[a]. dicitur ꝙ ſi ly nigra denominet niuẽ extrinſece quod poſſet fieri ſi nix poneret in atramento. Tũc eſt in contingenti. Si vero denominet intrinſece. i. ꝙ ex ſua natura debeat ſibi nigredo: eſt in remota.

¶ De. 8[a]. dicitur: ꝙ eſt in materia naturali ⁊ licet p̃dicatum non ſit de eſſencia ſubiecti (proprie ſumẽdo eſſẽtiam) eſt tamen de eſſentia improprie. i. eo modo quo entibus rationis conuenit eſſentiam habere: quia ſubiectum non poteſt intelligi abſqꝫ predicato.

¶ De. 9[a]. dicitur: ꝙ eſt in contingenti: ſed contra hoc arguo ꝙ non: qꝛ predicatum non poteſt vere affirmari ⁊ negari de ſubiecto: igitur. ⁊c̃. ⁊ antecedens probat ponendo ꝙ ſortes nunc ſit ſenex: in quo caſu iſta ẽ vera ſortes nõ eſt iuuenis. Iſta autem ſortes eſt iuuenis non amplius erit vera: igitur. ⁊c̃.

¶ Ad hoc reſpondetur diſtinguẽdo añs: quia vel ly poteſt dicit potẽtiã naturalem: ſic cõcedit: quia tunc eſt ſenſus ꝙ predicatũ non põt in preſenti: nec poterit in futurum affirmari de ſubiecto vel ly poteſt dicit potẽtiam logicã: qualẽ diffinitio dicit: ⁊ ſic nego antecedẽs quia tũc eſt ſenſus ꝙ predicatũ nec poteſt nec potuit nec poterit affirmari de ſubiecto. Et hoc falſum eſt: quia in preterito tempore: quãdo ſortes erat iuuenis potuit affirmari ⁊ hoc ſufficit.

¶ 2[o] dubitat: an ſemp conuertens ⁊ cõuerſa vlis ⁊ particularis ⁊ oẽs ꝓpoſitiones oppoſite ſint in eadẽ mã

¶ Ad hoc dubiū reſpondent nominales affirmatiue quia omnes predicte ꝓpoſitiones componunt ex eiſdem extremis ⁊ ꝑ cōſequēs ex eadē materia quia per eos materia eſt extrema propoſitionis. vt dictum eſt. ¶ Secundū vo reales dicendū: ꝙ nō ſemꝑ ꝯuertens ⁊ conuerſa ſunt in eadem materia. vt patet in omnibus propoſitionibus q̄ ſunt in materia naturali: eo ꝙ predicatū eſt de eſſentia alicuius partis ſubiecti preciſe. Nam iſta eſt in materia naturali / homo albus eſt aīal ⁊ iſta in contingenti / animal eſt homo albus: abſoluendo in conſequente ly eſt a tempore. Si hoc fiat etiam in antecedente: alias argueretur ab amplo ad nō amplum ⁊ antecedēs eſſet neceſſarium ⁊ conſequens cōtingens: ſed ſumendo eodē modo copulam in antecedente ⁊ conſequēte conſequentia erit bona.

¶ De vniuerſali vero ⁊ particulari ⁊ aliis oppoſitis dī ꝙ ſi teneatur opinio dicens ꝙ oportet aſpicere ad diſpoſitiones extremorum: non ſemper ſunt in eadem materia. Nam ſm̄ tenētes hoc iſta eſt in remota / omne animal eſt homo: ⁊ iſta in naturali aliquod animal ē homo. Si vero teneatur alia oppinio quam ſequt⁹ ſū ſemper: ſunt in eadem materia.

¶ 3º dubitatur in qua materia eſt iſta / Coruus eſt niger: quia videtur ꝙ non ſit in naturali: quia predicatū non eſt de eſſentia ſubiecti vt patet / nec propriū eius ad minus q̄rto modo. quia multa alia a coruo ſunt nigra: nec videtur ꝙ ſit in contingenti: q: predicatum non pōt adeſſe vel abeſſe ſubiecto. ⁊c.

Ad hoc dubium reſpondetur dupliciter. Primo concedendo ꝙ non ſit in naturali materia. Et ad probationem ꝙ non ſit in contingēti negatur antecedēs / dicit enim Albertus magnus ꝙ ſi ſumantur oua corui ⁊ iungant pinguedine catti ſimul cū argento viuo naſcentur corui albi. Et cornucopia refert ſe vidiſſe coruum album. Et ego audiui a quodam fide digno: nr̄is temporibus quēdam coruum album romam fuiſſe delatū. Verum eſt tamen ꝙ illa albedo non erat perfecta: prout ille dicebat.

¶ 2º. dicitur admiſſo ꝙ nigredo realiter a coruo nequeat ſeparari: ꝙ propterea non ſit in contingenti: et ad probationem diſtinguo antecedens. ſ. ꝙ predicatū non poſſit adeſſe ⁊ abeſſe ſubiecto preter ſubiecti corruptionem: q: vel intelligitur de corruptione reali et ſic tranſeat: quia hoc non requirit: vel de corruptione intellectuali: ⁊ ſic nego / poſſum enim ego intelligere coruum album abſq; eo ꝙ deſtruatur natura coruina ſm̄ intellectum. Que diſtinctio pōt haberi ex beato auguſtino libro vndecimo de trinitate capitulo decimo ſic dicente / Quis enī vidit cignū nigrum? quaſi dicat nullus. Quia viſio terminatur ad rem vt realiter eſt. Sequitur. Et ꝓpterea nullus meminit. ſ. cigni nigri. Dicit vltra. Cogitare tamē quis non poteſt? Quaſi dicat quilibet pōt. Cuius ꝓbatio ſubdit. Facile eſt enim illam figuram quam videndo cognouimus nigro colore pfundere. ſ. intellectu. Et confirmatur auctoritate porphirij dicentis in predicabilib⁹ ſe poſſe itelligere ethiopem candore nitentem.

¶ Sed ſtatim ē replica Quia ex hoc ſequitur: ꝙ iſta ꝓpoſitio homo eſt riſibilis eſſet in materia contingēti: quod eſt falſum: conſequentia probatur: quia poſſū intelligere hominē in prima operatione intellectus abſq; eo ꝙ intelligatur riſibile: quod patet quia riſibile non ponitur in diffinitione hominis.

¶ Ad hanc replicam negat cōſequētia: quia ſolutio intelligitur in ſecunda opatiōe intellect⁹. Pro cui⁹ ampliori notitia ponam hic ſolutionem cuiuſdā argumenti ſimilis huic: quā ponit. D. S. ī de potētia. q. de materia de ſpiritualibus creaturis ar. vltimo ad argumentū ſeptimum. dicit enim ſic: dicēdum ꝙ duplex eſt operatio intellectus: ſicut dicitur in. 3º. de anima. Una qua intelligit quod q̄d eſt: ⁊ tali operatione intellectus poteſt intelligere eſſentiam rei ſine proprio ⁊ ſine accidente: cum neutrum eorum ingrediat rei eſſētiam. Alia eſt operatio intellectus componentis. Et ſic poteſt ſubſtantia intelligi ſine predicato accidētali. Etiam ſi ſm̄ rem ſit inſeparabile: ſicut poteſt intelligi coruum eſſe album. Non enim ibi eſt repugnantia intellectuum: cum oppoſitum predicati non dependeat ex principijs ſubiecti ſeu ſpeciei coruine q̄ ſignificat nomine in ſubiecto poſito. Hac vero operatione non pōt intelligi ꝙ homo non ſit riſibilis vel ꝙ triangulus non habeat tres angulos equales duobus rectis. Hic enim eſt repugnātia intellectuū: quia predicatū dependet ex natura ſubiecti / verum in ſuis predicabilibus dicit ꝙ iſta eſt in naturali materia / iſte coru⁹ eſt niger q: licet predicatū nō fluat ex principijs ſpēi fluit tamen ex principijs indiuidui. Vide ſimiliter cetera in reuerēdiſſimū ī ſuis pdicabili⁹ ⁊ ī poſter.

¶ Dubitatur. 4º. an propoſitio ſit in materia vel materia in ꝓpoſitione. Reſpondetur breuiter ꝙ ꝓpoſitio poteſt ſumi dupliciter vno modo pro materiali ⁊ ſic ꝓpoſitio ſupponit pro ipſis terminis ex quibus cōficit ꝓpoſitio ipſa. Secūdo formaliter ⁊ hoc dupliciter vno modo ꝓ habitudine ſubiecti ad predicatū: ⁊ iſta eſt materia propoſitionis. Alio modo pro modo enunciandi. ſ. vniuerſaliter: particulariter: affirmatiue: ⁊ negatiue. Tūc dicitur ꝙ ſi ꝓpoſitio ſumatur materialiter materia ē in ꝓpoſitione quia habitudo ſubiecti ad predicatū eſt ī ipſis terminis. Si vero ſumatur ꝓpoſitio. 3º. modo. ſ. pro modo ipſo enunciādi: ꝓpoſitio eſt in materia q: ex eo ꝙ ꝓpoſitio eſt in tali vel tali materia. poſſumus vere affirmare vel negare: proferre vniuerſaliter vł particulariter. ⁊c. Sed cōtra q: ſequeret iſto modo ꝙ materia eſſet forma quod videtur inconueniēs. Reſpondetur diſtinguēdo ſic: reſpectu vnius ⁊ eiuſdem nego: reſpectu diuerſorum concedo. Nam anima reſpectu corporis eſt forma ⁊ reſpectu ſcientie eſt materia. Et ob hoc dixit magiſter burlei primo notabili in hac lectione verbis vltimis non eſt inconueniens ꝙ vna forma ſit materia alterius.

¶ Dubitat. 5º. in qua materia ſit iſta / Homo ſit albus. Reſpōdet ꝙ in contingenti: ſed cōtra. D. T. dicit in 4º. diſ. vndecima. q. pª. ar. 2º. q̄ſtiūcula. 1ª. in. c. ꝙ eſt de per ſe. Iſta vero per accidēs. ſ. nigrum fit album. Ad hoc reſpondet ꝙ illud dictum. d. ſ. eſt verū in phiſice loquendo non logice. Nam non eſt ſenſus ꝙ illa ꝓpoſitio ſit neceſſaria vel in materia naturali: ſed ſumit ibi de per ſe prout conuenit generationibus ⁊ alterationibus put conſiderant a naturali philoſopho.

## Sequitur tertius.

Lex ſine natura ꝯtrariorū tale eſt ꝙ ſi vna ē vera reliqua eſt falſa ⁊ non econuerſo poſſūt enim ambe ſimul eſſe falſe in contingenti materia. Ut oīs homo eſt albus: null⁹ hō eſt

alb⁹. In naturali vero materia ⁊ remota ſemp vna eſt vera ⁊ reliqua falſa\ Ut omnis hõ eſt animal\ nullus homo eſt animal\ Omnis homo eſt aſinus\ nullus homo eſt aſinus. Et in materia contingenti de accidente inſeparabili: Ut omnis coruus eſt niger: nullus coruus eſt niger\ Sed ille que ſunt de accidente ſeparabili poſſũt ambe eſſe falſe. Ut omnis homo eſt albus: nullus homo eſt albus. ¶ Lex ſiue natura ſubcontrariarũ talis eſt. ꝙ ſi vna eſt falſa reliqua eſt vera\ et non econtra: poſſunt enĩ ſimul eſſe vere in contingenti materia. Ut quidam homo eſt albus\ quidã homo non eſt albus. Unde lex ſubcontrariarum cõtrario modo ſe habet legi cõtrariarũ. ¶ Lex ſiue natura cõtradictoriarũ talis eſt. ꝙ ſi vna eſt vera reliq̃ eſt falſa: ⁊ ecõuerſo: in nulla enĩ materia pñt ſimul eſſe vere: aut ſimul falſe. Ut omnis homo eſt animal: quidã hõ nõ eſt animal. ¶ Lex ſiue natura ſubalternarũ talis eſt. ꝙ ſi vniuerſalis eſt vera particularis eſt vera ⁊ non ecõuerſo: poteſt enim particularis eſſe vera: ſua vniuerſali exiſtente falſa. Ut omnis homo eſt albus: quidã homo eſt albus\ Si vero particularis ſit falſa: vlis erit falſa ⁊ nõ econuerſo.

## ¶ Sequitur gloſa.

Infinita ⁊ diuiſa materia ppoſitonum: Petr⁹ hiſpan⁹ ad determinandũ de legibus acced. dicens. Lex ſiue natura contrariarum. ⁊c. Pro cuius textus euidẽtia. Sciẽdũ ꝙ lex ſumitur dupliciter. Uno modo proprie ⁊ ſic ſumitur a legũ peritis. Et diffinitur a. S. Tho. pª 2ᵉ. q. 90. ar. pᵒ. no. Sic lex eſt regula ⁊ mẽſura actuũ agendorũ vel operandorũ. Et iſto modo nõ ſumitur in pposito. Alio modo ſumitur trãſumptiue ⁊ ſimilitudinarie pro quadam proprietate ppoſitionibus oppoſitis conueniente. Et iſto modo diffinitur ſic. Lex eſt repugnantia duarũ ppoſitionum aliquo modo in extremis participantiũ: in veritate tantũ vel falſitate tãtũ: vel in vtroq; vel in hoc ꝙ vna infertaliã nõ tñ ecõtra. ¶ Hoc notato ſciendũ eſt ꝙ lex contrariarũ conſiſtit in tribus punctis. Quorũ primũ eſt ꝙ contrariis tantũ repugnat veritas in q̃cunq; materia/ Hoc eſt ꝙ nullo pacto valeant dari vere bene tamẽ falſe vel vna vera ⁊ reliqua falſa. Et hoc 2ᵐ non eſt de eſſentia illarũ ſed accidit illis.

¶ 2ᵐ. eſt/ ꝙ in materia contingẽti de accidente ſeparabili poſſunt ambe eſſe falſe. Ut omnis homo eſt albus: nullus homo eſt albus.

¶ 3ᵐ. eſt/ ꝙ in materia naturali ⁊ in contingenti de accidente inſeparabili ⁊ in remota: ſemper ſi vna eſt vera reliqua eſt falſa. Exemplũ primi omnis homo ẽ animal: nullus homo eſt animal. Secũdi omnis coru⁹ eſt niger: nullus coruus eſt niger. ¶ Ex hoc habes ꝙ ſm mentẽ petri hiſpani. Iſta ppoſitio coruus eſt niger ẽ in materia contingẽti. vt dictum eſt/ aliud tamẽ tertium aliq̃s ponatur inſtãtias in fine lectõis ponẽdas.

¶ Lex ſubcontrariarũ conſiſtit in aliis tribus punctis contrario modo ſe habẽtibus ad tria pũcta cõtrariarum. Quorũ primũ eſt ꝙ ſubcontrariis tantum repugnat falſitas in quacũq; materia. Hoc eſt ꝙ nunq̃ poſſint dari ambe falſe. bene tamen vere vł vna vera ⁊ reliqua falſa: ⁊ primũ eſt ꝙ neceſſario requiritur ad ſubcõtrarias reliqua vero ad bene eſſe.

¶ Secundum eſt ꝙ in materia contingẽte de accidente ſeparabili poſſunt dari ambe vere.

¶ Tertium eſt. ꝙ in naturali ⁊ contingenti de accidẽte inſeparabili ⁊ in remota: ſemper ſi vna eſt vera reliqua eſt falſa: exempla habes in textu.

¶ Lex contradictoriarũ conſiſtit in duobus punctis. Primũ eſt ꝙ cõtradictoriis repugnat veritas ⁊ falſitas in quacũq; materia extra reflexiuas.

¶ Secundũ eſt ꝙ in reflexiuis poſſũt dari ſimul falſe ſm cõmuniorẽ opinionem. Exemplum patet in iſtis hec eſt falſa/ hec non eſt falſa. ſubiecto prime ipſam eandẽ demonſtrãte. et ſubiecto ſecũde ſimiliter demõſtrante ipſam primã. Dixi ſm cõmuniorẽ opinionem. Quia non parue ambiguitatis eſt: an ſit dabilis propoſitio reflexiua: poteſt enĩ teneri pars negatiua: cuius rõ aliqualiter tacta eſt in. q. an veritas diſtinguatur a ppoſitione vera: in ſolutione argumenti quo arguebatur de iſta ppoſitione hec eſt vera. Ex quibus patet ꝙ oppoſitio cõtradictoria in rõne oppoſitionis eſt pfectior omnibus aliis intenſiue ⁊ extenſiue/ Intẽſiue quidem quia in quacũq; materia habet perfectã repugnantiã. Extenſiue vero: quia nulla eſt ppoſitio que non poſſit habere contradictoriam. Quippe cũ quicqd contingit affirmari contingat ⁊ negari ſm phm in primo periher. Bene tamẽ eſt aliqua q̃ nõ põt habere contrariã vt eſt illa propoſitio in qua nullus terminus diſtribuitur ⁊ aliqua que non põt habere ſubcontrariam. vt eſt illa in qua omnes termini niſi diſtribuuntur.

¶ Oppoſitio ſubalterna (vt dictum eſt ſupra) poti⁹ eſt cõña non mutua q̃ oppoſitio. Et per cõſequẽs minima oppoſitionum. Ac perinde lex eius conſiſtit in lege ſeu natura bone cõſequẽtie. Et cõſiſtit in quattuor pũctis. Quorum primum eſt.

¶ ꝙ ſi vniuerſalis eſt vera particularis erit vera. Quia in bona cõſequẽtia ſi antecedẽs eſt verũ: conſequẽs debet eſſe verum. Et in ſubalternis vniuerſalis eſt antecedens ⁊ particularis conſequens.

¶ 2ᵐ ad veritatem particularis non requirit veritas vlis. Quia in bona cõſequẽtia ex falſis põt ſeq̃ verũ.

¶ Tertium eſt ꝙ ſi vniuerſalis eſt falſa non oportet particularem eſſe falſam rõne predicta.

¶ 4ᵐ eſt ꝙ ſi particularis eſt falſa oportet vniuerſalem eſſe falſã: vt patet ex dictis. Exẽpla habes ĩ textu.

¶ Iſtis prelibatis reſtat ponere inſtantias in quibus non eſt neceſſe ꝙ 2ᵐ ⁊ 3ᵐ punctũ contrariarũ ⁊ ſubcontrariarum habeat veritatem. Pro quo ſciendũ ꝙ cõmuniter ſolet poni hec regula. ¶ Omnis propoſitio affirmatiua cuius extrema ſupponunt pro eodem eſt vera. Et omnis negatiua cuius extrema ſupponũt pro eodẽ eſt falſa. Et omnis negatiua cuius extrema ſupponunt/ pro diuerſis eſt vera. Et omnis affirmatiua falſa pro qua regula vide. S. Tho. pª pte. q. 13. ar. 12. Et quia iſta regula eſt cõmunior ponent inſtãtie

Pro ex quibus intellectis facile erit eas ad preſentem applicare materiam/ quapropter ponit regula ſic.

¶ Omnis propoſitio affirmatiua: nõ exponibilis: non modalis. Cuius copula non determinat: cui⁹ copula eſt ſimplex cui⁹ nõ diſtribuunt ambo extrema/ cuius predicatum non ſupponit determinate in ordine ad diſtributionem/ In qua nulla eſt determinatio. Sig⸗ne dicaſſiue non dicitur Non reflexiua/ Non de predicatione indirecta vbi nulla eſt ampliatio. Si ſubiectum ⁊ predicatũ ſupponãt pro eodẽ eſt vera/ dicit nõ exponibilis/ quia iſta eſt falſa tantũ homo eſt animal/ dicitur nõ modalis ꝓpter iſtã homo contingẽt eſt animal/ Dicitur $3^{m}$ propter iſtã omnis homo omne animal eſt. Dicit $4^{m}$ ꝓpter iſtã omnis homo eſt .b. aĩal/ Dicit $5^{m}$ ꝓpter iſtã cuiuſlibet hominis equs eſt aĩal que rebus vt nũc eſt falſa/ Dicit $6^{m}$ ꝓpter iſtã/ hec ẽ falſa q̃ demonſtrat ſeipſam/ Dicit $7^{m}$ ꝓpter iſtã omne animal eſt homo/ Dicit $8^{m}$ ꝓpter iſtã/ ſortes animal fuit in caſu quo inſtãs pñs ſit primũ inſtãs eſſe ſortis/ Dicit $10^{m}$ propter iſtam homo eſt equ⁹.

¶ Iſta regula ſic poſita/ faciliter (vt dictum eſt) poterit vnuſquiſq; intelligere quomodo regule ſeu leges magiſtri petri veritatẽ obtineant ⁊ quomodo nõ.

¶ Animaduertẽdũ tamẽ eſt ꝙ ex iſta regula non ſequitur: ꝙ omnis ꝓpoſitio in qua eſt aliq̃ inſtancia predictarum ſit falſa/ Nam nõ dicimus omnis ⁊ ſola ꝓpoſitio affirmatiua. ⁊c. ſed omnis tantũ: ſicut non ſequitur/ Omne ens ꝙ eſt rationale eſt animal: igit ens ꝙ eſt irrationale non ẽ animal. Et ſimile vide in .D. S. ĩ $4^{o}$ diſ. 15. q. 4. ar. 7. q̃ſtiuncula $3^{a}$ ad $3^{m}$.

¶ Vltimo circa hunc textũ ſciendũ eſt ad cognoſcendum a priori quã legẽ participent cõtradictorie: q̃bus aliqua conditio de aſſignatis in oppoſitionibus deeſt/ ꝙ ſuppoſitio diſtributiua in ordine ad aliã diſtributiuam edificat falſitatẽ. Vt omnis homo oĩe animal ẽ. Et ſimiliter ſuppoſitio diſtributiua in ordine ad determinatã. Vt omnis homo ẽ .b. animal.

¶ Suppoſitio vero diſtributiua in ordine ad cõfuſam tãtũ vel determinata in ordine ad nõ diſtributiuam edificat veritatẽ. Et nõ intelligo ꝙ diſtributiua in ordine ad aliã diſtributiuã ſemꝑ conſtituat ꝓpoſitionẽ falſam. Nam iſta ẽ vera/ omnis ſol omnis ſol ẽ. Sed ꝙ cõmuniter hoc fit. Et ſic de aliis intelligendũ eſt. Ex q̃bus ſequit ꝙ omnes ꝓpoſitiones q̃ non cõtradicunt: eo ꝙ termin⁹ q̃ in vna debet ſtare confuſe tantũ: ſtat determinate: participant legẽ contrariarũ quales ſũt iſte omnis homo ẽ .b. animal: aliquis homo nõ ẽ animal. Et ille q̃ non cõtradicunt: eo ꝙ termin⁹ qui debebat ſtare determinate: ſtat cõfuſe: participant legem ſubcontrariarum: q̃les ſunt iſte. omnis homo ẽ animal .a. homo non ẽ animal. Proportionabilr dic de contrariis ⁊ ſubcontrariis: quia ꝓpoſitiones q̃ non cõtrariãtur eo ꝙ terminus qui debebat in vna ſupponere determinate vel diſtributiue: ſupponit cõfuſe: participãt legẽ ſubcõtrariarũ: quales ſunt iſte cuiuſlibet hominis equ⁹ nõ ẽ animal/ cuiuſlibet hominis equ⁹ ẽ aĩal. Nam caſu ꝙ quilibet homo habeat duos equos: ambe ſunt vere. Idẽ dic: ſi alique ꝓpoſitiones nõ ſunt contradictorie. eo ꝙ manet eadẽ particularitas in ambab⁹: quales ſunt iſte. Hominis equus ẽ currẽs/ hominis q̃libet equ⁹ nõ ẽ currẽs. Nam in caſu ꝙ ſint duo hoĩes quorũ vnus habeat plures equos currentes ⁊ ali⁹ plures quieſcẽtes vel nullũ equi habeat: ambe ſunt vere. Oppoſito modo dic de ſubcõtrariis. Ex quibus oĩbus poſſunt haberi conditiones omniũ oppoſitionũ. Re

quilibet poterit eas fabricare. Si forſan illarũ obliquus fuerit. Dum tamẽ habeat leges in memoria.

¶ Aduerte tamen ꝙ illud qḋ dictũ eſt .ſ. ꝙ diſtributiua in ordine ad determinatã edificat falſitatẽ. Et ĩ ordine ad cõfuſam veritatẽ. ⁊c. habet verum ſm opinionem tenẽtem ꝙ determinatio non ẽ in ordine ad ſuũ determinabile. Nec econtra. Nam ſm aliam oppinionem: aliquãdo cõtingit oppoſitũ. Dicendo enim ſic. a hominis quilibet equs currit in caſu ꝙ ſortis omnes equi currãt. Et aliorũ hominũ quieſcãt. Illa ꝓpoſitio eſt falſa: deſcẽdẽdo primo ſub ly equ⁹: prout dicit lax. et aliqui alii: tenendo autẽ ꝙ illa confuſa equiualet determinate (ſicut dicunt tenentes ꝙ determinatio non eſt ĩ ordine ad ſuũ determinabile) eſt vera. Vt pꝫ intuẽti.

## ¶ Sequitur textus.

Item propoſitionum vtroq; termino participantiũ ordine econuerſo triplex eſt cõuerſio .ſ. ſimplex ꝑ accidens ⁊ ꝑ contrapoſitionẽ. Conuerſio ſimplex eſt: quando fit de ſubiecto predicatum ⁊ de predicato ſubiectum: manente eadem qualitate ⁊ quantitate: ⁊ hoc modo conuertitur vniuerſalis negatiua in ſeipſam ⁊ particularis affirmatiua in ſeipſã. Vt nullus homo eſt lapis: nullus lapis eſt homo. Quidam homo eſt animal: quodam animal eſt homo.

## ¶ Sequitur gloſa.

Pro huius textus euidẽtia in q̃ diuiſio conuerſionis tangit. Sciẽdũ ꝙ conuerſio in tota ſua cõmunitate diffinitur ſic. Conuerſio eſt ꝯña tenens de forma acceptionis terminorũ: in qua arguit ab vna propoſitione categorica ad aliã eiuſdem qualitatis: q̃ vtroq; termino participant ordine econuerſo vel ab vna ad aliã: in q̃ extrema ſunt termini contradictorii terminis alterius ordine tranſpoſito. Iſta vltima pars ponitur ad includendam conuerſionẽ per ꝯpoſitionẽ. Ly que vtroq; termino participant ordine econuerſo: ponitur ꝓpter ſimplicem. et de ꝑ accidẽs. Ly cõſequẽtia tenẽs de forma acceptionis terminorũ: ponitur loco generis. Reſiduum vero loco differẽtie. ¶ Quid autem requiratur ad ſimilem acceptionem terminorũ dictũ eſt ſupra. Tantũ hic notãdũ eſt ꝙ ſinonimitas intriſeca in iſtis conuerſionibus eſt ſinonimitas q̃ eſt inter ſubiectum vnius ⁊ predicatum alterius. Et inter predicatũ eiuſdem ⁊ ſubiectũ alterius. Vnde iſta conſequẽtia tenet de forma acceptionis terminorum. aliquis homo eſt animal: ergo aliquod animal eſt homo. Et ꝙ iſta ſinonimitas in iſta materia ſit intriſeca: patet quia remota tali ſinonimitate non remanebit conuerſio.

¶ Hoc habito diuiſio textus ſic intelligitur: propoſitionum vtroq; termino participanciũ. ⁊c. id eſt inter omnes duas propoſitiones vtroq; extremo totali ſeu ꝑ

tiali: dum tamen pars extremi in qua non participãt ſit negatio infinitãs: eſt vna trium cõuerſionum. ſ. ſimplex vel per accidẽs vel ꝑ cõtrapoſitionẽ. ¶ Ex quo infertur ꝙ ꝓpoſitiones inter quas eſt ꝯuerſio per cõtrapoſitionẽ non participãt perfecte vtroq; extremo. vt patet de iſtis. aliquis hõ nõ eſt animal: ergo aliquod nõ animal nõ eſt non homo. Ideo gloſanda eſt diffinitio Petri hiſpani vt dictum eſt.

¶ Iſta diffinitione ĩtellecta facillimũ erit diffinire q̃dlibz membrũ. Si enĩ predicte diffinitiõi: vbi dicit (eiuſdem qualitatis) addatur ⁊ quantitatis: remota particula: q̃ ponitur pro conuerſione per contrapoſitionez: habebitur diffinitio conuerſionis ſimplicis. Et ſic q̃ñ Petrus hiſpanus dicit conuerſio ſimplex eſt quando fit. ⁊c. Senſus eſt conuerſio ſimplex eſt conſequẽtia tenens de forma acceptionis terminorum: in qua arguit̃ ab vna categorica ad aliam: eiuſdem qualitatis ⁊ quãtitatis: que vtroq; termino participãt ordine ecõuerſo. Diciturq; iſta cõuerſio ſimplex: quia nulla in ea fit mutatio preter extremorum mutationem: manente eadẽ qualitate ⁊ quantitate: quod intelligitur de identitate ſpecifica. Non enim requiritur ꝙ in conuerſa ⁊ conuertente maneat eadem quantitas numero. Alia autẽ mẽbra in poſterũ diffinienda relinquo.

¶ Ad conuerſionem quancũq; requiruntur. 5. conditiones: q̃ ex diffinitione poſſunt haberi: quarum prima ẽ ꝙ conuerſio ſit conſequentia tenẽs de forma acceptionis terminorum. ¶ 2ª. ꝙ ſint due propoſitiones. ¶ 3ª. ꝙ ſint categorice. ¶ 4ª. ꝙ de totali ſubiecto fiat totale predicatum. niſi pars predicati fuerit ſignũ tale: q; ipſo effecto parte extremi vel non effecto: non variatur falſitas vel veritas propoſitionis niſi in conuerſione per contrapoſitionem. Exemplum primi hec eſt bona conuerſio ſimplex. aliquis homo eſt animal: ergo animal ẽ aliq̃s hõ. ¶ 5ª. eſt generalis. Et eſt ꝙ ſeruent̃ omnes proprietates logice que bonitatem conſequẽtie impediunt.

¶ Pro ãpliori noticia cõuerſionis ſimplicis. notãdũ ẽ ꝙ quando in diffinitione eius Petrus hiſpanus dicit ꝙ in conuerſione ſimplici debet manere eadem qualitas ⁊ quantitas ly quantitas poteſt ſumi dupliciter. Uno modo vt ſumebatur in conditionibus ad ſimilẽ formam requiſitis. Et tunc eadem eſt quantitas quando ſeruatur ſimilis ſuppoſitio ampliatio. ⁊c. Et in iſto ſenſu omnia genera propoſitionum poſſunt conuerti ſimpliciter ⁊ non tantũ duo illa de quibus loquit̃ Petrus hiſpanus. que ſunt propoſitio particularis affirmatiua ⁊ vniuerſalis negatiua ⁊ adhuc de ſimplicibꝰ extremis. Hoc patet quia iſta particularis negatiua/ homo non eſt animal conuertitur in iſtam. omne animal. b. homo non eſt. Et iſta vlis affirmatiua ois hõ eſt animal in iſtã. a. aĩal omnis hõ eſt. De aliis duobus generibus patet in textu. Ueruntamen iſtum ſenſum non pretendit Petrꝰ hiſpanus/ alias non poſuiſſet tãtum. 2º. genera hac conuerſione conuertibilia. ¶ Alio vero modo põt ſumi ly quantitas: put in quãtitatibꝰ. Et iſto modo videtur loqui. P. H. Et intelligit ſuum dictum in propoſitionibus de ſimplicibus extremis ex de modo loquẽdi conſueto ⁊ de predicatione directa ⁊ in aliis huiuſmodi. Iſto ſiquidẽ. 2º. modo iſta nõ põt conuerti ſimpliciter. ſ. nullus homo eſt ſortes ⁊ tamẽ eſt vlis negatiua. Idem dic de iſta omnis hõ animal non ẽ: ⁊ iſta omnis hõ omne aĩal eſt põt conuerti ſimplicit̃ iſto. 2º. modo. Et ſic dic de ſimilibꝰ aliis: nec propterea ſequit̃ Petrũ hiſpa. male dixiſſe. Ipſe enĩ (vt dictum eſt) loquebat̃ de propoſitionibus directis. ⁊c. Et nota ꝙ iſto etiã. 2º. modo propoſitio particularis indefinita ⁊ ſingularis quo ad quantitatem non differũt. Sed reputant̃ eiuſdem quantitatis. Et ſic hic erit conuerſio ſimplex homo eſt ſortes/ ḡ ſortes eſt homo/ quia licet ãñs ſit ꝓpoſitio ſingularis. Reputatur tamẽ particularis vel indefinita in propoſito: ⁊ hoc dicunt aliqui Petrũ hiſpanũ voluiſſe innuere quando dixit. ꝙ eadẽ eſt conuerſio particularis indeffinite ⁊ ſingularis. Sed hic ſenſus nõ habetur neceſſario ex illis verbis. Senſus enim illorũ eſt: ꝙ quacunq; conuerſione conuertitur particularis conuertit̃ ⁊ indeffinita ⁊ ſingularis q̃ ſenſus ꝙ plurimũ diſtat ab alio.

¶ Contra hec arguit̃ primo. non valet album fuit nigrum: ergo nigrũ fuit albũ ⁊ tamen eſt conuerſio ſimplex: igitur diffinitio nulla maior ꝓbat̃ q: caſu ꝙ ſortes ſolus ſit ⁊ fuerit ⁊ in iſto inſtanti preſenti ſit albꝰ ⁊ nũ ꝙ antea bene tamen fuerit niger: ãñs eſt veruz ⁊ conſequẽs falſum. Et ꝙ antecedẽs ſit verũ ꝓbo ſic. bene valet. hoc fuit nigrum: ſigneto ſorte: ⁊ hoc eſt vel fuit album: ergo albũ fuit nigrũ: falſitas autez ꝯñtis patet ex caſu maior iam probat̃: fit de ſubiecto ꝑdicatum ⁊ econtra ⁊ ſeruatur eadem qualitas ⁊ quãtitas igit̃.

¶ Ad hoc argumentũ reſpondet: conceſſa maiore negando minorẽ. Et ad probationẽ diſtinguo antecedẽs vel ꝙ fiat de ſubiecto predicatũ ⁊ econtra cũ aliis conditionibus. Et ſic nego vel ſine illis ⁊ ſic concedo. modo in hoc argumẽto non ſeruatur appellatio. in ꝑma enim preteritio importata per copulaz cadebat ſupra ly nigrum ⁊ in ſecunda ſeu in conſequẽte cadit ſupra ly albũ. Ideo ſic debet cõuerti: album fuit nigrũ. ergo nigrum quod fuit nigrum eſt vel fuit albuz. Et ſimiliter arguebatur ex parte de ly album ab amplo ad nõ amplũ affirmatiue.

¶ Sed contra conuertendo iſto modo non fit de totali predicato totale ſubiectum ⁊ econtra: igitur conuerſio eſt nulla: antecedens eſt euidens ex ſe. Et conſequentia tenet ex predictis.

¶ Ad hanc replicam dicitur ꝙ duplex eſt conuerſio. ſ. propria ⁊ impropria. Et ſi loquaris de propria: verũ eſt quod dicis ⁊ tali conuerſione predicta propoſitio non poteſt conuerti vel ſi loquaris ꝺ impropria. Et ſic dicit̃ ꝙ hoc non requiritur/ preſertim quando illud quod additur ponitur ob logicas proprietates ſeruandas.

¶ Proportionabiliter dicatur de iſta. albũ erit nigrũ: que conuertitur in iſtam. nigrum quod erit nigrum eſt vel erit album. Et iſta album eſt vel fuit nigrum. In iſtam nigrum quod eſt vel fuit nigrum eſt vel fuit album: ⁊ ſic de ſimilibus.

¶ 2º. ſic arguitur. Iſta ẽ vlis negatiua. ſ. nullus homo falſe eſt animal: ⁊ non põt conuerti ſimplr: igitur ⁊c. maior ex ſe patet: minor probatur. Si poſſet conuerti conuerteretur in iſtam. nullum animal falſe ẽ homo/ ſed hoc non igitur: maior eſt euidens ⁊ minor probat̃: quia antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſum. Et ꝙ antecedens ſit verum patet quia ſuuz contradictorium eſt falſum. ſ. aliquis homo falſe eſt animal. Sed ꝙ cõſequẽs ſit falſum patet quia eius contradictoriũ eſt verũ. ſ. aliq̃d aĩal falſe eſt hõ. Et ãñs probo: bene valet: brunellus falſe eſt hõ: ⁊ brunellus eſt aliq̃d aĩal ḡ aliq̃d aĩal falſe ẽ hõ maior ꝓbat̃ brunellꝰ nõ vere ẽ hõ: ḡ brunellus falſe ẽ hõ. prima ꝯña tenet expoſitoris. ⁊ ſecũda a ꝯuertibilibꝰ/ falſum. n. ⁊ nõ verũ ꝯuertũt̃.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

¶ Ad hoc argumentum reſpõdent quidã, concedẽdo ꝙ bene conuertat̃ ⁊ ad probationem negant ꝙ ↄ̃ñs ſit falſum. ⁊ ad probationẽ negant veritatem ſui contradictorij. Et ad ꝓbationẽ negant maiorem ſillogiſmi. Et ad ꝓbationem diſtingunt de ly non vere: quia vel illa negatio ſumit̃ infinitant̃: ⁊ ſic concedunt ꝙ cõuertatur cum ly falſe ⁊ ſicut vna eſt falſa ita ⁊ reliq̃. Itaq3 dicunt ꝙ iſta eſt falſa brunellus non vere eſt hõ: ſumpto ly non infinitant̃ vel ly non capitur negant̃. et ſic ab eis cõceditur veritas illius: negãt tamẽ ꝙ arguat̃ a cõuertibilibus. Et ſic ipſi ſoluunt argumentũ.

¶ Si vero hic querat̃ quare ly nõ vere ſumpto ly nõ infinitant̃ conuertitur cũ ly falſe ⁊ non quãdo ſumit̃ negant̃? Ad hoc dico ꝙ predicti oppinantes non dãt rationem. Credo tamẽ ꝙ ſit iſta q2 ly non q̃ñ ſumitur infinitanter aliquid ponit. vt quando dico non homo currit ly non ponit equũ leonem ⁊c. quando vero ſumitur negant̃ nil omnino ponit: ⁊ tũc ſenſus predicte ꝓpoſitionis erit iſte: nullus homo currit. Nunc ly falſe ponit aliquid poſitiuum: ad minus ſ̃m intellectum: quia verũ ⁊ falſum ſunt termini contrarij ĩmediati. vt dicit. D. angelicus p̃ma parte. q. 17ª. arti. 4º. vbi reprobat dicentes verum opponi falſo ſicut affirmatio negationi. Et ſ̃m hoc q2 brunellus nullo modo poſitiuo eſt homo: ideo negatur ab eis predicta propoſitio: ſumpto ly non infinitanter: ⁊ conceditur ſi ſumatur neganter.

¶ Sed contra hãc ſolutionẽ poſſet argui: ꝓbãdo ſem ꝑ ꝙ non bene conuertat̃ (dato ꝙ in aliquo alio bene dixerint. Et arguitur ſic. bene valet brunellũ eſſe hominẽ ẽ falſum: ergo brunellus falſe eſt homo a modali compoſita ad diuiſam: nullo errore cõmiſſo: ⁊ añs eſt verum igitur ↄ̃ñs. ꝙ antecedẽs ſit verũ patet ex ſe. Alias iſta eſſet vera brunellũ eſſe hominẽ eſt verum. Tũc vltra brunellus falſe eſt hõ ⁊ brunellus eſt aliq̃d animal: igitur. ⁊c. Et ſic reddit argumenti totũ pondꝰ ⁊ non videt̃ quod diſcrimen ipſi poſſent mihi dare inter illam ⁊ iſtam. ſortẽ currere eſt poſſibile: ergo ſortes poſſibilit̃ currit. Niſi dicat̃ ꝙ in p̃ma ↄ̃ña ẽ equocatio ex parte illius termini verum. Nam in antecedẽte ſtat pro veritate propoſitionis ⁊ in conſequẽte ꝑ veritate entis. Sed ſimiliter in ſecũda ly poſſibile dicit in antecedente poſſibilitatẽ ꝓpoſitionis ⁊ in conſequẽte ly poſſibiliter poſſibilitatem entis.

¶ Alij vero dicunt ꝙ non bene conuertitur: quia mutatur appellatio ſed ſic debet conuerti, nullus hõ falſe eſt animal: ergo nullũ animal quod falſe eſt aĩal eſt homo. Et iſta ſolutio eſt melior ⁊ debet acceptari prima reiecta.

¶ Dubitatur primo quomodo conuertet̃ iſta nullũ. a. eſt predicatum poſito ꝙ ly. a. ſemper ſit ſubiectum et nũq̃ predicatum. Reſpondet̃ ꝙ ſic: nullum predicatũ eſt. b. poſito ꝙ ly. b. ſit ſinonimũ illi termino. a.

¶ Contra: tũc capiam iſtã nullũ. a. ſ̃m ſe: nec ſecũdũ ſuum ſinonimũ eſt predicatum. Et conſimiliter ponã caſum ꝙ nec ly. a. nec aliquod ſibi ſinonimum ſit predicatũ. ¶ Ad hoc dicitur ꝙ admiſſo caſu: illa ꝓpoſitio non eſt conuertibilis. Quia caſus implicat ⁊ eſt reflexiua. Et hec vltima ſolutio videtur mihi danda primo dubio: quia ly. b. non eſt omnino ſinonimum cum ly. a. Et ſicut non bene iſta propoſitio marcus eſt currens, conuertit̃ in iſtam. currens eſt tullius. Ita nec illa in aliam: ⁊ proporcionabiliter dicatur de iſta. nullum. a. ẽ equus: poſito ꝙ ly. a. in ſubiecto ſignificet homines ⁊ in predicato equos: que in voce vel in ſcripto ⁊ in mẽte non vltimate non poteſt conuerti bene tamen ſ̃m conceptum vltimatum.

¶ Dubitatur ſecundo qualiter conuertãtur iſte due: nullus homo fuit bis pariſiꝰ: ad equitãdum requiritur equus.

¶ Ad dubium dicitur ꝙ prima cõuertitur in iſtã. nullum ens quod bis fuit pariſius eſt vel fuit homo. De ſecunda dicitur, ꝙ ſi ly equus ſit ſubiectum: ſicut in rigore eſt: cum ſit rectus explicitus reddens ſuppoſitũ verbo. Conuertitur in iſtam: ad equitandum requiſitum eſt equus. Et ſi velimus hanc vltimam cõuertere conuertetur in primam. ſ. in iſtam ad equitandu3 requiritur equꝰ. Et quando dicit magiſter bruxellñ. ꝙ quando ꝓpoſitio cõuertenda non habuerit explicite ſubiectum ⁊ predicatum. prius debet reſolui ⁊ poſtea conuerti. Non eſt intelligendum ꝙ ſemper prius tempore habeatur ſubiectum ⁊ predicatum explicite anteq̃ reſoluatur. Nam aliquando ſimul tempore reſoluitur ⁊ conuertitur. vt in propoſitionibus ĩmediate dictis patet. Sufficit ergo ꝙ reſolutio precedat natura non tempore. Et ſic non poteſt argui ꝙ contradicat ſibi ipſi.

¶ Dubitatur tertio: quo modo conuertitur iſta. Rex promitit equũ platoni. Ad dubium dicitur ꝙ ſic: promitens equũ platoni eſt rex. ¶ Sed contra prima falſa ⁊ ſecunda vera: igitur non eſt conuerſio ſimplex, Cũ debeat eſſe mutua conſequentia. cõſequens probo: poſito ꝙ rex dicat platoni ego promito tibi equũ. Tũc ſic. bene valet. Rex promitit equũ platoni: ergo equꝰ promititur a rege platoni: conſequens falſum ergo ⁊ antecedens: ꝙ bene ſequatur patet: quia arguitur ab actiua ad paſſiuam. falſitas autem conſequentis ꝓbatur per ſuam contradictoriã: que eſt iſta. nullus equꝰ promititur a rege platoni: que vera eſt. vt patet per deſcẽſum. Et ſimiliter iſta: equꝰ promititur a rege platoni per deſcenſum poteſt manifeſtari falſa: quocũq3 enim equo ſignato: iſta eſt falſa iſte equꝰ promititur a rege platoni, alias ſi daret alium equũ ab illo demonſtrato non ſatiſfaceret platoni, quod falſum eſt: quia ꝓmiſſio facta fuit in confuſe ⁊ non determinate.

¶ Ad argumentũ contra reſponſionem factum negatur: ꝙ prima ſit falſa. Et ad probationem negatur ꝙ illa ſit ſua paſſiua: ſed iſta a rege promititur equꝰ platoni in qua vnum extremũ eſt a rege promiſſum platoni.

¶ Sed contra. predicta propoſitio eſt falſa: ſicut ⁊ alia que repudiatur: igitur ſolutio nulla. antecedens probo quia ipſa eſt vna affirmatiua de ſubiecto non ſupponente: igitur: ⁊ antecedens probo: quocũq3 equo demõſtrato. Iſta eſt falſa: hoc eſt promiſſum a rege platoni vt patet ex caſu: igitur habetur propoſitũ.

¶ Ad hanc replicam dicit quida3 ꝙ difficile eſt ſubſtẽtare predictam ſolutionem. Niſi dicatur ꝙ ille actiue nullam correſpondet paſſiua: ſicut nec huic ly omnis ſignificat aliqualiter. Sed cõtra, ergo ſequitur ꝙ iſta propoſitio eſt falſa. Requiritur ad equitandum equꝰ: quod eſt contra omnes logicos: ⁊ conſequentia ꝓbatur: quia vnum extremum eſt totum hoc requiſitum ad equitandum: quod aggregatum de nullo equo poteſt verificari. Et per conſequens nõ ſupponit igit̃. ⁊c.

¶ Propt̃ hanc igit̃ replicã ⁊ p̃cipue q2 teneo nullam poſſe dari actiuã cui: ꝓprietatibus logicis ſeruatis: nõ poſſit correſpõdere paſſiua, dicit̃ ꝙ illa paſſiua ẽ bene aſſignata. ſ. a rege ꝓmitit̃ equꝰ platoni. Et ad argu

mētū cōtra hoc: negatur ꝙ ly a rege pmiſſum platoni nō ſupponat. Et ad pbationē: qñ dicis ꝙ illud totū aggregatū de nullo eſt verificabile. Diſtinguo: vel ad ſēſum: ⁊ ſic concedo: vel ad intellectū ⁊ ſic nego. Nullus enī equꝰ particularis debet ſignari ſed ſpecies equina fundamētaliter: prout abſtrait ab vnitate formali ⁊ a particularitate q̄ eſt modꝰ diſtinctꝰ ab illis duobꝰ. ſ. a natura cōſiderata in particulari ⁊ ab ipſa conſiderata cū ſuo formali: pro q̄ vide. D. S. in opuſculo .3°. de ente ⁊ eſſentia. Et hoc dico qꝛ pmiſſio non cadit ſupra formale ſpeciei: nec ſupra aggregatū ex formali ⁊ mālī. ſed ſupra fundamentū ſpeciei qđ reperitur in q̄libet eq̄ ſingulari. ⁊ pterea implet pmiſſū quēuis equū dādo.

¶ Alii dicūt ꝙ in pdicto caſu iſta ē vera. ſ. equꝰ pmiſſus a rege platoni. Et ſic iſta quēlibet equū rex pmittit platoni. Nec tñ neceſſe ē ꝙ quēlibet equū det ad implendū pmiſſa: ſed ſufficit ꝙ det vnū: qꝛ pmiſſio fuit facta ſub illo termino equꝰ ſine reſtrictione aliq̄. Et vtrūqꝫ eſt ſubſtētabile. Iſta tñ eſſet falſa. Rex pmittit oēm equū platoni ppter appellationē. Dixi ꝙ ſemp actiue rñdet paſſiua: pprietatibus logicis ſuatis: qꝛ ſi non ſeruent nō oportet: īmo aliqñ non pñt ſeruari vt patet hic quēlibꝫ equū hō nō videt: ḡ oīs equꝰ ab hoīe non videt: que conſequentia nulla eſt vt dictuꝫ fuit in contradictoriis.

¶ De illa vero ly oīs ſignificat aliq̄d'r dicit ꝙ hēt iſtā paſſiuā. ſignificat aliq̄d'r p ly oīs: ⁊ argumētū qđ ipſi faciūt ad pbandū ꝙ iſta ppoſitio eſt falſa: qꝛ de nullo ē verū dicere. hoc ē ſignificatū aliq̄d'r p ly oīs: pōt fieri ꝯ illos de pdicato iſtiꝰ ly oīs ē ſignificans aliq̄d'r: vbi ly aliq̄d'r ſupplet vicē noīs ⁊ nō eſt determinatio copule. Nā nō ē ſenſus ꝙ ly oīs aliq̄ modo ſignificet ⁊ nō ſimpliciter. ſed ſenſus ē ꝙ ly oīs ſignificat quādā diſpoſitionē ſubiecti vel predicati. Tunc quero ab eis p q̄ ſupponit ly aliq̄d'r quod eſt pars predicati? Nā in illa propoſitione totale pdicatū eſt ſignificās aliq̄d'r. ſi dixerint ꝙ pro nullo: ergo eſt falſa. qđ eſt cōtra omnes: ſi p aliq̄ pro illo eodem ſupponit ſubiectum illiꝰ paſſiue date.

¶ Alii dicerent ꝙ tales ppoſitiones non debēt cognoſci quo ad veritatē vel falſitatem p ſuppoſitionē extremoꝝ: ſed melius eſt dicere vt dictū eſt.

¶ Et ſi aliquis inſurgat cōtra hoc dictuꝫ ꝙ oīs actiua habet paſſiuā dicens illud eſſe contra. S. Tho. 4°. ſē. diſ. 38. q. 1ª. ar. 3°. q̄ſtiuncula pª ad. 1m. vbi dicit ꝙ nō oīs actiua conuertit in paſſiuam: niſi grāmatice loquēdo. vnde ſm. D. S. Iſta conſequētia nō eſt neceſſaria. ſ. petrus ſcādalizat ioānem: ergo ioānes ſcandalizatur a petro. Nam poſito ꝙ petrus furetur coram ioanne iuſto vt ⁊ ipſe furet: ⁊ petrus nō conſentiat: nec inclinetur ad furandum. antecedens eſt verum ⁊ conſequēs falſum: vt habet ex. D. S. vbi ſupra.

¶ Ad hoc reſpondet ꝙ illud dictum. D. S. eſt veriſſimū eo modo q̄. S. Tho. itellexit. Et ſm ꝙ illis terminis vtuntur theologi ⁊ ratio quare illa conſequentia non valet ſm theologos eſt qꝛ cōmittitur equiuocatio quia ab eis ſumitur iſte terminus ſcandalizare p eo quod eſt prebere occaſionē ruine ⁊ iſte terminus ſcandalizari p eo quod eſt acceptare occaſionem peccati ⁊ peccare. Et ſic ſicut non valet iſta conſequētia petrꝰ prebet occaſionem ruine ioāni ergo acceptat ioannes illam ⁊ peccat. Ita nec cōſequētia predicta ⁊ ī iſto ſenſu currit probatio. D. S. in. 4°.

¶ Si vero ſenſus iſtius propoſitionis ioānes ſcandalizatur eſſet iſte. ioāni prebet occaſio ruine: clarum eſt ꝙ ſequit. Et tunc eſt vniuocatio inter illaꝫ actiuam et paſſiuam. vt patet: nam tūc illa pña. ſ. petrus ſcandalizat ⁊c. eſſet iſte petrus prebet occaſionē ruine ioanni: ergo prebetur ioāni occaſio ruine a petro. Et ſicut iſta eſt bona: ita ⁊ illa. Et ſic patet dictū angelici. D. eſſe veriſſimū: ⁊ noſtro nō aduerſari: nec mirū q̄niam oīne verum vero cōſonat. Dubitatur. 4. qualiter cōuertit iſta. In domo platonis eſt ⁊ fuit ſortes. Ad hoc dicitur ꝙ conuertitur in iſtā/ ſortes qui eſt ⁊ fuit ſortes/ ī domo platonis eſt vel fuit: ⁊ nō conuertit in iſtam: ſortes qui eſt ⁊ fuit ſortes eſt vel fuit in domo platonis. Nā caſu ꝙ ſortes fuerit in. a. domo q̄ fuit platonis. Non tamē pro tempore quo fuit platonis. antecedēs eſt verum ⁊ conſequens falſum. ⁊ ratio eſt: quia mutatur acceptio non vnica in vnicam. Ac per conſequens appellatio.

¶ Dubitat. 5°. de iſtis cōtra nullū hominē eſt arguēdū nullo homine currēte eq̄ currit. Nullus hō eſt hō qui currit. Lapis eſt in muro/ Tedet aīam meā vite mee. Aliquod aīal eſt coloratuꝫ: illo ſigno particularizante in complete/ petrus ⁊ equꝰ eſt animal.

¶ Ad dubiū reſpondet ꝙ prima cōuertitur in iſtā nullum enē cōtra hoīem arguendū. 2ª. in iſtā currētia dū nullus hō currit: ſunt equi: ſi illud ſignū nullus nō cadat in ly equi: nec in ly currunt: ſi autē cadat conuertetur in iſtā. Nulla currētia dū homo currit ſunt equi ſumpta illa propoſitione in ſenſu categorico. 3ª. ī iſtā. Nullus hō qui non currit ē homo. 4ª. in iſtā. Exiſtēs in muro ē lapis. 5ª. in iſtā. Habēne tediū vite mee eſt anima mea. nā antecedēs facit iſtū ſenſum. aīam mea eſt hñs tediū vite mee. 6ª. in iſtā. a. aīal petrus ⁊ equꝰ ē. 7ª. in iſtā. a. coloratū aliquod animal ē. De multis aliis ſi poſſent formari dubitationes: ſed explicatis extremis: ſi ſint implicita: ſeruatis ſeruandis faciliter poterunt conuerti.

## ¶ Sequitur textus.

Conuerſio p accidens eſt facere de ſubiecto predicatum ⁊ de predicato ſubiectū: manente eadem qualitate: ſed mutata quantitate. Et hoc modo conuertit ppoſitio affirmatiua in particularē affirmatiuā. Et vlis negatiua in particularem negatiuam. Ut omnis homo eſt animal: ergo quodā animal eſt homo. Nullus homo eſt lapis: ergo quidam lapis non eſt homo.

## ¶ Sequitur gloſa.

¶ Pro huius difficultatis ſolutione aduertendũ eſt primo ꝙ propoſitio aliqua põt dici neceſſaria dupliciter. Uno modo ex habitudine terminorũ: ⁊ iſta vocatur neceſſitas abſoluta proprie: ⁊ ſic iſta eſt neceſſaria/ hõ eſt animal. Alio modo dicitur ꝓpoſitio neceſſaria ex ſuppoſitione vel conditione: ⁊ hoc dupliciter. Uno modo quando omnis ſuppoſitio vel cõditio: q̃ ad eius veritatem requirit iam eſt expleta vel poſita in eſſe. Sicut patet in hac ꝓpoſitione/ abel fuit/ ad cuius veritatem requirit deũ voluiſſe eum eſſe preteritũ: ⁊ parentes eius eum genuiſſe ⁊ omnia hec iã non poſſunt nõ eſſe. Alio modo poteſt dici ꝓpoſitio neceſſaria nõ ꝓprie Et hoc accidit: quãdo ad eius veritatẽ requirunt plura: quorũ aliqua poſita ſunt in eſſe ⁊ aliqua nõ. ſicut eſt iſta/ ſortes ſaluabit. Et ſit caſus ꝙ ſortes non ſit in mũdo ⁊ ſit predeſtinatus. Tunc ad verificandã illã ꝓpoſitionẽ vel ponẽdã in eſſe: duo requirunt. ſ. predeſtinatio diuina ⁊ bonũ opus ipſius ſortis. Quorũ vnũ iam poſitum eſt ⁊ aliud nõ. Et talis ꝓpoſitio põt dici neceſſaria ſcḋm quid vel reſpectiue. Hoc eſt ſi referat ad ſcienciã diuinam. Eſt tamẽ contigẽs abſolute. Iſtis habitis: dr ꝙ. D. S. dicit illud antecedẽs eſſe neceſſariũ abſolute primo modo ſub diuiſione ⁊ non ſicut iſta deus ſcit ſe ipſum ⁊ vult ſeipſum ⁊ cõſimiles: conſequens vero dr contingẽs ex terminorũ habitudine ⁊ ex ſuppoſitione aliqua vel conditione mere contingẽter ponẽda q̃lis eſt generatio actiua ſuorum parentũ.

¶ Aduertendũ preterea ꝙ quando pħs ⁊ omnes logici dicũt ꝙ ex neceſſario non ſequitur contingẽs intelligit ex neceſſario ⁊ contingẽti ex habitudine terminorũ. Ex neceſſario autem quãuis alio quale eſt antecedẽs ſepe dictũ bene põt ſequi contingẽs etiã abſolute. Preſertim quando in tali antecedente includitur aliquid quod ad veritatẽ conſequẽtis requirit. Et hoc inſinuauit. D. S. loco vbi ſupra.

¶ Ad argumentũ autẽ reſpõdet in forma: conceſſa maiore: negando minorẽ. Et ad probationẽ diſtinguo/ ꝙ antecedẽs ſit abſolute neceſſarium: quia vel intelligis ex habitudine terminorũ: ⁊ ſic nego: vel ex ſuppoſitiõe infallibili ⁊ imobili ⁊ ſic concedo ⁊ quãdo infers: ergo ſemꝑ verũ diſtinguo/ ſi ſenſus ſit/ ꝙ eſt/ fuit/ et erit verum concedo/ ſi autẽ intelligas illud non potuiſſe eſſe falſum/ nego. quia ſi deus ab eterno determinaſſet ſe nõ producturũ petrũ/ antecedens illud eſſet falſum: et perinde nunꝙ dabitur conſequẽs falſum antecedẽte exiſte vero. Et ſi inferas hanc ſolutionẽ aduerſari ſolutioni

D. S. et ego. Tum q2 D. S. loquebat potius theologice ꝙ logice. Tum quia ſumebat ly neceſſariũ vt expoſitum eſt: ⁊ quia vt ſic/ videbat maiorẽ neceſſitatem in antecedente ꝙ in conſequẽte: volens vtriuſ ostẽdere: ſub aliquo ſenſu equã neceſſitatẽ dixit: conſequens ſumendũ eſſe, put includitur in ãtecedẽte/ hoc eſt relatum ad ſciẽtiam diuinã: ⁊ ſic pꝫ ſolutio argumenti et S. D. ſenſus ⁊ intentio.

¶ Nunc reſtat aſſignare modũ quo conditionales opponant. Unde dico pmo ꝙ conditionali duplex põt aſſignari contradictoria. Primo ⁊ ppriſſime preponẽdo illi negationẽ negantẽ: ⁊ ſic contradictoria iſtiꝰ/ Si homo currit/ animal currit: erit hec, nõ ſi homo currit animal currit. 2º modo põt dari per vnam aduerſatiuam cõpoſitam ex antecedẽte conditionalis ⁊ oppoſito conſequẽtis. vt ex ſupradictis patet.

¶ Dico. 2º. ꝙ omnes ppoſitiones cõditionales: quarũ vna eſt affirmatiua ⁊ alia negatiua quarũ antecedentia ſunt cõtraria erunt ſubcõtrarie: ſi vero antecedentia ſunt ſubcontraria erũt cõtrarie: ⁊ ſi contradictoria contradictorie: ⁊ ſi impertinẽtia impertinẽtes. Exemplũ primi. Si omnis homo currit: homo mouet. Non ſi homo currit homo mouet. Exemplũ ſecũdi. Si hõ eſt/ animal eſt/ Nõ ſi homo eſt aĩal eſt. Exemplũ tertij poſitum eſt. Exẽplũ quarti. Si homo eſt currẽs/ homo mouet. Non ſi homo omne currẽs eſt homo mouet.

¶ Sed contra hoc argui ſic: in primo exẽplo: antecedentia non ſunt contraria: nec in ſecũdo ſubcõtraria: nec in tertio cõtradictoria: igit nihil dictũ eſt. antecedens patet: quia añs prime condictionalis eſt ly omnis homo currit: ⁊ añs ſecũde eſt ly homo currit. Modo iſta antecedẽtia ſunt ſubalterna ⁊ nõ contraria: igit ⁊c. Et pportionabiliter dicatur de aliis. Maior pbatur q2 vt ex ſupradictis patet/ negatio in conditionali nõ negat niſi illationem: igitur non cadit ſupra alios terminos: igitur videtur ppoſitum.

¶ Ad hoc argumentũ dicit ꝙ de rigore verum concludit. Tamẽ regule iſte intelligunt imaginãdo ꝙ negationes cadant ſupra terminos categoricarum: ⁊ ſic põt intelligi conditionaliter: ſic. ſ. omnes conditionales quarũ vna eſt affirmatiua ⁊ alia negatiua quarũ antecedẽtia eſſent contraria: ſi negatio caderet ſupra terminos categoricarũ: ſunt ſubcontrarie: ⁊ ſi antecedentia eſſent ſubcõtrarie erũt ꝯtrarie: ⁊ ſi ꝯdictoria ꝯtradictorie ⁊c.

¶ Uiſo iam de ly ſi illatiue tento: reſtat de ly ſi: pmiſſiue ſumpto videre/ Pro quo notandũ eſt ꝙ ad veritatem ppoſitionis in qua ly ſi tenet pmiſſiue non reqrit ꝙ antecedẽs ſit verũ: nec conſequẽs: ſed ꝙ ſi ponat antecedẽs ponatur conſequẽs: vt ad veritatem huius ſi veneris ad me: dabo tibi equũ: non reqrit/ ꝙ tu venias ad me: nec ꝙ ego dẽ tibi equũ/ ſed/ ꝙ dato hoc/ ꝙ venias/ dẽ tibi equũ. Et ad eius falſitatem ſufficit oppoſitum. ſ. ꝙ dato ꝙ ponatur antecedẽs: non ponatur conſequẽs/ vnde ſi tu veniẽs ad me nõ receperis equũ predicta ppoſitio eſt falſa. ⁊ hoc dico de affirmatiua: q2 de negatiua dicendum eſt oppoſitum.

¶ Et notandũ/ ꝙ antecedens ⁊ conſequẽs in predicta conditionali non ſumunt pprie: cũ talis conditionalis non ſit cõſequẽtia: ſed dicitur ibi eſſe antecedens ⁊ conſequẽs p ſimilitudinẽ: q2 eodẽ modo diſponuntur ipſe orationes ſicut in conſequentia.

¶ Notabis ꝑterea/ ꝙ in cõditionali pmiſſiua nõ oportet ꝙ omnis vera ſit neceſſaria ⁊ omnis falſa impoſſibilis: ſicut in illatiuis/ ſed aliqua eſt neceſſaria: ſicut iſta/ ſi veneris ad me: dabo tibi equũ vel non dabo tibi equũ. Et aliq̃ impoſſibilis/ vt iſta: ſi venẽris ad me: eris equꝰ vel chimera: alia contingens: vt ſi ambulaueris viam: ceſpitabis.

¶ Sciendũ vlterius/ duplicẽ eſſe pmiſſionẽ quedam enim eſt abſoluta vł ſine aliqua cõditione. vt ſi dicam ſorti, pmitto tibi me lecturũ cras. Et tunc ad implendũ promiſſum oportet ꝙ promittẽs ſciat ita eſſe ſicut p ppoſitionem vel dictũ quod immediate ſequitur ly ſi ſignificat. Et ſic ad implendum dictũ pmiſſum ſufficit ꝙ ego legam cras.

¶ Alia eſt pmiſſio conditionata: vt hic: ſi ſortes docuerit me dialecticã: dabo ei non paruam ſummã pecunie. Et tunc: impleta conditione: tenetur implere pmiſſũ alias non.

¶ Sciendũ tamẽ/ ꝙ cõditio põt eſſe in triplici differẽtia, put habet a. S. T. in. 4. d. quedã enim eſt neceſſaria ⁊ quedã contingẽs. Alia vero eſt impoſſibilis. Si eſt neceſſaria/ habetur pro non adiecta/ hoc eſt: ita obligat ſicut ſi nõ apponeretur: vt hic/ ſi homo eſt animal: dabo tibi equum. Si eſt impoſſibilis: nulla eſt obligatio. vt hic: ſi homo eſt equus: dabo tibi librum/ Si vero fuerit contingens: ſtante conditione ſtat obligatio ⁊ non ſtãte non ſtat. vt ſi docueris me grãmaticã: docebo te logicã. Et intelligit hec de cõditione ad cuius poſitionẽ non ſequitur nõ eſſe obligatum vel aliquid huiuſmodi/ vt patet in iſta cõditionali/ dimittã te tranſire pontẽ: ſi primũ verbum qđ ꝓtuleris fuerit verum quã dicat ſortes platoni. Plato autẽ dicat hoc ꝑ ſe. ſ. dico tibi ꝙ mittes me in flumẽ. Et conſimiliter dicendũ eſt in caſu illo cõmuni de duobus ſeruis ciceronis quorũ vni dixit cicero/ exi a domo ⁊ ſi primus qui tibi obuius fuerit/ fuerit ſeruꝰ eris liber: ⁊ ſi liber/ eris ſeruus. Et alteri dicat econtra ſi primus qui tibi fuerit obuius fuerit liber: eris liber ⁊ tu: ⁊ ſi ſeruus: eris ſeruus ⁊ ſic de ſimilibus dicendum eſt.

¶ Conditionalis 3º modo ſumpta aliquotiẽs inſequit proprietates pmiſſiue/ aliquotiẽs illatiue: ſed differenter/ q2 talis conditionalis non dicit illationem ſimpĺr ſed vt nũc: ⁊ ideo ex dictis poteſt elici quid ad eius veritatem ⁊ falſitatem requiratur.

¶ Habitis ⁊ viſis duobus primis punctis: ad tertium (vbi de conditionatis agendũ eſt) accedẽdo: datur diffinitio ſic/ conditionatũ eſt terminus cõplexꝰ vbi coniungunt plures termini non propoſitionales per ly ſi: mediante copula verbali. Ut hoc totũ/ ſortes ſi eſt ſortes. Dicit termini nõ ppoſitionales: quia in conditionali vniunt termini ppoſitionales cũ ppoſitio ſit terminus complexus/ relique particule liquẽt.

¶ Pro quo notandũ/ ꝙ quãdo conditionatũ ponitur in ppoſitione aliqua/ in tali propoſitione ſunt tres termini: quorũ vnus vocatur extraneus: ſeu concurrens ⁊ eſt ille qui eſt extra conditionatũ poſitus in alio extremo. Alius eſt terminus inferẽs ⁊ eſt ille qui immediate ſequitur ly ſi. Alius illatus/ ⁊ eſt ille qui precedit ly ſi. Exempla horum/ animal ſi eſt homo eſt currens/ ly currẽs eſt terminꝰ extraneꝰ: ſeu cõcurrẽs. ly homo eſt inferens: ⁊ ly animal eſt illatꝰ. Et quãdo fuerit duo conditionata: tunc vtrũ illorũ reſpectu alterius erit terminus extraneus vt hic/ ſortes ſi eſt ſortes eſt chimera ſi eſt chimera.

¶ Notãdũ ꝑterea ꝙ q̃druplex ẽ ꝯditionatorũ ordo pꝰmus eſt/ quando cõditionatũ componit ex terminis conuertibilibꝰ vel ſinonomis. Et tunc tale conditionatũ ſi in illo nulla ponatur negatio eſt tranſcendens ⁊ vltra trãſcẽdẽs vt plato ſi eſt plato: ⁊ dicit trãſcẽdẽs.

quia de qualibet re q̄ eſt valet verificari. Et dicitur vltra trāſcendēs qꝛ de qualibet re: etiā q̄ non eſt cum copula de preſenti nō modificata: pōt verificari: ⁊ ſic iſta eſt vera/ chimera eſt plato ſi eſt plato ⁊ nō iſta chimera eſt ens: dixi vbi nulla ponitur negatio qꝛ alias non oportet/ ⁊ intelligo de negatione preciſe incluſa inter partes conditionati ⁊ non ꝺ alia. Ut patet hic ſortes ſi non eſt ſortes.

¶ Secundus eſt qn̄ conditionatū cōponit̄ ex termino ſupiori ⁊ inferiori. Qđ dupliciter cōtigere pōt. vno modo ſic/ ꝙ terminus inferior ſit inferens ⁊ ſuperior illatus: ⁊ tunc ſilr tale conditionatū eſt tranſcendēs ⁊ vltra tranſcendēs. ¶ Alio modo ſic ꝙ terminus ſuperior ſit inferēs ⁊ inferior illatus. Et tunc aut terminus inferēs pōt pro aliquo ſupponere vel non: ſi non tunc tale cōditionatū eſt tranſcendēs ⁊ vltra. Ut hic hec chimera ſi eſt chimera.

¶ Si vero ſuperior pōt pro aliquo ſupponere: tūc vel ſuperius ⁊ inferiꝰ ſunt termini cōnotatiui: aut abſoluti/ ſi abſoluti/ tunc tale cōditionatū ſupponit ꝓ omni illo: ꝓ quo pōt ſupponere inferius: ⁊ pro omni illo: pro q̄ nō pōt ſupponere ſuperius/ vt hō ſi eſt aīal: quod pōt ſupponere pro omni homine: ⁊ pro omni illo quod nō poteſt eſſe animal.

¶ Uel ſuperiꝰ ⁊ inferius ſunt cōnotatiui ⁊ hoc duplr: quia vel ſunt termini cōnotatiui eſſentialiter vel accidentaliter: ſi primū tunc idē eſt iudiciū: ſicut de terminis abſolutis vt rōnale ſi ē ſenſibile. Et hic voco tminū cōnotatiuum eſſentialiter illū: cuius ſignificatū formale eſt de eſſentia: ſeu fluit ab eſſentia cōnotati. ⁊ hoc dico: qꝛ ly rōnale formaliter ſignificat ratione: ⁊ cōnotat ſubiectū: ſicut ly album/ formaliter importat albedine ⁊ de cōnotato ſubiectum: prout dicit. S. Th. 5. methaphiſice. lectio. 7. § 3. Et pꝫ 3 in predicamēto ſubſtātie licet nominales ⁊ auicenna dicāt oppoſitū/ terminus cōnotatiuus accidētalr oppoſito modo diffiniatur.

¶ Si vero fuerint cōnotatiui accidentalr: tunc tale cōdictionatū ſupponit pro omni illo: pro quo nō pōt ſupponere ſuperius. Ut hoc albū ſi eſt albū ſupponit pro omni illo ꝙ non poteſt eſſe album.

¶ Tertius ordo eſt/ qn̄ cōditionatū componit̄ ex terminis imptinentibꝰ. Ut albū ſi eſt currens: ⁊ tunc tale conditionatum ſupponit pro omni illo: pro quo nō poteſt ſupponere terminꝰ inferēs. Ut dicendo/ lac eſt album ſi eſt dulce totū aggregatū ſupponit pro omni illo quod non poteſt eſſe dulce.

¶ Quartꝰ ordo eſt/ qn̄ conditionatū componit̄ ex terminis diſparatis: ⁊ tunc tale conditionatū ſupponit ſimiliter ꝓ omni illo: quod non pōt eſſe illud: qđ ſignificat terminꝰ inferēs. vt hic/ homo ſi eſt equꝰ eſt currēs vbi conditionatū ſupponit: pro omni illo qđ non poteſt eſſe equꝰ. Et intelligo regulas iſtas tenendo (ſicut cōmuniter tenet) quod ad impoſſibile ſequit̄ quodlibet ⁊ ꝙ neceſſariū ſequit̄ ad quolibet. Alias non oportet illas habere veritatē. vt patet intelligenti.

¶ Si autē iſtarū regularū oblitus fueris: poteris cognoſcere/ an conditionatū ſupponat vel non ⁊ an ſupponat pro illa re vel pro iſta: ſicut cognoſcitur in aliis terminis. ſ. predicando illud de pronomine demōſtratiuo: ⁊ ſi ꝓpoſitio illa in qua predicatur fuerit vera: tale conditionatū ſupponit ꝓ illa re: q̄ per pronomē demonſtrat̄: ſin autē/ non ſupponet. Cognoſces vero/ an talis ꝓpoſitio ſit vera vel falſa per reductionē ad conditionalē. Reduces autē iſto modo. ſ. ꝙ terminus extraneus erit ſubiectū ⁊ terminꝰ inferens predicatum in categorica q̄ debet eſſe ꝯñs conditionalis. Et idē terminus extraneus erit ſimiliter ſubiectū ⁊ terminꝰ illatus predicatū in conſequēte conditionalis. Exēplum lignū eſt homo ſi eſt aīal. volo videre an cōditionatū ſupponat pro ligno. Tunc dico ſic/ hoc eſt hō ſi eſt aīal q̄ vera eſt ligno demonſtrato. Et p ꝯñs illud conditionatū ſupponit ꝓ ligno: ⁊ ꝙ illa ſit vera patet/ qꝛ reducitur ad iſtā conditionalē verā. ſ. ſi hoc eſt aīal hoc ē hō.

¶ Iſtis habitis ⁊ prenotatis. reſtat aſſignare modum quo veritas vel falſitas ꝓpoſitionum de conditionato extremo cognoſcatur. pro quo ſciendū eſt ꝙ circa hoc tot fuere ſentētie quot capita.

¶ Quidā enim dicebāt ꝙ ad veritatē ꝓpoſitionis de conditionato extremo ſolū requirit̄/ ꝙ poſſit reduci ad vnam conditionalē verā. Et ſic iſta categorica ē vera/ lapis eſt aīal ſi eſt homo/ quia iſta eſt vera/ ſi lapis eſt homo/ lapis eſt animal.

¶ Alij dixerunt ꝙ non requirit̄ ſolum quod dictū eſt. Sed vltra erat neceſſariū/ ꝙ ſubiectū ⁊ predicatum ſupponant pro eodem.

¶ Alij dixerunt idē cum iſtis ſecunde opinionis. Addunt tamē/ ꝙ ad hoc ꝙ conditionatū ſupponat ꝓ aliq̄ re non ſolum ſufficit/ ꝙ verificetur de pronomine demonſtrāte: ſed vltra hoc requirit̄/ ꝙ talis res ſit in rerū natura in differentia tēporū importata ꝑ copulam. Et ſic aſſerūt iſtud conditionatū ſortes ſi eſt ſortes nō poſſe ſupponere pro chimera in hac ꝓpoſitione chimera eſt ſortes ſi ē ſortes. qꝛ dato ꝙ chimera demoſtrata ad intellectū: ſeu imaginationē/ iſta ſit vera/ hoc ē ſortes ſi eſt ſortes. Tamē qꝛ chimera non eſt in rerum nā ideo illud conditionatū non ſupponit pro illa.

¶ Uerū iſtis ⁊ q̄ plurimis aliis modis dicendi pretermiſſis ponam qđ mihi pro nunc rōnabilius apparet.

¶ Pro quo ſciendū/ ꝙ ly ſi qn̄ coniungit inter terminos poteſt ſūmi duplr. Uno modo diuiſiue. alio modo complexiue. Si ſumat̄ diuiſiue. tunc veritas ꝓpoſitionis in qua ponit̄ menſurāda eſt ꝑ conditionalem ad quam reducit̄. Et hoc ſolū ſufficit ad eius veritatem. Et ſic iſta eſt vera/ hec chimera eſt animal/ ſi eſt homo quia reducitur ad hanc/ ſi hec chimera eſt homo: hec chimera eſt animal.

¶ Si vero ly ſi ſumat̄ complexiue. tunc requiruntur tria ad hoc ꝙ ꝓpoſitio in q̄ ponitur ſit vera: Primū eſt ꝙ conditionalis ad quā reducit ſit vera. 2m. ꝙ extrema ſupponāt. 3m. ꝙ exiſtāt in illa differētia temporis q̄ per copulā principalē importat̄. Et ſic iſta ꝓpoſitio plato fuit equꝰ ſi eſt equꝰ ē falſa: ſi plato in tēpore preterito non fuerit.

¶ Ad hoc vero ꝙ conditionatū ſupponat pro aliq̄ re ſufficit illud quod dictū ē ante illas oppiniones. Nam dicere ꝙ vltra illud requirit̄/ ꝙ res exiſtat: videt̄ non habere rationē. dato ꝙ demonſtratio non poſſit afferri contra alios modos dicendi.

¶ Quidā ſubdiuidūt ly ſi ſumptū complexiue/ dicunt enim ipm poſſe ſūmi vnice ⁊ non vnice. Et ſumit̄ nō vnice (vt dicunt) quādo licet primo deſcēdere ſub aliq̄ parte q̄ ſub toto/ vt hic omne aīal ſi eſt ſortes eſt ſubſtantia/ deſcendit̄ ſic/ g hoc animal ſi ē ſortes ē ſubſtātia ⁊ hoc aīal ſi ē ſortes ē ſubſtātia. Unice vero ſumit̄/ qn̄ licet imediate deſcendere ſub toto: non facto deſcēſu ſub partibus/ ſed iſta notificatio ē a poſteriori hoc ē per effectū. vt patet intelligēti diffinitionē acceptiōis vnice ⁊ non vnice ſupra poſitas ante oppoſitiones.

¶ Aliqui non ꝑmitterent deſcēſum ſub aliquo termino conditionati: qꝛ virtualiter deſcenderet̄ ſub aliquo

ſet mino in ordine ad totã conditionalẽ/ Sed hoc nõ
videtur cogere: qꝛ q̃n conditionatũ ſumit complexi=
ue non debet eius veritas vel falſitas totaliter menſu
rari per conditionalẽ: ſed etiã per ſuppoſitionẽ extre=
morum: ⁊ ſic poteſt ſubſtẽtari ꝙ liceat deſcendere.

¶ Notabis preterea ꝙ ad hoc ꝙ categorica de conditio
nato extremo reducat̃ ad conditionalẽ debet primo vi
deri/ an conditionatũ reſtringatur ſeu ſingularizetur
per ꝓnomen demonſtratiuũ. Nam tũc non debet re=
duci ad conditionalẽ. vt patet hic/ brunell⁹ eſt hoc ſor
tes ſi eſt ſortes: vbi ly hoc ſingularizat totũ cõditiona
tum/ ſed eius veritas ꝑ extremorũ ſuppoſitionẽ men=
ſuranda venit:

¶ Si vero termin⁹ extrane⁹ ſuppoſuerit determinate
vel diſtributiue/ primo deſcendẽdũ eſt ſub eo ⁊ poſtea
deſcendẽtes poſſit reduci ad conditionales. Si vero ter
minus extrane⁹ fuerit termin⁹ cõnotatiuus debet tol
li cõnotatio ⁊ demonſtrari illud ꝓ quo talis termin⁹
ſupponebat. vt hic/ albũ eſt animal ſi eſt hõ debeo di=
cere/ hoc ẽ animal ſi eſt hõ/ ꝑ ly hoc demõſtrando ſor=
tem: ſi ly albũ pro ſorte verificabat̃.

¶ Si vero totale conditionatũ diſtribuat̃: iam ſumit̃
vnice ⁊ ꝑ ꝯñs deſcendendũ eſt ſub toto conditionato.
Et facto deſcenſu: tale conditionatũ ſupponit diſcrete
in qualibet deſcendẽte. Et per conſequẽs non valet re
duci ad conditionalẽ: vt dictum eſt.

¶ Contra predicta arguit̃. ſi verũ eſſet qđ dictũ eſt ſeq̃
ret̃ hanc eſſe verã. ſ. chimera eſt ſortes/ ſi eſt ſortes/ cõ
ſequẽs eſt falſum/ igit̃ ⁊ antecedẽs/ ꝯña patet: qꝛ con=
ditionalis ad quã reducit̃ eſt vera/ Sed minor ꝓbat̃
ſic/ ſubiectũ non ſupponit ⁊ eſt affirmatiua/ igitur eſt
falſa. Si dicas ꝙ eſt vna inſtãtia contra regulam q̃n
ꝓpoſitio ẽ de conditionato extremo.

¶ Contra bene ſequit̃/ chimera ẽ ſoꝛ. ſi eſt ſoꝛ. ergo ſoꝛ. ſi
eſt ſoꝛ. eſt chimera/ ꝯñs eſt falſum ergo ⁊ añs falſitas aũt
cõſequẽtis patet ꝑ ſenſum quẽ facit qui eſt iſte/ de aliq̃
de quo dicit̃ ꝙ ẽ ſortes ſi ẽ ſortes: eſt verũ dicere ꝙ eſt
chimera.

¶ Preterea ſub toto illo conditionato ſupponente de
terminate nulla dat̃ ſingłaris vera igit̃ illa eſt falſa/
Si dicas ꝙ pro chimera verificatur contra/ bene ſeq̃t̃
hoc ſortes ſi eſt ſortes ẽ chimera: ⁊ hoc ſortes ſi ẽ ſortes
eſt chimera/ ergo chimera eſt chimera (non abſoluendo
ly ẽ a tempore in conſequẽte ſicut in antecedẽte non
abſoluitur) tũc ꝯñs eſt falſum/ ergo aliqua premiſſarum:
ſed ambe ſunt ſinonome: ergo quelibet eſt falſa et ſic
habet̃ ꝓpoſitũ ⁊ ſumo ſemꝑ ĩ argumẽto ly ſi cõplexiue.

¶ Pro huius argumẽti ſolutione eſt notandũ/ ꝙ diffi
cultas ẽ an conditionata ampliẽt omnes terminos tã
ſequẽtes ꝙ precedẽtes. Aliqui eñ dicũt ꝙ ſic ⁊ ꝙ am
pliant predictos terminos ad .5. differẽtias tẽporum.

¶ Alij dicunt/ ꝙ nullo modo ampliant de ſe: ſed oẽs
termini in categorica de conditionato extremo ſtant
ſecundũ exigentiã copule.

¶ Alij dicũt ꝙ nõ ampliãt: ſed bene hñt ampliũ modũ
ſignificandi/ habere vero aliquẽ terminũ ampliũ mo=
dũ ſignificandi nil aliud eſt/ ꝙ poſſe verificari de re q̃
non ẽ mediãte copula ſimplici de preſenti. Et ſm̃ iſtos
conditionata hñt tam ampliũ modũ ſignificandi: vt fa
ciãt terminos non ſolũ ſupponere ꝓ ſignificatis cor=
reſpondẽtib⁹ copule ſue ꝓpoſitionis: ſed etiã ſimpꝉr
pro omnib⁹ ſignificatis. Et ſm̃ hanc opinionẽ reſpon=
detur ad argumentũ concedẽdo maiorem ⁊ negan=
do minorẽ. Et ad probationẽ reſpondet̃ vt reſponſuꝫ
eſt. ⁊ ad improbationẽ reſpõdetur cõcedendo ꝙ bene

ſequat̃ in illa ꝯña ⁊ negatur ꝙ ꝯñs ſit falſum. ⁊ ad hu
ius improbationẽ dicit̃/ ꝙ ſenſus non debet dari illo
modo/ ſed ꝑ conditionalẽ ad quam reducit̃ menſuran
da eſt eius veritas vel falſitas ſm̃ primam opinionem
ſupra poſitam.

¶ Secundo põt reſponderi ad ꝓbationẽ minoris ſeu
deſtructionis conſequẽtis/ negãdo ꝙ ſubiectũ nõ ſup
ponat in ordine ad tale conditionatũ. Et dicit̃ ꝙ ſic de
bet verificari ſubiectũ. ſ. hoc imaginarie eſt chimera.
Et ad aliã probationẽ ſillogiſticã dicit̃/ ꝙ ſi in cõſequẽ
te ly ẽ dicat exiſtiam: nihil valet: qꝛ arguit̃ ab ãplo ad
non ãplum ex parte illius termini chimera: q̃ in an=
tecedẽte ampliat̃ ⁊ non in ꝯſequente: ſed oportet ꝙ co
pula abſoluatur vel aliter amplietur.

¶ Sed ꝯ hoc arguit̃: qꝛ ſi cõditionatũ illud ampliaret̃
vſq; ad imaginabilia: ſequeret̃ ꝙ iſte termin⁹ imagi=
nabile ⁊ illud conditionatũ eſſent termini conuertibi
les/ ꝯñs eſt falſum igit̃ ⁊c̃. ꝯña videtur bona ⁊ mino2
rẽ ꝓbo: qꝛ inter iſtas ꝓpoſitiones ſortes fuit imagina=
bilis ſortes ẽ imaginabilis nõ ẽ differẽtia quo ad veri=
tatẽ ⁊ falſitatem. In iſtis vero ſic. ſ. ſortes ẽ animal ſi ẽ
homo ſortes fuit aĩal ſi ẽ homo. Nã caſu ꝙ ſortes ſit ⁊
nũꝗ fuerit ꝓma ẽ vera ⁊ ſecũda falſa.

¶ Ad hoc argumentũ reſpondet̃ diſtinguẽdo de con=
ditionato: qꝛ vel intelligit̃ de conditionato ſumpto di=
uiſiue: ⁊ ſic negat̃ ꝯña: qꝛ tale conditionatũ nil ponit in
eſſe ⁊ imediate ad conditionalẽ reducit̃ vel intelligit̃
de conditionato complexiue ſumpto ⁊ ſic conceditur.
Et dicit̃ ꝙ ille ambe propoſitiones ſunt vere ſm̃ aliq̃s.

¶ Alij dicunt ꝙ nullo modo conuertitur cũ ly imagi=
nabile ſed hoc partim ad nomẽ conſiſtit ideo dic vt ve
lis: dũ tamen reſpondeas conſequẽter.

¶ 1°. arguitur. Iſte contradicũt. ſ. iſtud ſortes ſi eſt ſor
tes ẽ ens ⁊ iſtud ſortes ſi eſt ſortes non eſt ens ⁊ ſunt
ambe falſe: ſi regule predicte teneant̃ vere: igitur/ añs
pro prima pte notũ eſt: qꝛ nil eis deficit ꝓ ſecũda ꝓbat̃
ſic/ falſitas negatiue eſt nota: demonſtrãdo ꝑ ly iſtud
chimerã ⁊ ꝓbat̃ ꝑ ſuã equiualẽtem de terminis tranſ
poſitis q̃ eſt iſta/ nullũ ens eſt iſtud ſoꝛ. ſi ẽ ſoꝛ. q̃ falſa
eſt vt patet deſcendẽdo ſub ly ens ad chimerã qꝛ am=
pliat̃ vſq; ad imaginabilia falſitas alteri⁹ patet ſic be
ne valet iſtud ſoꝛ. ſi ẽ ſoꝛ. eſt ens: ergo iſtud ſoꝛ. ſi ẽ ſoꝛ. ẽ ſu
bſtantia vel accidẽs: ꝯñs eſt falſum igit̃ ⁊ añs: ꝯña ꝓ=
batur ꝑ pħm in methaphiſica ⁊ primo phiſicoꝝ minor
probat̃ qꝛ chimera non eſt in predicamẽto: ergo non eſt
ſubſtãtia vel accñs cũ omne tale ſit in ꝑdicamento.

¶ Ad hoc argumẽtũ eſt duplex modus reſpondendi
quidã eñ dicũt affirmatiuã eſſe falſaꝫ: qꝛ ei⁹ extrema
nequeũt ſupponere ꝓ eodẽ ⁊ ꝙ negatiua eſt vera: ⁊ ꝑ
ꝯñs debẽt negare hanc vlẽm eſſe verã. omne ſortes ſi
eſt ſoꝛ. eſt ens: qꝛ habet aliquã vel aliq̃s deſcẽdẽtes fal
ſas. Et ſi contra hoc inſtet̃ ſic/ bene valet: tãtũ ens ẽ ſoꝛ
tes ſi eſt ſoꝛ. ergo omne ſoꝛ. ſi ẽ ſoꝛ. eſt ens: ⁊ añs eſt veruꝫ
ergo ⁊ ꝯñs: ⁊ ꝯña tenet ab exponibili excluſiua ad ſuã
vlẽm igitur ⁊c̃. ¶ Ad hoc ſecũdũ illos diceret̃ excluſi=
uam eſſe falſam: ⁊ ꝙ contradictoria ſecũde exponen=
tis (q̃ eſt iſta aliquod nõ ens ẽ ſortes ſi ẽ ſortes) eſt ve=
ra: qꝛ ſub conditionato habet vnam deſcendẽtẽ verã:
illã. ſ. in qua demonſtratur chimera.

¶ Alij dicunt affirmatiuã eſſe verã: ⁊ negatiuã falſam:
⁊ ad improbationẽ concedũt iſtam. iſtud ſoꝛ/ ſi eſt ſoꝛ/
eſt ſubſtantia. Et ſi cõtra hoc arguat̃ qꝛ bene valet. ſoꝛ/
ſi eſt ſoꝛ/ eſt ſubſtãtia: ergo vel homo vel brutũ vel lignũ: ⁊
ſic de alijs: ſed ꝯñs eſt falſum: igit̃ ⁊ antecedẽs. Ad hoc
negaretur ab eis ꝯña ꝓpter diuiſiõis inſufficiẽtiã. ſed

ponere in vno membro vel aggregatū exiſtis. Nam demonſtrando chimerā oportet demonſtrare res poſſibiles impoſſibili modo vnitas. Et hec reſpōſio aduerſatur prime vt patet intuēti. His tamē nō obſtantibus videtur mihi pro clariori ſolutione reſpondendū eſſe cū diſtinctione/ q᷑ vel in illis ꝓpoſitionibus ly ens ſtat preciſe pro ente reali (prout oportet ꝑ illam regulam analogū ꝑ ſe ſumptū. ⁊c. aut ſtat ex intellectus libertate/ tam ꝓ ente reali q̄ pro ente rōnis: ſi primū reſpōdetur eo modo quo prima opinio dicebat: ⁊ conceditꝰ ꝙ iſta ē vera: non ens ē ſortes ſi ē ſortes: q᷑ ſenſus ē: nō ens reale ē ſortes ſi ē ſortes: ⁊ hoc ē verum: quia chimera ē ſortes ſi ē ſortes/ ⁊ chimera ē non ens reale (abſoluendo ī minore ly ē a tēpore) igitur nō ens reale eſt ſortes ſi eſt ſortes. ⁊ vltra ergo non ens ē ſortes ſi ē ſortes. Si vero ly ens ſtet ſecūdo modo dicitꝰ ꝙ affirmatiua ē vera ⁊ negatiua falſa: ⁊ qñ hoc impugnat: dr̄ ꝙ diuiſio ē inſufficiens: ſed debet dici ergo iſtud ſor. ſi ē ſor. ē ſubſtātia vl' accidēs vel ens rationis: q᷑ ibi ſumo accidens ꝓ accidēte reali.

¶ Ultimo notandū ꝙ illud (quod ſupradictū eſt ꝺ reductiōe) intelligi oportet: quādo cōditionati reſpectu cuius debet fieri reductio: ponitur a parte predicati: nam ſi ponatꝰ a parte ſubiecti. tunc terminꝰ extraneus erit predicatū in antecedēte ⁊ cōſequēte cōditionalis. ad quam debet reduci: ⁊ terminꝰ inferens erit ſubiectū in antecedente: ⁊ terminus illatꝰ in conſequente: vt iſta ꝓpoſitio: animal ſi ē hō ē leo: ſi eſt equꝰ ex parte conditionati ſubiecti reducitꝰ ſic. Si hō ē leo ſi ē equꝰ: animal ē leo ſi ē equꝰ. Ex parte vero cōditionati poſiti in predicato reducitꝰ ſic/ ſi animal ſi ē hō ē equꝰ/ aīal ſi ē homo ē leo. Et hoc ſemꝑ obſeruari debet in categorica in qua ſunt duo cōditionata: ꝙ primo reducatꝰ ad conditionalē ex parte primi cōditionati: ⁊ ſecundo ex parte ſecūdi. Et ꝙ hoc multū referat: patet in exemplo poſito: q᷑ prima conditionalis ē vera ⁊ ſecūda falſa ⁊ tā antecedens q̄ conſequēs harū duarum conditionalium: pōt ad aliam cōditionalē reduci. Nec exiſtimes ꝙ ad cognoſcendam veritatē talis categorice oportet ꝙ poſt factam reductionē ex parte primi cōditionati: oportet iterū illā primā categoricā ex parte ſecūdi cōditionati reduci ad aliam conditionalē re integrādo conditionatum in ſubiecto: talis nil ꝓfuiſſet prima reductio/ Sed quādo dicitur ꝙ poſtea cōditionatū ꝑdicati debet reduci: intelligendū eſt de conditionato poſito ī antecedēte ⁊ conſequēte conditionalis. ad quā categorica illa prima reducta ē ex parte ſubiecti: ita ꝙ antecedens talis cōditionalis reducatur ad aliā conditionalem ex parte cōditionati predicati: ⁊ conſequēs ſimiliter talis prime conditionalis: ad vnam aliam. Nec obſtat ꝙ ego ſic non fecerim: quia nō ponebam ordinē verificādi propoſitionē: ſed modū quo poſſet reduci. ¶ Ueritas autē conditionalis negatiue: ⁊ categorice negatiue de conditionato extremo: per ſuas contradictorias menſuranda relinquitur.

## ¶ Sequitur textus.

Copulatiua eſt illa: in qua cōiunguntur due cathegorice ꝑ hanc cōiunctionē. et. vt ſortes currit: ⁊ anthonius diſputat. Diſiunctiua eſt illa: in q̄ coniunguntur due categorice ꝑ hanc coniunctionē. vel. vt ſortes currit vel plato diſputat. ¶ Ad veritatē copulatiue exigitur vtrāq3 partem eſſe verā\ vt homo eſt animal: ⁊ deus eſt\ ad falſitatem eius ſufficit alteram partē eſſe falſam. Ut homo eſt animal ⁊ equꝰ eſt lapis. ¶ Ad veritatem diſiunctiue: ſufficit alteram partē eſſe verā\ vt homo eſt animal vel equꝰ eſt lapis. Et tamē permittitꝰ ꝙ vtraq3 ſit vera: ſed non ita ꝓprie\ vt homo eſt animal vel equꝰ eſt hinnibilis. Ad falſitatem eius exigitur vtrāq3 partem eſſe falſam) vt homo eſt aſinus vel equꝰ eſt lapis.

## ¶ Sequitur gloſa.

In textu iſto tangunꝰ diffinitiones due. ſ. propoſitionis copulatiue et diſiunctiue: q̄ intelligende ſunt cōformiter ad diffinitionem propoſitionis conditionalis. vnde prima ſic intelligitur. Propoſitio copulatiua eſt ꝓpoſitio in qua coniunguntur due categorice vel due hypothetice vel vna categorica ⁊ vna hypothetica ꝑ hāc coniunctionē et: vel per aliā ſibi ſimilē tanq̄ ꝑ copulā principalem formaliter vel equiualenter. Dicitur formaliꝰ ꝓpter hāc. Homo eſt doctꝰ ⁊ leo eſt fortis. Dicitꝰ (equiualenter) ꝓpter iſtam ⁊ ſimiles quādo petrꝰ ſtudet ioānes dormit. Si ſumatꝰ loco huius petrꝰ ſtudet in aliquo tēpore ⁊ in eōdem ſortes dormit/ pariformiꝰ eſt diffinienda diſiunctiua poſito ly vel loco de ly et. Ad cognoſcendam veritatē ⁊ falſitatē copulatiue ⁊ diſiunctiue ponunꝰ duo fundamenta/ quorū primum eſt ꝙ veritas ⁊ falſitas copulatiue negatiue ⁊ diſiunctiue negatiue cognoſci debetꝰ per veritatem ⁊ falſitatē affirmatiue q̄ illis contradicitꝰ. Secundū eſt ꝙ copulatiua affirmatiua ſemꝑ ſequitur debiliorē partem ⁊ diſiunctiua affirmatiua nobiliorem. ¶ Pro quo vlteriꝰ ſciēdum ꝙ multe ſunt paſſiones ⁊ proprietates iſtis ꝓpoſitionibꝰ cōuenientes. ſ. neceſſitas/ poſſibilitas/ ſciri. ⁊c. Similiꝰ falſitas/ īpoſſibilitas/ cōtingētia/ ignorari. ⁊c. Dicitur ergo ꝙ ad veritatem copulatiue requiritꝰ cuiuſlibet partis principalis veritas/ dicitꝰ notanꝰ (cuiuſlibet partis principalis ⁊ nō cuiuſlibet categorice) quia iſta eſt copulatiua vera. ſ. homo currit ⁊ ſi equꝰ volat equꝰ hēt alas in qua non omnes categorice ſunt vere. Ad poſſibilitatē vero requiritꝰ cuiuſlibet partis principalis poſſibilitas ⁊ earundē inter ſe compoſſibilitas. ita ꝙ omnes ſimul nullā includāt repugnantiā. Ultimū ponitur ꝓpter hāc/ ſortes currit ⁊ ſortes non currit in qua licet q̄libet pars abſolute ſit poſſibilis: non tamen vna eſt alteri cōpoſſibilis/ dicitꝰ cuiuſlibet partis principalis ⁊ nō cuiuſlibet categorice/ q᷑ iſta copulatiua ē impoſſibilis. ſ. omnis homo currit ⁊ plato eſt homo ⁊ plato non currit (⁊ non abſoluo ly eſt a tēpore in 3ª.) Et ſimiliter iſta eſt impoſſibilis. ſ. homo currit ⁊ ſi hō eſt albus baculus eſt in angulo cū vna eius pars. ſ. conditiōalis ſit impoſſibilis/ ⁊ tamē omnes eiꝰ categorice ſunt poſſibiles. Ad im poſſibilitatē ſufficit vnius partis impoſſibilitas vel ꝙ alique ptes inter ſe repugnēt

vel omnes dicitur vel oēs q̄ ſūt tenentes non poſſe eſſe infinitū iſta ē impoſſibilis quelibet anima creabilis eſt ꝓpria: ⁊ tamē ſi deſcendat ſub ſubiecto fiet vna copulatiua impoſſibilis cuius q̄libet pars cum alia eſt cōpoſſibilis ⁊ cū quibuſlibet duab⁹ ⁊ cū quibuſlibꝫ trib⁹ ⁊ ſic de aliis quibuſlibet finitis: tamē omnes eius partes nō erunt cōpoſſibiles. Ad neceſſitatē requiritur ꝙ omnes partes ſint neceſſarie. vt homo eſt animal et equ⁹ eſt equ⁹. Ad cōtingētiā ſufficit vnius partis principalis contingētia: dū modo alteri non repugnet. vt homo eſt aīal ⁊ equ⁹ mouetur. Ad dubietatē ſufficit ꝙ vna eius pars ſit dubia. Siue altera ſit dubia ſiue non: dū tamē vna nō repugnet alteri. nec ſciatur ſeq̄ falſū ex tota copulatiua in potētia propinqua. Hoc vltimū dicit propter hāc/ omnis grāmaticus currit ⁊ hic eſt grāmaticus poſito ꝙ per ly hoc demōſtret homo quē ſcio nō currere: ⁊ dubitē an ſit grāmaticus ⁊ etiā dubitem an omnis grāmaticus currat. Ex quo patet copulatiuā inſequi debiliorē partem ⁊ ſic ſi vnā eius partē ignoram⁹: totā copulatiuā ignoram⁹: ⁊ ſi vni parti diſſentim⁹ toti diſſentimus.

¶ De diſiunctiua aūt oppoſito modo dicendū eſt. Ad veritatem ſiquidē ipſi⁹ (ex quo nobiliorē inſequitur partem) ſufficit vnius partis principalis veritas ⁊ ad falſitatem vtrāq̄ eſſe falſam. ⁊ ad poſſibilitatem alteram eſſe poſſibilē: ⁊ ad neceſſitatē alterā eſſe neceſſariā vel ꝙ partes repugnent in falſitate. vt patet hic homo currit vel nullus homo currit. Ad contingentiā ſufficit ꝙ vna pars ſit contingens ⁊ alia impoſſibilis vel ambe ſint ꝯtingētes dum modo vna alteri non repugnet. Ad hoc aūt ꝙ ſit ſcita/ ſufficit ꝙ vna pars ſit ſcita: vel ꝙ ſciatur partes inter ſe repugnare in falſitate vel ꝙ ſciatur illā diſiunctiuā ſequi in bona ꝯña ex aliq̄ ſcito Exemplū: vltimū ſcio iſtam diſiunctiuā nullus hō currit vel animal currit. q̄r ſequitur ex iſta conditionali ſi homo currit animal currit: ⁊ tamē neſcio determinate q̄ pars illius diſiunctiue ſit vera: ſimiliter pōt ſequi ex hac diſiunctiua. nullus homo currit vel hō currit. arguendo reſpectu ſecunde partis: ab inferiori ad ſuū ſuperius. Alia exempla facillima ſunt

¶ Poſt predicta aſſignande ſunt quedā regule generales q̄ ſolent cōmuniter poni in hac materia: pro q̄bus vide diogenē laertiū. 7°. libro de vitis philoſophorum in vita zenonis. ¶ Eſt igitur prima regula hec. A tota copulatiua affirmatiua ad quālibet eius partē principalem eſt bona ꝯña: dum tamen arguat in ſenſu copulatiuo: primū dicit ꝓpter iſtā ꝯñam ⁊ ſimiles. ſ. ſi hō eſt leo/ hō eſt irrationalis ⁊ hō eſt animal: ergo hō eſt leo: q̄r ꝯña non eſt principalis pars copulatiue. 2m. dicitur ꝓpter iſtam/ ego ignoro te eſſe hic ⁊ petrum currere: ḡ ego ignoro te eſſe hic. Si prima ꝓpoſitio ſit categorica cuius predicatū pricipale ſit totū hoc ignorans te eſſe hic ⁊ petrū currere: ſi vero ſit hypotetica/ cuius ſenſus ſit ego ignoro te eſſe hic ⁊ ego ignoro petrum currere: bene valet.

¶ 2a. regula. A parte copulatiue affirmatiue ad totam copulatiuā/ non oportet ꝯñam valere: vt non valet: hō currit/ ḡ hō currit ⁊ leo eſt equ⁹. Dicit (non oportet) q̄r ſi aliquādo valuerit: erit vel propter neceſſitatem conſequētis vel ꝓpter eiuſdē ſinonomitatem cū antecedente ⁊ vtrūq̄ reperitur hic. ſ. omnis homo ē animal ergo homo eſt animal ⁊ omnis homo ē animal.

¶ 3a. a tota copulatiua ad vnā diſiunctiuā compoſitā ex eiſdem partib⁹: eſt optima ꝯña: vt bene valet/ hō ē ⁊ leo eſt: ḡ hō eſt vel leo eſt: ⁊ ſunt leges ſubalternar.

¶ Pro diſiunctiuis ponūt alie regule quarū prima ē. A parte principali diſiūctiue ad totā diſiunctiuā eſt formalis ꝯña: vt bene valet/ homo currit ergo homo currit vel chimera eſt.

¶ 2a. a tota diſiunctiua ad aliquā eius partē: non oportet ꝯñam valere vt non valet homo ē vel petr⁹ ē equ⁹ ergo petr⁹ eſt equ⁹ dicit (non oportet) q̄r dato ꝙ aliq̄n teneat hoc non erit rōne iſtius regule ſed ob neceſſitatem ꝯñtis vl ob aliqd ſimile: vt bene valet hic/ homo ē homo vel chimera eſt/ ergo homo eſt homo.

¶ 3a. a tota diſiunctiua: cum deſtructione vnius partis ad poſitionē alteri⁹: eſt bona ꝯña: eſtq̄ꝫ ſylogiſm⁹ hypothetic⁹: vt bene ſequit/ homo ē vel leo ambulat. Sꝫ nullus leo ambulat: ergo homo ē/ Dicit a tota diſiunctiua/ q̄r ſi ſit categorica de diſiuncto extremo nō oportet ꝯñam valere quēadmodū non valet/ omnis ꝓpoſitio eſt affirmatiua vel negatiua ſed non omnis ē affirmatiua/ ergo omnis eſt negatiua/ q̄r antecedēs eſt verum ⁊ ꝯña falſum: ſi vero prima ſumeret in ſenſu hypothetico. ita ꝙ ſenſus eſſet omnis propoſitio eſt affirmatiua vel omnis ꝓpoſitio eſt negatiua/ ꝯña bene valeret. Et ꝑ hāc regulā beat⁹ Bernardus ꝓbat in fine de natiuitatis dn̄i. 3°. Mundū fallis ſic arguēdo: aut infans iſte decipit/ aut mundus fallit. Sed iſte infans non decipitur ergo mundus fallitur.

¶ 4a. arguēdo a diſiunctiua affirmatiua ad copulatiuā negatiuā de partibus cōtradicentibus cui toti ꝓponitur negatio: ita ꝙ ipſa negatione dēpta/ copulatiua ⁊ diſiunctiua remaneāt contradictorie ⁊ econtra. ſ. a copulatiua negatiua a diſiunctiuā affirmatiuā: eſt bona ꝯña: vt bene valet/ nullus homo eſt leo vel null⁹ hō eſt lapis: ergo nō homo eſt leo ⁊ hō eſt lapis ⁊ econtra.

¶ Sciendū ꝑterea ꝙ regule poſite ad cognoſcendam veritatem ⁊ falſitatē. ⁊c. copulatiue affirmatiue deſeruiunt diſiunctiue negatiue. Et q̄ deſeruiūt diſiunctiue affirmatiue deſeruiunt etiam copulatiue negatiue. Et idē dic de regulis poſitis ad arguendū q̄ poſite ſūt pro copulatiuis ⁊ diſiunctiuis affirmatiuis.

¶ His habitis ponendus eſt modus contradicendi in copulatiuis ⁊ diſiunctiuis. Pro quo ſciendū ꝙ ꝓpoſitioni copulatiue dupliciter pōt aſſignari cōtradictoria. Uno modo ꝓponendo negationē toti copulatiue ⁊ ſic datur cōtradictio ꝑ illam regulā nō eſt verius contradicere. ⁊c. ⁊ ſic contradictoria huius/ homo eſt animal ⁊ leo rugit eſt hec/ nō hō eſt animal ⁊ leo rugit. Alio modo ꝑ diſiunctiuā affirmatiuā cōpoſitam ex partib⁹ cōtradicentib⁹ partibus prioris copulatiue ⁊ ſic ꝑfate ꝓpoſitioni contradicit hec/ nullus homo eſt animal vel nullus leo rugit. in qua nulla negatio illarū fertur vltra terminos ſue categorice: cum ſint negatiōes nominales: quemadmodū facit negatio aduerbialis q̄n ponitur in medio categorice ⁊ non in principio. Et eodē pacto dicendū eſt de diſiunctiua affirmatiue. ſ. ꝙ poteſt habere contradictoriā dupliciter. Uno modo per ꝓpoſitionē negationis. Alio modo ꝑ copulatiuā negatiuā compoſitā ex partib⁹ contradicentib⁹ partib⁹ talis diſiunctiue ⁊ ſic contradictoria hui⁹/ homo ē vel leo eſt. erit hec/ non hō eſt vel leo eſt: vel hec/ nullus hō eſt et nullus leo eſt. Ex quib⁹ infertur ꝙ diſiunctiua negatiua ⁊ copulatiua affirmatiua cōpoſita ex partibus contradicentib⁹ equiualent inter ſe. Poſt hec videndū eſt quomodo tales ꝓpoſitiones poſſunt habere contrarias ⁊ ſubcontrarias. Pro quo ſciendum primo ꝙ omnis ꝓpoſitio copulatiua pōt habere cōtrariā ⁊ erit vna copulatiua affirmatiua compoſita ex partibus cō

contradictoriis vel cõtrariis. hoc patet q͛ huiuſmodi copulatiue inferãt duas cõtrarias ſi ex cõtrariis cõponãt᷑: ſi vero cõponãt᷑ ex ꝯ̃triis: idẽ ſeq̄t᷑ q͛ ad min⁹ iferũt duas cõtradictorias ⁊ aliquid vltra. Exẽplũ pꝫ in iſtis.

¶ Omnis homo ẽ aĩal ⁊ omnis equ⁹ mouet᷑ / nullus homo ẽ animal ⁊ nullus equ⁹ mouet᷑: ⁊ in iſtis / omnis homo ẽ alb⁹ ⁊ omnis leo currit / hõ nõ eſt albus ⁊ leo non currit. Nã ĩ caſu ꝙ aliquis hõ currat ⁊ aliq̄s non: ⁊ omnis leo currat. vltime copulatiue ſunt falſe ⁊ prime due facilit᷑ poſſũt dari ãbe falſe ⁊ ſic ſeruãt legem contrariarũ. Secũdo dicit᷑ ꝙ omnis ꝓpoſitio diſiũctiua põt habere ſubcontrariã eritq̧ ei⁹ ſubcõtraria diſiunctiua cõpoſita ex partib⁹ contradictoriis vel ſubcõtrariis: ⁊ hoc patet q͛ talib⁹ repugnat falſitas ⁊ non veritas ſicut primis repugnabat veritas ⁊ non falſitas. Et intelliguntur predicte regule extra propoſitiones ſimpliciter neceſſarias ⁊ ſimpliciter impoſſ͛es.

¶ Ex quo patet ꝙ ad hoc ꝙ aliqua copulatiua cõtrariet᷑ alteri ſufficit ꝙ vna eius pars cõtrariet᷑ vni parti alterius copulatiue vel ei contradicat dũ modo aliq̄ pars nõ ſit formalr̄ neceſſaria: q͛ tunc ſi partes cõtradicerẽt eſſẽt ꝯ̃dictorie de lege. Exemplũ p̃mi hõ currit ⁊ leo rugit: nullus homo currit ⁊ leo rugit / que ſũt cõtrarie. Secũdi / hõ eſt hõ / ⁊ leo eſt leo / nullus homo eſt hõ ⁊ leo eſt leo / q̄ contradicunt ꝯ̃ forma. ꝓportionabiliter dicatur de diſiunctiuis.

¶ Poteſt ſimiliter dubitari An copulatiua affirmatiua poſſit h̄re ſubcõtrariã. Ad qḋ r̃ndet᷑ ꝙ copulatiua affirmatiua cõpoſita ex partib⁹ nõ valẽtib⁹ habere ſubcontrariã nõ põt habere ſubcontrariã. ſed ſi aliq̄ eius pars poſſit h̄re: ⁊ ipſa copulatiua poterit h̄re eritq̧ ei⁹ ſubcontraria vna diſiũctiua cõpoſita ex ſubcontraria talis partis ⁊ ex contradictoria alteri⁹. Primũ patet q͛ iſta omnis homo oẽ aĩal eſt: ⁊ oĩs equ⁹ omne aĩal ẽ non põt h̄re ſubcontrariã q͛ nõ rõne de ly et cum ſit ꝟitas: nec rõne alicuius partis vt notũ eſt. igit᷑. ⁊c̃. Et qñ dixi (copulatiuã non poſſe habere ſubcõtrariã) intelligo q̄ ſit copulatiua vel diſiunctiua: ⁊ nõ que ſit rationalis vel aliqua alia.

¶ Secũda pars patet q͛ talib⁹ repugnat falſitas ⁊ nõ ꝟitas: vt patet hic / omnis hõ legit ⁊ equ⁹ mouet᷑ / aliq̄s hõ nõ legit vel equ⁹ non mouet᷑. Nã in caſu ꝙ omnis hõ legat ⁊ aliq̄ equi currãt ⁊ aliqui non: ãbe ſunt vere.

¶ Proportionabiliter dicendũ eſt de contraria reſpectu diſiunctiue: q͛ diſiunctiua cõpoſita ex partib⁹ non potẽtibus h̄re contrariã: non põt ꝯ̃trariã h̄re: ſed que cõponit᷑ ex aliq̄ parte valẽte cõtrariaꝫ habere poterit h̄re ꝯ̃trariã. ſ. vnã copulatiuã compoſitã ex p̄te ꝯ̃ria talis partis ⁊ ꝯ̃dictoria alteri⁹ vt ꝯ̃ria hui⁹ / oĩs homo ẽ albus vel hõ eſt lapis eſt hec / oĩs homo non eſt albus ⁊ nullus homo eſt lapis.

¶ Dubitat᷑ vlteri⁹ An ſint plures ſpẽs hypotheticarũ Ad hoc dubiũ r̃ndet᷑ affirmatiue. Nã ſunt iſte. ſ. rõnalis (Et eſt illa in q̄ ꝯ̃iũgunt᷑ plures categorice ꝑ ly ꝗ̃ taq̧ ꝑ copulã principalẽ) cauſalis. (Et eſt illa in q̄ ꝯ̃iungũt᷑ plures categorice ꝑ cãlem notã (vt eſt ly q͛ tanq̄ ꝑ copulã principalem.) Aduerſatiua ⁊ eſt illa in q̄ ꝯ̃iũgũt᷑ plures categorice ꝑ ly quãuis vel ꝑ aliud ſibi equiualẽs tanq̄ ꝑ p̃cipalẽ copulã.) Temporalis ⁊ eſt illa in q̄ ꝯ̃iungunt᷑. ⁊c̃. ꝑ li quãdo localis ⁊ eſt illa in q̄. ⁊c̃. per ly vbi vel aliud huiuſmodi. Alia ẽ propoſitio cõparatiua: vt iſta / ioãnes eſt ita doct⁹ in artib⁹: ſicut martinus in theologia. Prime tres ſpẽs cõmuniter reducũtur ad cõditionalẽ: q͛ ſunt ꝯ̃ñe. Alie tres reducunt᷑ ad copulatiuã. Alii reducũt aduerſatiuã ad copulatiuã. Eo ꝙ requirat cõpoſſibilitatẽ partiũ ſuarũ: ſꝫ nec hoc: nec illud multum refert.

¶ Alteri⁹ dubitat᷑ / quid req̄rat᷑ ad veritatẽ ⁊ falſitatẽ predictarũ ꝓpoſitionũ. Pro ſolutione dubii eſt aduertẽdũ animo ꝙ tres ſpẽs hypotheticarũ. ſ. ꝯditionalis rõnalis / ⁊ cauſalis ſunt conſequẽtie.

¶ Preterea ſciẽdũ eſt ꝙ p̄dicte tres ſpẽs pñt conſiderari dupl͛r. Uno modo in quãtũ ꝯ̃ñe ſunt: ⁊ ſic nõ dicũt᷑ vere vel falſe. ſed bone vel male ꝯ̃ñe. Et ſm̄ hãc conſiderationẽ nil aliud ĩ eis debet attẽdi niſi an eis cõueniat diffinitio bone ꝯ̃ñe. Alio modo pñt ꝯ̃ſiderari in q̄tũ ꝓpoſitiones: ⁊ ſic dicunt᷑ vere vel falſe: adduntq̧ aliq̄d ſupra ꝯ̃ñam. Nã ad veritatem rõnalis requirunt᷑ duo. Primũ ꝙ ſit bona ꝯ̃ña. ſecundũ ꝙ tã añs ꝙ ꝯ̃ñs ſint ꝓpoſitiones vere: ⁊ in ſecundo excedit conditionalem. Et ſic iſta rõnalis (homo currit ꝗ̃ aĩal currit) licet ſemper ſit bona ꝯ̃ña) non tñ eſt ſemꝑ vera ꝓpoſitio. Nã in caſu ꝙ nullus homo currat: eſt falſa ob deffectum ſecundi requiſiti.

¶ Ad veritatẽ cauſalis req̄runt᷑ tria. Prima duo ſunt illa q̄ ad rõnalis veritatẽ exigebant᷑. Tertiũ aũt eſt ꝙ cauſa q̄ re ita ẽ ſicut ſignificat ꝑ ꝯ̃ñs ſit in portet ꝑ añs: ⁊ ſic iſta cauſalis eſt ꝟa / q͛ hõ eſt rõnalis / hõ eſt riſibil͛. Uerũ eſt tñ ꝙ multotiẽs veritas cauſalis nõ ſumitur ita rigoroſe: ⁊ tũc ad eius veritatẽ ſufficit vltimũ vel duo vltima: ita ꝙ nõ exigitur ꝙ ſit bona ꝯ̃ña: ⁊ ſic conceditur iſta / q͛ ignis calefacit: aqua h̄et calorẽ: ⁊ quia de⁹ eſt / nos ſum⁹: ⁊ quia de⁹ eſt bonus / nos ſumus boni. vt inq̄t beat⁹ Auguſtin⁹. q̄ tñ ꝓpoſitiões nõ ſũt bone ꝯ̃ñe.

¶ Ad poſſibilitatẽ rationalis requirit᷑ ꝙ ſit bona ꝯ̃ña: ⁊ ꝙ eius partes ſint poſſibiles. Et ad ei⁹ impoſſibilitatẽ ſufficit aliq̄s iſtorũ deffectuũ ⁊ ſic iſta ẽ impoſſ͛is rationalis / ſortes eſt / ꝗ̃ brunell⁹ eſt. Ad eius neceſſitatẽ requirit᷑ vtriuſq̧ partis neceſſitas ⁊ ꝯ̃ñe bonitas: qualis eſt iſta / hõ eſt animal / ꝗ̃ hõ eſt ſubſtãtia. Ad ei⁹ contingentiã ſufficit vnã partẽ eſſe contingẽtẽ / dũ modo alia nõ ſit impoſſ͛: nec p̄tes ei⁹ incõpoſſ͛es: ſuppoſita ꝯ̃ñe bonitate. Ad hoc aũt ꝙ ſit ſcita exigit᷑ vtrãq̧ ei⁹ partem principalẽ eſſe ſcitã: ⁊ ꝙ ꝯ̃ña ſit bona et ſciat᷑ eſſe bona. Ad hoc vero ꝙ ſit neſcita vel dubia ſufficit vnã eius partẽ principalẽ eſſe neſcitã ſeu dubiã vel neſciat᷑ ꝯ̃ñaꝫ eſſe bonã vel dubitet᷑ de eius bonitate. Dũ modo pars nõ ſciatur falſa nec partiũ incõpoſſibilitas. Et iſte due exceptiones intelligunt᷑ quo ad eſſe dubiam vel non. Ex quib⁹ omnib⁹ infert᷑ aliquã rõnalẽ eſſe neceſſariã ꝯ̃ñam ⁊ impoſſ͛eꝫ ꝓpoſitionẽ: vt patet de hac / hõ ẽ equ⁹ ꝗ̃ hõ eſt q̄drupes. Infert᷑ ſecũdo ꝙ nõ oĩs rõnalis ꝟa eſt neceſſaria: nec oĩs falſa ĩpoſſi͛is. cuius oppoſitũ inuenit᷑ in conditionalibus. Sed bene verũ eſt ꝙ oĩs rõnalis eſt neceſſaria vel ĩpoſſi͛is ꝯ̃ña. Hoc patet ĩ hac rõnali. ſ. hõ currit: ꝗ̃ riſibile currit: q̄ eſt neceſſaria ꝯ̃ña ⁊ cõtingẽs rõnalis. Et ex his facillimũ erit aſſignare quid ad veritatẽ ⁊ ad ceteras ꝓprietates req̄rat᷑ in cauſali cũ cauſalis includat quicq̄d rõnalis includit ⁊ aliq̄d vltra / tẽporalis / localis / cõparatiua reducunt᷑ ad copulatiuã: ⁊ ꝓportionabilit᷑ earũ ꝟitas ⁊ falſitas iudicãda ẽ.

¶ Nũc reſtat dicendũ aliq̄d de ꝓpoſitionib⁹ ĩ gerũdio ablatiui ⁊ de ablatiuo abſoluto. Pro q̄ ſciẽdũ ꝙ tales ꝓpoſitiones pñt h̄re quadruplicẽ ſenſuꝫ. Nã pñt tales ꝓpoſitiones exponi ꝑ ly ſi / vel ꝑ ly ꝗ̃ / vel ꝑ ly q͛ / vel ꝑ ly dũ: vt iſta ꝓpoſitio / ſole lucẽte dies eſt: põt exponi ſic. Si ſol lucet dies eſt: ⁊ ſic / ſol lucet ergo dies eſt: et ſic / quia ſol lucet dies eſt: ⁊ dum ſol lucet dies eſt. Conſimiliter dicatur de iſta: neutrum oculum habendo. nõ poteſt videre: ⁊ ſic de ſimilibus.

¶ His omnibꝰ viſis ⁊ terminatis opeprecium erit aliqd
de copulatis ⁊ diſiunctis enodare. Pro ꝙ aduertẽdũ ẽ
animo: quod ly et aliquãdo coniungit inter ꝓpoſitio-
nes (et ſic conſtituit ꝓpoſitionẽ hypotheticã: de ꝙ ſupe-
rius viſum eſt.) Aliquãdo vero coniungit inter termi-
nos (⁊ tunc facit categoricã de copulato extremo vł ex-
tremis.) Et aggregatũ ex terminis aliquot cum ly et
dicit copulatũ: poteſtqꝫ tale aggregatũ ſumi dupliciť.
vno modo cõplexiue / alio modo diuiſiue. Tunc ſumiť
cõplexiue qñ aliud extremũ denotať conuenire toti co-
pulato ⁊ non cuilibet parti ſeorſum vel (quod idẽ eſt)
toti copulato categorematice: vt patet in hac ꝓpoſitio-
ne petrꝰ ⁊ martinus ſunt duo hoïes. Tunc vero ſumiť
diuiſiue qñ alterũ extremũ denotať cõuenire toti copu-
lato ſin categorematice ideſt cuilibet parti ſeorſum vt
petrꝰ ⁊ plato eſt animal. Et hec eſt ꝑma ⁊ principalis
differentia: preter quã ſunt alie quarum vna eſt. ꝙ qñ
ſumiť cõplexiue nõ habet vim cõfundendi terminum
ſeqñtẽ quãtũ eſt ex ſe: bene tñ qñ diuiſiue: vt in ſuppoſi-
tionibꝰ diceť. Differunt preterea ꝙ qñ ſumiť diuiſiue ⁊
poniť a parte ſubiecti ⁊ partes eius ſunt ſingularis nu-
meri requiriť verbũ ſingularis numeri: diciť (ſi partes
eius ſint ſingularis numeri.) qꝛ ſi fuerit pluralis nume-
ri tũc verbũ erit pluralis. vt hic hoïes ⁊ eq̃ currũt qñ
xo ſumiť cõplexiue reqrit verbũ pluralis numeri ſi po-
nať a pte ſubiecti: ſecꝰ ſi a parte predicati: vt dicẽdo: ſor-
tes ẽ materia ⁊ forma: q̃ vera eſt ſm nominales: ſũpto
ly ⁊ cõplexiue. Aliquãdo tamẽ põt ſumi diuiſiue ⁊ hře
verbũ pluralis numeri vt patet dicẽdo / pater ⁊ filius
ſũt vnũ principiũ ſpiritꝰ ſcti vbi ly principiũ ſupponit
confuſe tantum. vt dicit. D. S. ꝑma pte. q. 36. arti. 4º
ad. 4m.

¶ Ad cognoſcẽdã veritatẽ categorice ꝺ copulato extre-
mo ſũpto diuiſiue poniť talis regula. In oï categorica
de copulato extremo diuiſiue ſũpto aut aliud extremũ
ſupponit cõfuſe tm̃: aut diſcrete / aut determinate / aut
diſtributiue. Si prima duo tunc talis categorica im-
mediate reducẽda eſt ad copulatiuã: vt iſta homo et
leo eſt aïal reduciť ad iſtã / homo eſt aïal ⁊ leo ẽ aïal.
Si vero ſint alia duo deſcẽdẽdũ eſt prius ſub tali ter-
mino diſtributo vel determinate ſupponente ⁊ poſtea
q̃libet deſcendẽs põt reduci: vt patet hic / petrus ⁊ leo
omne aïal eſtꝙ petrꝰ ⁊ leo hoc aïal eſt: ⁊ petrꝰ et leo
hoc aïal eſt ⁊ ſic de ſingulis ⁊ poſtea iſta deſcendens
prima põt ſic reduci / petrꝰ hoc aïal eſt ⁊ leo hoc aïal ẽ.
Similiť dicendo / petrꝰ ⁊ leo. b. aïal eſt: priꝰ deſcenden-
dũ eſt ſub ly aïal ⁊ ſi velimus illã imediate reducere ĩ
ſecunda pte addendũ eſt relatiuũ identitatis predicato
ſic / petrus eſt aïal ⁊ leo eſt idẽ aïal: ſed clarius cognoſ-
cetur veritas deſcendẽdo ſicut quãdo diſtribuitur.

¶ Pro cognoſcenda veritate categorice de copulato
cõplexiue ſumpto. Scito circa hoc duplicem eſſe opi-
nionẽ. Quidã enĩ aſſerunt ad veritatẽ categoricaruꝫ
de copulato taliter ſũpto affirmatiuarũ: reqri debitã
correſpondentiã vnitatum vnius extremi ad vnitates
alterius extremi formaliter vel virtualiter. Ita ꝙ vna
vnitas predicati vni vnitati ſubiecti ⁊ altera vnitas
predicati alteri ſubiecti correſpõdeãt: vt ad huius ve-
ritatẽ ſortes ⁊ brunellus ſunt homo ⁊ equꝰ: requiriť ꝙ
iſti parti ſortes aliqua vnitas predicati correſpondeat
⁊ huic alteri. ſ. brunellus alia ſimiliter correſpondeat.

¶ Diciť virtualiť qꝛ iſta ſm nominales cõceditur mã
⁊ forma ſunt ſortes tñ a parte ꝑdicati nulle vnitates
formaliter ponanť ſed ſolũ virtualiť qꝛ in ſorte mã ⁊
forma includunť. Et ſm hoc iſta eſſet concedẽda. ſ. ſor-
tes ⁊ plato ſunt differentia a ſorte ⁊ platone: ⁊ iſta ſor-
tes ⁊ plato ſunt eadẽ ſorti ⁊ platoni.

¶ Aliꝰ eſt modꝰ dicẽdi cõmunis aſſerẽs veritatẽ taliũ
ꝓpoſitionũ menſurãdã eſſe ꝑ extremorũ ſuppoſitionẽ
queadmodũ in alijs categoricis ita ꝙ omnis ꝓpoſitio
affirmatiua cuius ſubiectuꝫ ⁊ ꝑdicatum ſupponit pro
eodem extra inſtantias eſt vera.

¶ Pro cuius ampliori noticia ponunť alique regule
quarũ prima eſt. Omne copulatum cuius q̃libet pars
principalis ſupponit: ⁊ ipm ſupponit: ⁊ ſi aliq̃ pars pri-
cipalis nõ ſupponit: totũ copulatũ categorematice nõ
ſupponit / Que regula vera eſt extra aliquas inſtãtias
quarũ prima eſt in ꝓpoſitionibꝰ de incipit ⁊ deſinit et
ĩmediate: vt patet in hac ꝓpoſitione iſte materie ⁊ iſte
forme ĩmediate poſt hoc erũt hõ ⁊ hõ / demonſtratis
duabus materijs ⁊ duabus formis ex quibꝰ diuiſa ho-
ra ſequẽti ꝑ partes ꝓportionales minoribꝰ termina-
tis verſus hoc inſtãs iniciatum in q̃libet parte ꝓpor-
tionali fiãt duo hoïes de nouo: qḋ põt fieri ꝑ diuiſio-
nẽ materiarũ. tũc totũ copulatũ ſupponit ⁊ nulla pars
poſito ꝙ modo nullus hõ ſit nec ſit futurꝰ niſi ex par-
tibꝰ illis cõponať. Et ꝙ iſtud copulatũ ſupponat pro-
bant aliq̃ per hoc ꝙ illa ꝓpoſitio eſt vera: ꝙ autẽ nul-
la pars ſupponat ꝓbãt ꝑ hoc ꝙ nulli hoïes deter-
minate ſunt demõſtrabiles q̃ ĩmediate poſt hoc ſint fu-
turi: ĩmo iſta ẽ vera in illo caſu nulli homines erunt
ĩmediate poſt hoc. Sed probatio prior non eſt ſuffici-
ens: nam poſſet dici regulam pati inſtantiã in exponi-
bilibus qualis ẽ illa: ⁊ idẽ dicunt ꝙ plurimi de hac re-
quiſitũ ad equitandũ eſt equꝰ. Alia inſtãtia eſt qñ eſt
copula de preterito vel futuro vel alia ſimilis: vt patet
hic / ſortes in aliquo inſtanti fuit albus ⁊ niger. Nam
caſu ꝙ ſortes in nullo eodẽqꝫ inſtanti fuerit albus ⁊ ni-
ger (quod dico ꝓpter nominales ponẽtes illũ in diuer-
ſis locis) ſed ĩ vno albꝰ ⁊ ĩ alio niger: q̃libet pars copu-
lati ſupponit ⁊ nõ totũ: cuius rõ eſt. qꝛ in verificatio-
ne partiũ per ſe copule non vniunt pro eodẽ inſtanti:
ſed in copula totius categorice ſic: ⁊ ſimiliter in verifi-
catione totius. Et in caſu poſito vſus fui opinione no-
minaliũ de diuiſione hore ⁊ cõpoſitione hominũ: que
põt admitti: tantũ ad arguendũ quicq̃d ſit de eius ve-
ritate. Sufficit enĩ in ꝓpoſito ꝙ ſi eſſet vera eſſet verũ
quod dictum eſt.

¶ Secunda regula. Omne copulatum cuius vna pars
ſupponit pro aliquo ⁊ alia vel alie pro eodem vel pro
parte totius totum copulatum pro illo eodem ſuppo-
nit. Exemplum primi marcus ⁊ tullius pro cicerone
ſupponit: ⁊ ſimiliter homo ⁊ homo pro ſorte. Secũdi.
ſortes ⁊ ſua materia ſupponit pro ſorte / homo ⁊ nõ ho-
mo pro homine qu a ly non homo ſupponit pro ani-
ma hominis. ¶ Tertia eſt. Omne copulatũ cuius vna
pars ſupponit pro vna parte vel pro partibus alicuius
totius: ⁊ alia pars vel alie partes ſupponunt pro par-
te vel partibus reſiduis eiuſdem totius: que cum prio-
ribus conſtituunt totum / ſupponit pro illo toto ab ip-
ſis partibus conſtituto: vt hoc copulatum medietas ⁊
medietas / medietas ſuperior ⁊ medietas inferior / nõ
homo ⁊ non homo ſupponunt pro ſorte (negatione pri-
ma cadente ſupra ly homo preciſe) nam materia eſt
non homo ⁊ forma ſimiliter. Sed eſt notanduꝫ ꝙ iſta
regula vltima tenet verum in via nominalium tenẽ-
tium totum eſſe ſuas partes: quod a thomiſtis ſolem-
nibus reputatur falſum ⁊ bene merito: cum illud aſſe-
rat Sãctꝰ Thomas in ꝙ pluribus locis ſcilicet ſuma
contra gentes libro primo capitulo. 18º. ratione penul

Anima vbi dicit ſic. Partes ſūt imꝑfecte reſpectu toti⁹
¶ Ulterius petrus hiſpanus ponit exēplū quod ex ſe ſatis patet. Ponit preterea documentum dicēs / omnē ſillogiſmū componi ex tribus terminis ⁊ duabus ꝓpoſitionibus: ⁊ nō capitur hic terminus pro quacunq̄ dictione: ſed pro medio ⁊ pro maiori: ⁊ minori extremitate. Et ſic vult dicere ꝙ omnis ſillogiſmus componitur ex medio ⁊ maiore ⁊ minore extremitate: ⁊ ſic patet ꝙ ſi in aliquo ſillogiſmo ponantur ſex termini: ſi duo illorum habent officiū medij: ⁊ alij duo maioris extremitatis: ⁊ duo alij minoris. Nihilominus eſt bonus ſillogiſmus quia t̄m ſunt tres termini ſecundū officium quod ſufficit: vt patet hic: omnis homo ⁊ equus currunt: albū ⁊ nigrum ſunt homo ⁊ equus: ergo album ⁊ nigrum currunt: ⁊ ſic tenetur etiā ꝙ iſta conſequentia eſt ſillogiſmus: oīs homo eſt homo: ſed omnis homo eſt homo: ergo oīs homo eſt homo: quia dato ꝙ oēs termini ſint ſinonimi: differunt tamen ſecundum oficium.

¶ Ex iſtis p̄dictis terminis tribus debēt fieri due ꝓpoſitiones quod non poteſt eſſe niſi vnus illorū terminorum ſumatur bis: vt patet quia ex tribus terminis: homo: animal: riſibile: non poſſunt due propoſitiones fieri: niſi ſumatur vnus quiuis illorum bis ſic dicendo: omnis homo eſt animal: omne riſibile ē homo: ergo omne riſible eſt animal: vbi ille terminus q̄ ſumitur bis: vocatur mediū: ⁊ ſic dicit. p. h. mediū eē terminum bis ſumptum ante concluſionem: ⁊ ſubintellige tu ratione cuius alij duo vniuntur in concluſione. Maior extremitas eſt terminus ſumptus ī maiori cuꝫ medio. i. reſiduū in maiori dēpto medio. Minor extremitas eſt t̄mus ſumptus in minori cum medio. i. reſiduum in minori dempto medio.

¶ Aduertendum tamē ꝙ non oportet ꝙ ſemper premiſſe vel concluſio ſillogiſmi ſint ꝓpoſitiones proprie: ſed ſufficit ꝙ ſint reducibiliter: q̄a iſte ē bon⁹ ſillogiſmus: ſi omnis homo curreret: ⁊ ſortes eēt homo ſortes curreret.

¶ Sciendum vltra ꝙ ſillogiſmus poteſt ſumi dupliciter: vno modo pro premiſſis tantū: Alio modo pro aggregato ex premiſſis ⁊ concluſione. Primo modo ſumitur quando dixit. p. h. ꝙ omnis ſillogiſmus cōponitur ex tribus terminis ⁊ duabus propoſitionibus. Nā ſi ſecundo modo ſumeretur deberet dicere ꝙ cōponitur ex tribus propoſitionibus quia ex duabus premiſſis ⁊ concluſione.

Sequitur textus

Ad ſillogiſmum autem exigitur modus ⁊ figura. Figura ē ordinatio trium terminorum ſecundum ſubiectionem ⁊ predicationem. Hec autem ordinatio ſit tribus modis: vt dictū eſt prius: ⁊ ſecundum hoc tres ſunt figure. ¶ Prima figura eſt quando medium ſubiicitur in vna propoſitione ⁊ predicatur in alia: vt / omne animal eſt ſubſtanſtia: omnis homo eſt aīal: ergo omnis homo eſt ſubſtantia. ¶ Secunda figura quando mediū p̄dicatur in vtraque: vt omnis homo eſt animal: nullus lapis eſt animal: ergo nullus lapis eſt homo ¶ Tertia figura eſt quando medium ſubijcitur in vtraqꝫ: vt omnis homo eſt animal homo eſt ſubſtantia: ergo q̄dam ſubſtantia eſt animal. Unde verſus. Sub: pre: prima. ſcđa p̄ bis: tertia: bis ſub. ¶ Modus ē ordinatio duarum propoſitionū in debita qualitate ⁊ quantitate. Debita qualitas eſt: ꝙ ſi vna ſit negatiua reliq̄ ſit afirmatiua. Debita qnantitas eſt ꝙ ſi vna ē particularis reliqua ſit vniuerſalis.

Sequitur gloſa.

Petrus hiſpanus iſto textu primo ponit diffinitionem figure p̄mittens eā ad ſillogiſmū requiri⁊ intelligit hoc de ſillogiſmo cathegorico: nā d̄ hipothetico non eſt neceſſe ꝙ ſit in figura. Et nō capitur hic figura ꝓprie vt dicit. D. S. opuſculo de natura ſillogiſmorum: ſed ſimilitudinarie: Figura enim ꝓprie eſt q̄ termino vel terminis clauditur: ſicut figura triangularis clauditur tribus lineis. Ad cuius ſimilitudinē ſumitur figura in ſillogiſmo: vt dicit S. D. i ſillogiſmo eſt cōcurſus trium ꝓpoſitionm in trib⁹ t̄mis / ſicut in triāgulo eſt concurſus trium linearum in tribus angulis.

¶ Diffinitur ſic figura in textu. Figura eſt ordinatio trium terminorū ſecundum ſubiectionem ⁊ p̄dicationē. i. ſcđm ꝙ vn⁹ t̄ms ſubijcit̄ i vna ⁊ p̄dicat̄ alia: vl̄ p̄dicat̄ i vtraq̄ꝫ: vl̄ ſubijcit̄ i vtraq̄ꝫ: primum ponitur propter primā figurā: ſecundum propter ſecūdam: tertium propter tertiam. Et ex his patent diffi-

nitiones ⁊ ſufficientia figurarum: quia cum omnis ſillogiſmus (vt predictum eſt) componatur ex tribus terminis et duabus propoſitionibus hoc enim nō pōt eē niſi illorū aliquis ſumat̄ bis: ⁊ nō pōt ſumi bis niſi iſtis tribus modis.ſ. aut ꝙ ꝑdicetur in vna ⁊ ſubijciatur in alia: aut ꝙ ꝑdicet̄ i vtraqꝫ: aut ꝙ ſubijciatur in vtraqꝫ. Unde ponit̄ verſus: ſub. pre. ꝑma.i. prima ſubijcit ⁊ predicat ſuum medium. Secūda: pre bis.i. bis ꝑdicat medium. Tertia bis ſub.i. tertia bis ſubiicit illud. Exemplum prime figure patet hic. oīs homo eſt albus: omne riſibile eſt homo: ergo omne riſibile eſt albū. Ubi li homo eſt medium: li albus: maior extremitas li riſibile minor extremitas. Si vero dicam ſic. Cuiuſlibet hominis equus currit: ſortes ē homo: ergo ſortis equus currit: ſolum li hominis eſt medium: ⁊ reſiduum.ſ. equus currēs: eſt maior extremitas. Sunt tamen qui dicāt li currēs ꝑciſe eſſe maiorē extremitatē: ⁊ li equꝰ nō eē ꝑtē medij: nec mediū ſed eſſe determinationem medij. Sed ſecundum hoc aſſerere oportet poſſe reperiri aliquem terminum in ſillogiſmo qui nec ſit medium: nec maior: nec minor extremitas: nec alicuius horum pars. Verū altercatio hec cum ꝺ nomine ſit: vtrumqꝫ valet ſuſtineri: ſed primum videtur mihi melius: ⁊ philoſopho ⁊ petro hiſpano conformius. Et proportionabiliter dicatur ꝺ ſecunda ⁊ tertia figuris: quoad hoc ꝙ medium ⁊ quelibet extremitas poteſt eſſe totale: vel ꝑtiale extremū in vno vel diuerſis ſillogiſmis.

¶ Ulterius diffinitur modus qui nō capitur hic: ꝓut facit ꝓpoſitionem modalem: nec pro carmine. ⁊c. ſed ꝓ ordie ſillogiſtico. Et diffinitio textꝰ intelligitur ſic. Modus eſt ordo duarum ꝓpoſitionū in aliquo termino adinuicem conuenientium: ita ꝙ ſi vna eſt negatiua: reliqua ſit affirmatiua: nō tamē ecōtra: ⁊ ſi vna ꝑticularis: alia ſit vniuerſalis: nō tn̄ econtra. Et hinc patet quid ſit debita qualitas ⁊ quātitas in gn̄ali: quid vero ſit in ſpeciali: inferius dicetur.

¶ Circa predicta queritur an ſit ponenda quarta figura quā ponit galenus: ⁊ videtur ꝙ ſic: qa iſte ſillogiſmus eſt bonus: omnis homo eſt currens: omne currens non eſt albus: ergo omnis homo nō eſt albus: ⁊ tamen non eſt in aliqua figura trium: igitur eſt ponenda quarta figura. Forte reſpondebis cōcedendo maiorem: ⁊ negando minorem ⁊ dices ꝙ eſt in prima: quia pe. h. dixit ꝙ prima eſt quando in vna ſubijcitur ⁊ in altera predicat̄: ⁊ non quādo ſubijcitur i prima: ⁊ predicatur in ſecunda: ⁊ ſic non eſt contra intentionem. p. h. Sed contra hoc arguitur. Petrus hiſpanus dicit infra: ꝙ in prima figura minore exiſtēte negatiua nihil ſeq̄t̄: ſed i ꝑdicto ſillogiſmo minor eſt negatiua ⁊ ſequitur bn̄: igitur nō eſt in prima

¶ Preterea tranſpoſitio premiſſarum diuerſificat modū ergo ⁊ figurā: Conſequētia pꝫ qa nō ē potior ratio hic ꝙ̄ ibi. ⁊ ans̄ patet in ceſare ⁊ cameſtres.

¶ Preterea tranſpoſitio terminorum q̄ fit ꝑ cōuerſionem multiplicat figuras vt patet: quia dicit ſant. tho. ꝙ̄ tertia figura deſcendit a prima ꝑ conuerſionē minoris ergo trāſpoſitio ꝑmiſſarū ēt variabit figurā Sed in cōtrarium eſt magiſter. p. h. igitur ⁊c.

¶ Ad hanc queſtionem reſpondetur ꝙ illi qui contra hoc contendunt ꝺ nomine diſputant: qui enim dicunt quartam figuram eſſe ponendam: diffiniunt ſic ꝑmam. Prima figura eſt illa in qua mediū ſubijcitur i prima ⁊ ꝑdicatur in ſecunda: ⁊ iſto modo lucidū eſt ꝙ ponenda eſt. ¶ Tenētes oppoſitum diffiniunt figuram vt in textu: ⁊ dicunt primam figurā poſſe conſtitui dupliciter. Uno modo quādo medium ſubijcitur in maiore: ⁊ ꝑdicatur in minore. Secundo quando econtra.ſ. qn̄ ꝑdicatur in maiore ⁊ i minore ſubijcit̄. ⁊ ſic ꝑſpicuū eſt illos ꝺ nomīe diſputare. Jōponit̄ concluſio. Ille ordo arguendi ſillogiſticus in quo diſponuntur taliter due ꝑmiſſe: ꝙ medium ꝑdicatur in ꝑma ꝓpoſitione ⁊ ſubijcitur in ſecunda ē optimus: ⁊ tenens ꝺ forma acceptionis terminorum ſiue vocetur quarta figura: ſiue prima: ⁊ in illo poſſūt cōſtitui tot modi quot in prima figura ꝑmo mō ſūpta: Et in modis affirmatiuis communiter cōcluditur indirecte ⁊ in aliquibus negatiuis. Exemplum primi. Omnis homo eſt riſibilis: omne riſibile eſt currens ergo omnis homo eſt currēs: ⁊ eſt in barbara ꝑme figure tranſpoſitis ꝑmiſſis. Dicitur ⁊ in aliquibus negatiuis quia non in omnibus vt patet hic: nullus homo eſt equus: ⁊ aliquis equus eſt currens: ergo aliquis homo non eſt currens in caſu ꝙ omnes hoīes ⁊ equi currant: ans̄ eſt verū ⁊ conſequens falſum: ⁊ ratio eſt: quia ex parte illius termini currens arguitur a non diſtributo ad diſtributum. Poſſumus tamē ſic concludere directe: ergo aliquod currens nō eſt hō: vel cauendo illud inconueniens indirecte: ſic ergo aliquis homo currens non eſt. Et ſi hoc inconueniēs ⁊ alia caueantur poterimus concludere tam in affirmatiuis ꝙ̄ in negatiuis vtroqꝫ modo.ſ. directe vel indirecte. Et ad collocandos modos in iſta figura nihil aliud facturus es ꝙ̄ accipere modos prime figure ⁊ ⁊ trāſponere ꝑmiſſas: ita ꝙ maior fiat minor: ⁊ minor maior. Immo iſta figura communiter vtebātur antiqui: ⁊ frequentius ꝙ̄ aliqua aliarum: vt patet in oībꝰ operibus. D. S. ⁊ aliorum doctorum.

¶ Nunc reſolutorie dicitur ad autoritatē. p. h. ꝙ. quarta figura continetur in ꝑma: ⁊ ꝙ nō eſt neceſſe ponere eam diſtinctam: Et ſecundū hoc reſpōdetur ad argumenta contra hanc partem obiecta. Verū eſt tamē modos poſitos a magiſtro p. h. deſeruire vt iacēt prime figure ꝑmo mō poſite licet diffinitio prime figure conuenire poſſit ei vtroqꝫ modo ſumpte.

¶ Ad primum reſponſum eſt vſqꝫ ad replicam ad quā reſpondetur tripliciter. Primo: ꝙ regulam ſuā intellexit p. h. de ꝑma figura primo modo ⁊ non ſecundo modo. ¶ Dicitur ſcḋo: ꝙ ipſe intellexit hoc de modis concludentibus directe ⁊ non indirecte: qualiter communiter concluditur in quarta figura. ¶ Tertio dicitur ꝙ regula intelligitur niſi caueatur ꝙ nō arguatur a nō diſtributo ad diſtributū.

Ad ſecundum ⁊ tertium ſimul negatur conſequentia: ⁊ ratio eſt: quia quando variatur aliquid: quod eſt de eſſentia rei: variatur res: non tamē ſi varietur illud quod eſt accidens rei: hoc eſt ꝑ ſe notum Nunc modus eſt ordinatio ꝓpoſitionum: ideo variatis ꝑmiſſis in qualitate vel quantitate variatur modus. Et ſimiliter qa conuerſio alicuius ꝑmiſſe variat ſubiectum ⁊ ꝑdicatum: ideo variat illud quod eſt de eſſentia eius. Et quia figura eſt debita ordinatio trium terminorum ſecundum ſubiectionem ⁊ predicationem: ideo ſi conuertatur vna ꝑmiſſa poterit variari figura: tamen ſola tranſpoſitio non variat iſto modo: ⁊ ꝓpterea nō eſt ſimile.

¶ Circa hec dubitatur. Primo an ſillogiſmus ſit in figura: aut figura in ſillogiſmo. Ad hoc dicitur ꝙ in ſillogiſmo ſunt tria.ſ. ipſe ꝓpoſitiones que ſunt ipſe ſillogiſmus materialiter ſumendo ſillogiſ-

mum: ſicut totum eſt ſue partes: non ꝓprie ſed materialiter. Uel ꝓut eſt p̄dicatio ꝑ cauſam. Et eſt ordo inter illos tres terminos: ex quibus fiūt due ꝓpoſitiones: ⁊ hic ordo eſt formaliter figura: ⁊ eſt virtus illatiua cōcluſionis: ⁊ iſta virtus pōt vocari ſillogiſmus formaliter. Tunc dicitur ꝙ ſi ſillogiſmus ſumat̄ materialiter debemus dicere figuram eſſe in ſillogiſmo Si vero ſumatur formaliter ſillogiſmus eſt in figura: quia virtus illatiua fundat̄ in illo ordine.

¶ Secundo dubitatur an in ſecunda ⁊ tertia figura ꝓprie reperiatur medium ſicut in prima. Ad hoc dicitur ꝙ ſic: capiendo medium ſicut in propoſito ſumitur. Nam hic non vocatur medium eo ꝙ ſemꝑ mediet ſitualiter inter extrema: ſed quia eſt ratio vel cauſa: qua extrema vniantur in concluſione: ſed i p̄ma figura repit̄ mediū vtroq; mō: iō ē ꝑfectior.

¶ Contra predicta arguitur primo ſic. omnis ſillogiſmus eſt hypotheticus: ſed ad nullum hypoteticum ſillogiſmum requiritur modus ⁊ figura: ergo ad nullum ſillogiſmum requiritur modus ⁊ figura: ergo cōtra magiſtrum. Maior patet quia ōnis oratio in qua quibuſdam poſitis ⁊ conceſſis neceſſe ē aliud accidere ē hypotetica: ſed oīs ſillogiſm⁹ ē ōrō i q̄ qbuſdā poſitis. ⁊c. ergo oīs ſillogiſmus eſt hypoteticus. Si dicas quod non bene ſequitur quia non ſeruatur genus Cōtra: ergo iſte ſillogiſmus eſt nullus: omnis homo eſt albus: mulier eſt homo: ergo mulier eſt alba: quod eſt falſum: quia logica p̄ſupponit grāmaticā: ⁊ ſi aliter cōcludatur nō erit bona grāmatica.

¶ Ad hoc argumentum reſpondetur negādo maiorem: ⁊ ad ꝓbationem negatur conſequentia ⁊ ratio non eſt illa: que aſſignatur inter arguendum ſed quia variatur appellatio quia in maiori ly hypothetica determinat li oratio: ⁊ in concluſione determinat li ſillogiſmus ⁊ ſic li hypothetica aplicatur ad diuerſa. Debes ergo ſic inferre: ergo omnis ſillogiſmus eſt oratio hypothetica. Et ſi contra hoc inſurgas arguēdo dupliciter primo ſic: quia dicendo iſto modo: medium intrat concluſionem: quod eſt contra magiſtrum infra. Preterea quia idem defectus committitur in tuo argumento poſito ꝓ replica. Ad primum dicitur quod non eſt inconueniens quādo medium non intrat ſub ratione medij: ſed vt ſeruet̄ aliqua proprietas logicalis.

¶ Ad ſecundum dicitur. Primo ꝙ non ſemper variatio appellationis variat bonitatē conſequētie vt infra dicetur. Dicitur ſecundo quod ſimiliter poteſt dici ergo mulier eſt homo albus: vt ſit conceptio. Dicitur tertio quod non eſt ſimilis ratio: quia in primo argumento variatur ſenſus ⁊ non in ſecundo: ratione illius appellationis: quia non eſt idem dicere oratio hypothetica ⁊ ſillogiſm⁹ hypotheticus q̄a omnis ſillogiſmus eſt oratio hypothetica: ſed dicitur ſillogiſmus hypotheticus q̄a ei⁹ vna p̄miſſa ē hypothetica: tū hō dicitur albus q̄a hēt albedinē: ⁊ iſte ſenſus ſeruatur i maiori ⁊ in concluſione illi⁹ replice: iō non militat efficaciter.

¶ Secūdo arguit̄ ꝓbādo ꝙ nulla ſit maior vł minor ſic: i mēte nec ē maior nec mīor: igit̄ neq; i voce neq; i ſcriptura ꝯña p₃ q̄a vox ⁊ ſcriptura ſubordināt̄ur conceptui ſeu ꝓpoſitioni mentali. Antecedēs autem probatur: quia maior differt a minore ſolum q̄a eā p̄cedit Sed in mēte non eſt preceſſio: neq; ſequela: igitur. Maior eſt euidēs: minor patet: quia p̄ceſſio ⁊ ſeq̄la dicūt ordinem: ſed in mēte non eſt ordo ergo.

¶ Ad hoc argumentum forſan dicet aliquis ꝙ licet in mente non ſit ordo vocalis eſt tamē ordo cōceptionis: ⁊ hoc ſufficit.

¶ Sed cōtra hoc arguitur. Uolo ꝙ maior ⁊ minor ſimul cōcipiantur: tūc ibi nō eſt ordo cōcipiēdi igitur. Ad hoc reſpondet quidā: quod inter maiorem ⁊ minorem oportet ponere prioritatem conſiderationis. Modo inquit maior eſt prior prioritate cōſiderationis.

¶ Sed contra hoc arguitur: quia vł ꝑ cōſiderationē intelligis actum directum intellectus: aut actum reflexum: aut ipſas p̄miſſas naturaliter ꝓprie ſignatas Non primum quia per caſum eodem actu intelligis ambas p̄miſſas. Nec ſecundum quia alias ſeq̄retur quod nunquā maior eſſet maior niſi intellectus reflecteret ſe ſupra illam: ⁊ etiam intellectus poteſt primo reflecti ſupra minorē. Nō tertiū quia ēt repugnat caſui: ⁊ eſt petitio principij in ſolutione: q̄ eque bñ poteſt contingere ſicut in probatione.

¶ Propter hanc vltimā replicā q̄dā alius dicit: ꝙ ſi due p̄miſſe eq̄cito concipiātur: nulla eſt maior neq; minor. Si autem non ſimul concipiantur illa que p̄mo cōcipitur erit maior: ⁊ illa que poſtremo minor. Uel dicitur quod illa q̄ p̄mo conciperetur ſi nō cōcipet̄ ſimul eſt maior ⁊ altera minor.

¶ Sed his non obſtantibus videtur mihi aliter poſſe reſponderi ad argumentum. Pro quo notandum quod dupliciter ſumitur ordo cōceptionis. Uno modo ꝓ vt idem eſt quod prius ⁊ poſterius in actibus intellectus. Alio modo ꝓ vt idem eſt quod intellectio non confuſa: quia dato quod ego ſimul intelligā ſillogiſmum: bene intelligo quod vna p̄miſſa ſubſumit ſub alia: ⁊ quod vna p̄miſſa eſt vniuerſalis ⁊ alia particularis: ⁊ quod vna ꝓpoſitio ſequitur ex duabus. Hoc igitur habito dicitur quod dato quod p̄miſſe ſimul concipiantur: ibi eſt ordo cōcipiendi ſecūdo modo. Nō enim eſt de ratione ordinis prioritas ⁊ poſterioritas. In diuinis nāq; eſt ordo originis ⁊ nō ē ibi reperiri p̄us ⁊ poſterius. Et ſic illa p̄miſſa que ſubſumit ſub alia erit minor: ⁊ illa ſub qua ſubſumitur erit maior: ⁊ hoc in prima figura. Et de alijs dicatur proportionabiliter ſecundum quod ad primam figuram reducuntur.

## Sequitur textus.

Vnde tales dantur regule vniuerſales ad quamlibet figurā. Ex puris particularibus indifinitis ⁊ ſingularibus nihil ſequitur. Unde oportet alterā premiſſarum eſſe vniuerſalem. Item ex puris negatiuis nihil ſequitur. vnde oportet alterā p̄miſſarum eſſe affirmatiuā. Itē ſi aliqua premiſſarum fuerit particularis: concluſio erit particularis: ⁊ non econtra. Itē ſi altera premiſſarum fuerit negatiua: concluſio erit negatiua. Item medium nūquā debet poni in concluſione.

Sequitur gloſa.

Pro iſtius textus explanatione ⁊ vt materia tota ſillogiſmorum ꝓfus intelligi valeat ponende



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

ſunt aliquot notanda. Eſt igitur primo ſciendum nō ſolum ſillogiſmum materialiter bonum: ſed etiā malum poſſe dici ſillogiſmum: preſertim tenendo conſequentiam malam eſſe conſequentiam: hoc patet. Nam hec conſequentia animal eſt homo: leo eſt eſt animal ergo leo eſt homo: eſt mala: ⁊ nō poteſt reduci ad aliquam ſpeciem cōſequentiarum malarum niſi ad ſillogiſticā: igitur. Conſimiliter ꝓbari poteſt hanc conſequentiam bonam materialiter / animal eſt homo: riſibile ē animal: ergo riſibile eſt homo eſſe ſillogiſticā: eſt. n. bona materialiter: ⁊ non inductionec enthimema nec exemplum: ergo ſillogiſmus.

¶ Ponam igitur primo conditiones requiſitas ad hoc quod aliqua conſequentia habeat ſillogiſticam diſpoſitionem: ſiue conſequētia talis ſit mala ſiue bona: ſiue formalis aut de forma acceptiōis terminorum. Secundo dicetur quid ſufficiat ad hoc quod conſequentia aliqua ſit bona materialiter. Tertio q̄ conditiones ſint neceſſarie ad hoc quod conſequentia aliqua ſit ſillogiſtica ⁊ adeo bona vt teneatꝰ forma: ⁊ de forma acceptionis terminorum. Nec tñ his obſtat expoſitio diffinitiōis ſillogiſmi ſupra poſita: eo quod diffinitio illa detur de ſillogiſmo bono cū malus ſillogiſmus cōmuniter peculiari nomine pallogiſmus dicatur: ac ꝓinde li ſillogiſmus abſq; addito ꝓ bono ſoleat accipi quamuis ⁊ bonum ⁊ malum ſignificet: ſicut li conſequētia q̄ diuiditur in toto ſuo ambitu in ſillogiſmū ⁊ enthimema ⁊c. Que itidē diuiditur in bonam ⁊ malam: ⁊ per conſequens quodlibet illorum membrorum poteſt ſic diuidi. ſ. ſillogiſmus / in bonum ⁊ malum: Entimema i bonum ⁊ malum. Nec dubito aliquem poſſe dicere conſequētiam p̄mo diuidi in bonā ⁊ malam: ⁊ ſolum bonam ſubdiuidi in p̄dicta quatuor membra. Sed tunc illius itereſt quatuor nomina q̄rere quibus nuncupentur q̄tuor ſpecies malarum conſequentiarum in quas mala cōſeq̄ntia diuidi poſſit. Uerum quia controuerſia hec de nomine eſſe videtur ⁊ tenendo conſequentiam malam eſſe conſequentiam conditiones melius intelligētur: ideo hac opinione retenta conſtituam conditiōes oēs: Et p̄mo eas q̄ ad ſillogiſticā diſpoſitionē req̄rūtur p̄mittendo tñ conditionē q̄ndā generalē ſeu fundamentalem q̄ talis eſt.

¶ Oportet omne aggregatum (ſi ſillogiſticam diſpoſitionem habere debet) eſſe conſequentiam vere vel apparenter differenſq; ab aliis cōſeq̄ntiarum ſpeciebus penes hoc quod d̄notatur ibi vnionem vel diuiſionem duorum terminorum ſeq; ex eorundem diuiſiōe vel vnione cū aliquo tertio. Ex quo deduco quinq; alias ſpeciales. Quarū p̄ma ē. Quod oportet tale aggregatum tantum componi ex duabꝰ premiſſis ⁊ vnica concluſione: quarum quelibet ſit cathegorica ꝓpoſitio ſ. quelibet p̄miſſa ⁊ ēt concluſio.

¶ Secunda quod prefate premiſſe tantum componantur ex tribus terminis quorum vnꝰ ſit mediū alius vero maior: ⁊ alius minor extremitas. Ita vt ex vnione vel diuiſione duorum cum tertio d̄notetur ſequi vnio vel diuiſio eorum inter ſe ⁊ quod ꝯclō componatur ex p̄fatis duobus tantum. Dicit̄ quod premiſſe tātum componantur ex tribus terminis: ⁊ intelligitur niſi forſan aliquid addatur ad ſeruādas ꝓprietates logicas: vt oīs hō currit: oē albū poſſibiliter eſt hō qui eſt homo: ergo oē album currit.

¶ Tertia quod medium ad minus in vna p̄miſſarum ſit totale extremum: Unde hec conſequentia nō eſt ſillogiſtica: quemlibet hominem leo videt: quemlibet hominem angelus cuſtodit: ergo quē angelus cuſtodit homo videt. Nā vł li quē ſumitur trāſcēdētaľr vel relatiue. Si primum: iam ſunt quatuor termini: ſi ſecundum: ꝯclō cōponitur ex tribꝰ t̄ris.

¶ Quarta ſi medinm totale in aliqua premiſſarum fuerit obliqui caſus in antecedente / aliqua extremitas debet eſſe eiuſdem obliqui caſus in conſequente: taliter quod ſi medium fuerit in maiori obliqui caſus illud quod ſimul cum medio conſtituit totale extremum ponatur ex p̄te minoris extremitatis i ꝯclōe habentis eandē obliquitatē quā habuit mediū in maiori: econtra vero fiat ſi medium fuerit obliqui caſus in minori. Exemplum p̄mi. Cuiuſlibet angeli leo rugit: Gabriel eſt Angelus: ergo Gabrielis leo rugit. Secundi. Omnis homo eſt animal: album eſt hominis leo: ergo album eſt animalis leo. Similiter etiam quando vtrobiq; medium fuerit recti caſus ſi alicubi non eſt totale extremum oportet illud quod cum medio ē totale extremū i ꝯclōe poni: ita quod ſi fuerit in maiore adiungatur minori extremitati. Et ſi i minori apponatur maiori: niſi forſan fuerit cōditionatum aut copulatum diuiſiue captū vt infra dicet̄.

¶ Quinta quod medium nullatenus de ꝑ ſe ingrediatur ꝯcluſionē. Dico de ꝑ ſe: quia de ꝑ accidens non inconuenit. Intelligo autem de ꝑ ſe quādo taliter ponitur medium quod ſine ipſo non poſſet conſtitui ꝯclō. De ꝑ accidēs autem q̄ndo poſſet q̄dē ſed non ſeruatis proprietatibus logicis: vt infra exemplificabitur.

¶ Alij ponunt aliam conditionem. ſ. quod ambe extremitates ſint totalia extrema: ſed illud nō oportet: ſufficit enim vnam earum eſſe totale extremū: ſed hoc non explicite poſui: eo quod i tertia icludatur. Si. n. in vna p̄miſſarum medium eſt totale extremum: neceſſario aliud extremum totale debet eſſe extremitas Determinatiōes autem copularum in preſenti copulis annumerari debent.

¶ Ad hoc autem quod conſequētia aliqua ſillogiſtica ſit materialiter bona duo inueniri i ea neceſſe eſt. Primum eſt vt omnes p̄fate conditiones ſeruentur: alioquin ⁊ ſi conſequētia bona ſit materialis non tamen merebit̄ dici ſillogiſtica. Secūdum eſt: vt ei deficiat aliqua conditio ex poſtea ponendis ad bonitatem formalem ſillogiſticam req̄ſitis. Unde ſūt iſte materiales bone: homo eſt aīal: riſibile eſt homo: ergo riſibile eſt animal. Leo non eſt homo: album ē leo ergo album uon eſt homo.

¶ Conditiones vero requiſite ad bonitatē formalem ſillogiſticam bipartiuntur: Quedā enim attenduntur ex p̄te p̄miſſarum inter ſe. Quedā vero ex p̄te p̄miſſarum reſpectiue ad concluſionem. Prime dici poſſunt conditiones connexionis / eo quod eis reguletur connexio extremitatum cum medio. vt infra videri pōt. Secunde vero illationis eo ꝙ eis mediantibus dignoſcatur qualiter recte cōcluſio inferatur. Ab aliis p̄me nuncupantur intrinſece: ſecunde vero extrinſece: ſed nihil hoc in ꝓpoſito refert Ponūt autē cōiter ſeptē regule vł octo: Sed tu p̄us accipe vnā generalē ſeu fundamētalē: quā ſi bene calluerís: oēs alias intelliges. Et ſi illarū oblitus fueris faciliter eas ad memoriā reducere poteris. immo eas nouiter conſtituere. Eſt igit̄ vniuerſalis regula hec.

❡ In omni bono ſillogiſmo inconuenit extremitates taliter vniri cum medio quod poſſint p̄miſſe ſimul ſtare in veritate aut verificari ꝓ diuerſo: aut diuerſis ſuppoſitis eiuſdem medij: aut vna ꝓ aliquo vel aliquibus ⁊ alia ꝓ nullo abſolute: put cōtingere poteſt in negatiuis. Volo dicere quod ſi maior extremitas (aut quod in idem reddit) p̄ma p̄miſſa totaliter verificatur ꝓ aliquo vel aliquibus ſuppoſitis medij: ⁊ alia p̄miſſa verificatur ꝓ alio vel alijs totaliter: tales p̄miſſe erunt inhabiles ad inferendū aliquam concluſionem formaliter ſillogiſtice. Dico autem totaliter: quia dicendo / omnis homo currit caſu quod decem homines currant: verificatur ꝓ vno ⁊ ꝓ duobꝰ ⁊ ꝓ tribus: ſed hoc ꝑtialiter Totaliter aūt redditur vera ꝓ ſingulis copulatiue. Si autem eēt īdefinita: totaliter poſſet verificari ꝓ vno ſolo. Verbi gratia he p̄miſſe / omnis homo eſt currens: ſortes eſt vel fuit homo / ſunt inhabiles. Nam ſiue concludat ſortes eſt currens: ſiue ſortes eſt vel fuit currens dabitur aīs verum ⁊ cōſequens falſum: in caſu quo oīs homo currat ⁊ ſortes nō ſit ſed fuerit ⁊ nunq̄ cucurrerit. Conſimiliter he p̄miſſe / nullus homo fuit albus: omne riſibile erit albom: ſunt indiſpoſite ſiue inferat ergo nullū riſibile fuit homo: ſiue nullum riſibile erit homo. N caāſu quo ſint hoīes q̄ fuerint ⁊ futuri ſint quorū nullꝰ fuerit albꝰ: ſed oīs ſit futurus talis: dabitur aīs verū ꝯn̄te exiſtente falſo. Eſt tamen hic ſumme notandum predictum fundamentum ſic ēē intelligendum. ſ. quod premiſſe non verificentur vt p̄dicte: nec poſſint in illis t'ris nec in alijs terminis aliq̄rum premiſſarum eiuſdem forme.

❡ Ratio autem huius fundamenti eſt. Nam omnis ſillogimſus aut eſt affirmatiuus aut negatiuus. Si primum in concluſione vniuntur extremitates inter ſe eo quod vnite fuere ī aīte cum medio. Si ergo nō fuerunt vnite cū medio ꝓ eodem vel eiſdem ſuppoſitis nulla erit neceſſitas eas vniri inter ſe in concluſione: ac ꝓinde dari poteſt ꝯſequēs falſum aīte remanente vero. Si autem ſillogiſmꝰ negatiuꝰ fuerit: tunc extremitates diſiungunt̄ in cōcluſione eo quod vna earum diſiungitur a medio ⁊ alia cū eodem vnitur. Non enim eo aliqua duo inter ſeſe ſunt ſeparāda q̄ diſiungūtur a quodam tertio: alioquin riſibile vere negaretur de homine quia vtrunq̄ negat̄ d' equo. Si ergo vna ꝓ aliqua vel aliquibus vnitur: ⁊ altera ꝓ alia vel alijs diſiungitur non erit neceſſe eas ipas inter ſe diſiungi: quapropter dabitur faciliter aīs verum ⁊ conſequens falſum. Et idem intelligo ſi non ſit ſuppoſitum ꝓ quo fiat diſiunctio in negatiua quia illud ſufficit ad eiꝰ veritatem: vt ſi nullum album ſit hec ē vera / nullum album eſt homo: cui ſi apponatur hec oē riſibile poſſibiliter ē albū conſtituentur due p̄miſſe inhabiles.

❡ Ex iacto igitur fundamento iſto deduco atque infero nouem ſpeciales conditiones. Quarū prima eſt: Quod mediū nō teneat̄ equiuoce. Probat̄ q̄ ſi ſecꝰ fiat: premiſſe poterūt verificari ꝓ diuerſis ſuppoſitis ex ꝑte medij vt hic pꝫ / oē ridēs habet os pratū ridet: ergo pratū hēt os. Si li ridēs ī maiore ſumat̄ proprie ⁊ in minore methaphorice.

❡ Secunda / quod medium non teneatur diuerſimode quo ad acceptionem vnicā vel non vnicam. Probatur / quia ratione talis diuerſitatis extremitates verificabunt̄ ꝓ diuerſis vł vna ꝓ aliquibus: ⁊ alia ꝓ nullo: Ut hic patet / angeli leo non eſt aīal: q̄libet angeli leo eſt rugibilis: ergo rugibile non ē aīal. Nam caſu quo aliqui angeli poſſideant leones: ⁊ aliq̄ non: aīs eſt verū ⁊ non conſequens / ⁊ patet negatiuā reddi verā deſcēdēdo ad āgelos nō hn̄tes leōes: ī qbꝰ deſcendentibus li leo ꝓ nullo ſupponit.

❡ Tertia / quod mediū diſtribuatur cōplete in aliqua earū / vel taliter diſponatur in ambabꝰ ſimul q̄ non fiat contra p̄dictum fundamētū: quod poterit fieri ſi medio in vna diſtributo incomplete ī alia ꝑticularizetur incomplete mediante ſigno quo contradicitur ſigno diſtribuenti incomplete. Exemplū p̄mi notum eſt. Secūdi patet in iſtis: vterq̄ hō currit / ſortes ē alter hō / ergo ſortes currit. Non aūt valeret ſi diceretur ī minore / ſortes eſt vterq̄ hō. Nā in diuinis dabilis erit inſtantia / quam ſi aliquis nollet admittere. dicetur non poſſe dari antecedens verum ⁊ ꝯn̄s falſum ꝓpter minoris ꝓpoſitionis impoſſibilitatem / non ꝓpter formā ſillogiſticam. Quod patet q̄ non valet / vterq̄ homo currit: a. album vterq̄ homo eſt: ergo album currit: Nam caſu quo ſint quatuor homines ſedentes duo albi: ⁊ duo nigri currentes / aīs ē verū ⁊ ꝯn̄s falſum. Probatio huius conditionis ex caſu liq̄t. Vides. n. primā ꝓpoſitionē ꝓ vno binario: ⁊ alterā ꝓ altero verificari. Ex hac regula pꝫ intellectus prime regule textus.

❡ Quarta / quod ſi mediū fuerit copulatū complexiue ſumptum oportet quamlibet partem in vna premiſſarum diſtribui vł ad minꝰ vnam in vna: ⁊ aliā vel alias in reliqua: dū tamen non ſupponāt partes non diſtribute confuſe tantum. Ratio ſimiliter vł ꝓbatio huius ex dictis eluceſcit: tunc enim extremitates ꝓ diuerſis verificabuntur ratione confuſionis: quod impeditur ꝑ ſuppoſitionis determinate appoſitionem. Unde non valet: omnis homo ⁊ homo ſunt vnum animal: omnia riſibilia homo ⁊ omnis homo ſunt (volo li homo confundi reſpectu ſecūde partis): ergo omnia riſibilia ſunt vnū animal: in caſu. n. quo ſint tantum duo homines: aīs eſt verum ⁊ ꝯn̄s falſū. Prima ꝓpoſitio patet vera deſcendendo p̄mo ſub li homo in primo loco: ⁊ poſtea ſub li homo in ſecundo loco / ſub quo q̄libet d'ſcēdēs ſub primo t'ꝫ verificabit quando in prima ꝑte ⁊ in ſecunda copulati demoſtratus fuerit idem homo. Nec enim eſt vera iſte homo ⁊ iſte homo ſunt vnū animal demoſtrato vtrobiq̄ ſorte: Veritas autem ſecunde ꝓpoſitionis elucidat̄ deſcēdēdo p̄mo ſub ſubiecto ſic: iſta riſibilia. a. homo ⁊ omnis hō ſunt: ⁊ nō ſunt plura riſibilia / ergo ⁊c. Veritas autem huius ſingularis pꝫ deſcendendo p̄mo ſub ſecunda ꝑte: ⁊ ſecundo ſub prima. Deſcendentes ſiquidem ſecunde ꝑtis ſunt due ⁊ q̄libet earū habebit vnā d'ſcendentē ſub prima parte verā / q̄n̄. ſ. d'moſtratus fuerit alter homo ab eo qui demoſtratus fuit in ſecūda parte / vbi luce clarius vides premiſſas verificatas eſſe ꝓ ſuppoſitis diuerſis. Nam maior verificata fuit pro ſingulis hominibus ſeorſum: ⁊ minor pro duobus ſimul ſumptis / quo fit vt tanta ac tali differentia differant ſuppoſita ꝓ quibus fuit vna p̄miſſa verificata a ſuppoſitis ꝓ quibꝰ alia reddit̄ vera / q̄nta ⁊ q̄li binarius differt ab vnitate. Si vero ille t'ſ q̄ ſtetit confuſe ſtaret determinate hoc non accidiſſet ac ꝓinde bonus fuiſſet ſillogiſmus.

❡ Quinta / quod nec mediū nec pars medij poſſit ꝓ pluribus verificari in p̄miſſa vbi non diſtribuitur q̄ vbi diſtribuitur: Siue fuerit ratiōe am=

pliationis: ſiue minoris reſtrictionis vel appellationis vel vndecunq; cõtigerit. Unde non valet / omne album eſt riſibile: omnis equus poſſibiliter eſt alb⁹ ergo omnis equus poſſibiliter eſt riſibilis. Nam caſu quod ſoli homines ſint albi añs eſt verum ⁊ ↄñs falſum. Similiter non valet: omnis planeta ⁊ ſol eſt ſol: ⁊ luna ⁊ ſol poſſibiliter eſt planeta ⁊ oĩs ſol: ergo luna ⁊ ſol plr ſunt ſol. Nam añs eſt verũ ⁊ non ↄñs: in caſu quod ſolus ſol ſit ĩ celo: ⁊ quod ſit impoſſibile eſſe plures ſoles in mundo.

¶ Proportionabiliter dr̃ medium non debere ſic ſtare vt poſſit ꝓ pluribus accipi in premiſſa vbi diſtribuitur incomplete ꝙ̃ vbi complete diſtribuitur. Nec vbi diſtribuitur minus incomplete ꝙ̃ vbi diſtribuit᷑ magis complete. Exemplũ primi / non tenet: vterq; homo erit legens: omnis homo eſt albus: ergo albũ erit legens. Nã caſu quo ſint nunc Sortes ⁊ Plato albi ⁊ nulli alij homines: ⁊ nunꝗ̃ ſint lecturi ſed craſtina die ſint naſcituri duo homines nigri lecturi / añs eſt verum ⁊ non conſequens. Exemplum ſecũdi habetur in eodẽ caſu: mutato li omnis / in li alter.

Qualiter autem intelligatur in iſtis regulis mediũ vel extremitatem verificari de aliquo dicetur infra ĩ notabilibus: pro elucidatione regularum inſtandi poſitis. Hanc regulam aliqui ſub iſto tenore conſtituebant. ſ. ꝙ minor nõ egrediatur limites maioris ꝓpoſitionis. Ratio etiã huius regule in propatulo eſt: cum enim medium vbi non diſtribuitur ſtet magis ample tota illa p̃miſſa poterit verificari ꝓ aliquo ſuppoſito medij ꝓ quo nõ fuit alia v̾ificata: Et ꝙ mediũ etiam ſi vtrobiq; diſtribuatur non accipiat᷑ taliter ꝙ p̃miſſe poſſint verificari ꝓ diuerſis ſuppoſitis ipſius medij ratione diuerſarum differentiarũ temporum. Unde nõ valet / omnis homo fuit albus: ⁊ oĩs homo fuit niger: ergo quod erit niger fuit album: nec valeret qualitercunq; concludat᷑. Nam in caſu ꝙ nullus ſit: ſed multi fuerunt albi ⁊ alij ſint futuri nigri: dabitur añs verum ⁊ ↄñs falſum.

¶ Septima / quod medium non poſſit per ſe ſumptum aut cum ſibi adiuncto ſi illud habeat verificari ꝓ pluribus in p̃miſſa affirmatiua ꝙ̃ in negatiua: aut in illa in qua ponitur negatio negans aliquã copulam. Exemplũ primi / nullum album currit: oĩs homo contingenter eſt albus: ergo nullus homo cõtingenter currit. Secundi / cuiuſlibet angeli quilibet leo eſt albus: petrus non eſt angelus: ergo albũ non eſt petri leo / qui tamen videt᷑ eſſe in fapeſmo cũ nõ ſit ob defectum p̃dictũ. Exemplum tertij / omnis angel⁹ eſt ⁊ non fuit ſubſtantia: petrus eſt vel fuit angeli homo: ergo petrus angeli homo eſt ⁊ nõ fuit. Ratio autem in omnib⁹ eſt / quia mediũ in p̃miſſa affirmatiua vel ipſum cum ſibi adiuncto verificatur ꝓ alio ꝙ̃ medium in negatiua. Hic tamen obiter aduerte in p̃ſenti materia ſumi has ꝓpoſitiones ꝟ diſiũcta vel copulata copula ꝓut ſunt v̾ificabiles ꝑ aſcenſũ vl̾ deſcenſum immediate factum ſub terminis p̃cedentibus tales copulas / ⁊ ſic communiter ſumitur complexiue talia aggregata. Et non ꝓut immediate ſunt reducibilia ad hipotheticas. Hec regula antea ſic ponebat᷑ ab alijs. ſ. ꝙ non plus p̃dicetur in minori ꝙ̃ fuit medium diſtributũ in maiori: ſtatuebãt autem ſic iſtam regulam ꝓ̃cedentem q̄a ſolum conſiderabant q̃tuor modos p̃mos prime figure: ⁊ quia in illis ſemper minor eſt affirmatiua: ⁊ communiter mediũ in eadẽ non diſtribuitur: ideo conformiter de eis loquebant᷑. De alijs autem iudicium ſumendũ affirmabant ſecundũ ꝙ ad dictos primos quatuor modos reducuntur. Et he due regule antiquorum poſſunt fieri vniuerſales: ſi in ſillogiſmis negatiuis voces p̃miſſam negatiuam maiorem: ⁊ affirmatiuam illã in qua mediũ diſtribuitur ſi tantũ diſtribuitur in vna: vel primã ſi ĩ ambabus diſtribuitur / ⁊ medium tenetur in vtriſq; eque ample: Si autẽ: illa in qua ſtat magis ample dicetur maior. Ex hac regula / noteſcit ſenſus regule poſite in textu ſequenti.

¶ Octaua / quod ad minus vna premiſſa ſit affirmatiua: vnde non valet / nullus leo eſt homo nullum riſibile eſt leo: ergo nullum riſibile eſt homo. Ratio autem eſt quia extremitates non diſiungũtur inter ſe: niſi quia vna fuit diſiuncta ⁊ alia vnita cum medio in añte vt dictum eſt. Qualiter autẽ ſumat᷑ ĩ p̃ſenti ꝓpoſitio negatiua dictũ eſt ſupra. Et ex hac regula eluceſcit ſecunda regula textus.

¶ Nona / quod medium non teneatur diuerſimode quoad genus ſuppoſitionis: vnde non valet / null⁹ homo eſt vl̾e: ſpecies ẽ homo: ergo ſpecies non ẽ vl̾e. Ubi clare patet extremitates ſeu p̃miſſas non verificari ratione diuerſi ſignificati illius termini homo. Unde non eſt ibi ꝓprie equiuocatio / ſed diuerſitas in re ſignificata ⁊ in illius acceptione non in ſignificatione. Idem dicatur de iſto / nullus homo ẽ nomen: ſortes eſt homo: ergo ſortes non eſt nomen: Uides ergo fundamentũ poſitum ſolidiſſimum eſſe ⁊ tot eſſe conditiones intrinſecas eius ſoliditati ſubſeruientes: tot modis: quot poterat deſtrui ſeu labefactari. Unde ſi aliquando tibi occurrerit alius modus aliquo pacto p̃dicto fundamẽto contrarians licitum tibi erit aliam cõditionem qua poſſis illi reſiſtere apponere ſup̾adictis. Quo contra ſi non obſeruata aliqua p̃dictarum conditionũ non fiat contra p̃dictum fundamentũ: non erit neceſſe talem ſeruare conditionem vt videri poteſt quando acceptio vnica equalet nõ vnice vel econtra: tunc enim non inconueniet medium teneri diuerſimode.

¶ Nũc ſtatuende ſunt conditiones extrinſece ſeu illationis. Sed anteponenda ẽ q̄dam generalis ſeu fundamentalis conditio: vti ſupra in alijs conditionibus factũ eſt: ex qua mente retenta ⁊ p̃intellecta alie faciliter intelligi ⁊ deduci poſſunt. Ea autẽ talis ẽ. ¶ In oĩ bono ſillogiſmo inconuenit extremitates taliter diſponi in concluſione quod ad veritatem talis concluſionis requiratur eas ipſas extremitates verificari affirmatiue aut negatiue inter ſe ꝓ plurib⁹ aut pautiorib⁹ / aut omnino diuerſis ſuppoſitis / aut pro eiſdem: ſed pluribus modis ꝙ̃ fuerint vnite aut vna diſiuncta ⁊ alia vnita cum medio. Ratio vero eſt nam aut ſillogiſmus eſt affirmatiuus / aut negatiuus Si primum extremitates non habent vnde inter ſe vniant᷑ in cõcluſione: niſi q̄a vnite fuere cum medio: Eñ opꝫ ipſas verificari de ſe aut conſtituere cõcluſionem veram taliter quod non requiratur ipſius cõcluſionis verificationem fieri ꝓ plurib⁹ aut paucioib⁹ / aut omnino alijs ſuppoſitis ꝙ̃ ꝓ illis ꝓ quibus fuerunt vnite cum medio. Et multo magis erit inconueniens ſi in añte aliqua extremitas vnitur cũ medio ꝓ aliquo ſuppoſito: ⁊ in concluſione taliter diſponitur quod pro nullo cum alia extremitate verificetur.

¶ Si vero ſillogiſmus fuerit negatiuus nõ eſt reperire quare extremitates diſiungantur in concluſione

niſi quia in añte vna diſſligitur a medio:⁊ alia eidem vnitur. Si ergo vna ꝑ vno ſuppoſito vnitur ⁊ alia rõne alterius ſeparatur: aut quõnis alio modo cõtingat vnionem vnius ⁊ diſiunctionem alterius eſſe omnino diſparatas: non erit neceſſe tales extremitates ĩ cõcluſione ſeparari intẽr ſe/ aut conſtituere cõcluſionem negatiuam veram. Et multo minus poterũt cõſtituere cõcluſionem affirmatiuam veram/ q̃a illud accidit qñ extremitates vniũtur cũ medio/ quod nõ cõtingit hic. Ex quo ẽt iacto fundamẽto: ſequũtur cõditiones ſpeciales/ quarum prima eſt.

¶ Quod nulla extremitatũ ſumatur in antecedente ⁊ ↄñte equoce: ꝓbatur deductio. Nã alias ꝑ oĩo diuerſis fieret vnio vł diuiſio ĩ añte ⁊ ↄñte vt pʒ hic/ omnis ſtella eſt in celo: canis eſt ſtella: ergo canis eſt in celo: ſi li canis in minori ſtet ꝓ ſtella: ⁊ in cõcluſione pro piſce.

¶ Secũda ꝙ nulla extremitatum ſumatur in añte ⁊ ↄnte diuerſimode quo ad acceptionem vnicam vel nõ vnicam: vt nõ valet/ omnis leo ẽ ſubſtantia: hominis rugibile nõ ẽ ſubſtãtia: ergo aliquod hominis rugibile nõ eſt leo/ deductio claret ex dictis. Uides enim minorem extremitatem verificari de medio: quia deſcẽdẽdo ſub li hominis/ habet multas ſingulares vbi li rugibile nõ ſupponit: poſito caſu ꝙ homines aliquot habeãt leones ⁊ aliquot nõ. Hoc aũt non poteſt fieri in ↄñte.

¶ Tertia/ quod nõ arguatur a nõ diſtributo ad diſtributum. Unde non valet/ omne rationale eſt homo: omne riſibile eſt rationale: ergo oẽ riſibile omnis homo eſt. Ubi vides ĩ maiori verificationem fieri ꝓ eiſdem ſuppoſitis: ſed vno modo tãtum: ſ. q̃a cuilibet rationali correſpõdet vnum ſuppõſitũ illius termini homo: ſed in ↄñte requiritur illud ⁊ vltra ꝙ cuilibet rationali correſpõdeat illud idem ſuppoſitum ⁊ omne aliud ab eo. Si vero dicam ſic/ omnis homo ẽ animal: nullus equus eſt homo: ergo nullus equus ẽ animal: poſito caſu ꝙ tãtum ſint decem aĩalia in mũdo: ſ. 5. homines ⁊. 5. equi/ añs eſt verum ⁊ ↄñs falſũ. Ubi vides/ li animal/ in maiori verificari cum medio ꝓ. 5. ſuppoſitis ipſius extremitatis: ⁊ pro illis ſolum fuit facta diuiſio in minori ꝓpoſitione: quia talia ſup- poſita erant incluſa in medio: ⁊ ad veritatem concluſionis exigitur verificatio ꝓ decẽ ſuppoſitis ipſiꝰmet extremitatis: ac proinde requirit diuiſionem extremitatum in ↄñte fieri pro pluribus ꝙ̃ facta fuerit in añte. Quo fit vt ſi in maiori diceretur ſic/ oĩs hõ oẽ aĩal ẽ: Aut in cõcluſione ſic/ omnis eqꝰ aĩal nõ eſt: ↄña eſſet bona. Et ꝓpter hoc dixit. P. M. in textu: concluſionẽ debere eẽ ꝑticularẽ: ſi aliq̃ ꝓmiſſarũ fuiſſet ꝑticularis. Unde quãdo ꝑdictũ incõueniẽs cauet̃ nõ erit neceſſe hanc regulam ſeruare.

¶ Quarta/ ꝙ nõ arguatur a confuſa tantũ ad determinatam reſpectu multitudinis/ nec a mixta ad mixtam/ taliter ꝙ arguendo ex oppoſito concluſionis cum altera ꝓmiſſarum arguatur a cõfuſa ad d̃terminatam. Unde non valet/ cuiuſlibet angeli leo non ẽ animal: michael eſt angelus: ergo Michaelis leo non eſt animal/ poſito quod/ li leo/ confundatur in ordine ad predicatum. Nam caſu/ quod quilibet angelus poſſideat duos leones/ añs ẽ verum: ⁊ nõ ↄñs: ⁊ ratio ẽ: nam in añte nullum ſuppoſitum ꝑdicati maioris: negatur d̃ ſeipſo. Uolo dicere/ ꝙ maior ꝓpoſitio non verificatur pro eodem ſuppoſito numero. Conſequẽs autem nõ poteſt eſſe verum niſi hoc fiat vt deſcenſu vel aſcenſu elucidari poteſt. Si vero dicam/ oĩs homo ẽ animal: omne riſibile ẽ homo: ergo omne riſibile ẽ. b. animal: tũc oportet cõcluſionem verificari ꝓ paucioribus ſuppoſitis illius termini animal ꝙ̃ fuerit li animal verificatũ d̃ medio/ ad veritatem ſiq̃dem maioris ſufficit cuilibet homini reſpõdeat ſua animalitas: ⁊ ad veritatem ↄñtis exitur vnũ aĩal correſpondere omnibus ſuppoſitis ſubiecti. Dicitur nec a mixta ad mixtam. ⁊c. quia tũc licet extremitates poſſint ꝓ eiſdem ſuppoſitis verificari in ↄñte pro quibꝰ verificate fuere cum medio: tamẽ poterit eſſe hoc diuerſo modo: quod in hoc ſillogiſmo explicatur/ oĩs leo ⁊ omnis equus ſunt. c. portantia nauim: omne hinnibile ⁊ omne rugibile ſunt leo ⁊ equus: ergo oẽ hinnibile ⁊ omne rugibile ſunt. c. portentia nauim. Nam in caſu quod tantum ſit vnus equus cum duobus leonibus cum quorum quolibet portet vnam naui/ añs eſt verum ⁊ non ↄñs. Ubi vides dari añs verũ ⁊ ↄñs falſum: quia ſuppoſita omniũ extremitatum hñt ordinem ꝑpoſterum reſpectu ſuppoſitorum medij q̃bꝰ habẽtibus talẽ ordinẽ minor ⁊ maior extremitas ĩ antecedente aliter ⁊ aliter cõuenit eiſdẽ ſuppoſitis: Inſup arguẽdo ex oppoſito ↄñtis cum altera ꝓmiſſarum in ferẽdo oppoſitum alterius arguetur in bocardo/ a cõfuſa ad determinatam: medio vel ꝑte medij ſtante confuſe tantum vt patet ſic dicendo/ leo ⁊. a. equus non ſunt portãtia lapidẽ: omnis leo ⁊ oĩs equus hinnibile ⁊ rugibile ſunt/ ergo hinnibile ⁊ rugibile non ſunt portãtia lapidẽ. Si autem aliquando valuerit a mixta ad mixtam: erit quia iſte cauſe ceſſabũt: vł ↄña nõ erit ſillogiſtica. Et ſi dicas ergo ſi in minori diceretur/ omne rugibile ⁊ omne hinnibile ſunt leo ⁊ equꝰ: conſequentia eſſet bona. Reſpondetur diſtinguendo/ maĩr: ſic cõcedo formaliter ⁊ ſic nego: quia in ſimili ĩſtabitur vt ex dictis patet.

¶ Quinta/ ꝙ non arguatur a nõ amplo ad amplum/ nec a minus amplo ad magis amplum/ nec a magis reſtricto ad minus reſtrictum cum diſtributione ampli: aut magis ampli ad minꝰ reſtrictũ/ ſiue affirmatiue ſiue negatiue: quo circa nõ ſequit̃ omnis leo poſſibiliter rugit: omne album ẽ leo: ergo oẽ albũ poſſibiliter rugit. Ratio lucet ex dictis: nam li album vnitum fuit cum medio ꝓ ꝑſentibus ſuppoſitis ipſiꝰ tãtum: in ↄñte vero ꝓ omnibus poſſibilibus/ taliter ꝙ ꝓ omnibus illis ſuppoſitis oportet verificationeʒ fieri/ ſi cõcluſio vera eſſe debet. Unde ſi diſtributio ĩ cõſequẽte eſſet ablata/ bona eẽt ↄña. Et ſi ꝓ pluribus ſtaret minor extremitas ibidẽ ꝙ̃ ĩ añte: quia tunc non req̃reret̃ ꝓ omnibus illis reddi ↄctio vera. Sed ſufficerẽt: ſuppoſita ꝑſentia ꝓ quibꝰ minor extremitas vnita fuit cum medio.

¶ Sexta/ ꝙ non arguatur ab amplo ad nõ amplum/ nec a magis amplo ad minus amplum/ nec a minus reſtricto ad magis reſtrictũ affirmatiue/ ſiue hoc fiat cum diſtributione vel ſine illa. Uñ non valet/ oĩs hõ ꝑtr currit: oẽ riſibile ẽ hõ: ergo oẽ riſibile currit. Nã caſu quo nullꝰ hõ currat: añs ẽ verũ ⁊ ↄñs falſum. Nec ſeq̃ret̃ ſi cõcluderet̃/ ergo riſibile currit: Nõ etiam ex ſupradictis euadit nota.

¶ Attamen pro iſtis duabus regulis immediate dictis ⁊ ꝓ intelligẽtia clariori regularum inſtãdi ponuntur hic ſex regule q̃ communiter ponuntur ĩ hac materia. ¶ Prima a nõ ãplo ad amplũ affirmatiue ſine diſtributione ampli etiã abſq; conſtãtia vni-

uerſaliter. Secunda / a nō amplo ad amplum cū diſtributione ampli: nec affirmatiue nec negatiue valet. Tertia / a non amplo ad amplū ſine diſtributione ampli: ⁊ cum conſtantia nō ampli valet. Quarta / ab amplo ad non amplum cum diſtributiōe ampli: ⁊ cū cōſtantia non ampli affirmatiue valet. Quinta / ab āplo ad nō amplum negatiue: cum diſtributione ampli et ſine conſtātia vꝫ. Sexta / ab amplo ad non amplū ſine diſtributione ampli non vꝫ / nec affirmatiue nec negatiue: nec cum cōſtantia nec ſine illa. Et eedem regule poſſunt ſeruari in cōſequētijs vbi arguitur ab inferiori ad ſuperius vel econtra: vel a minus amplo ad magis amplum / vel econtra: vel a magis reſtricto ad minus reſtrictum / vel econtra.

¶ Septima / ꝙ extremitates in antecedēte ⁊ in ꝯñe nō ſic teneant diuerſimode vt neceſſe ſit eas ꝓ diuerſis omnino ſuppoſitis verificari. Unde non valet / omnis homo ē albꝰ: ⁊ omnis homo fuit niger: ergo nigrum ē album. Nam in caſu ꝙ omnis homo nūc ſit albus: ⁊ in tpe pͥterito niger / antecedens ē verum ⁊ non cōſequēs: ideo cōcludendū ē ſic / ergo quod fuit nigrum eſt album.

¶ Octaua / quod ſi aliqua premiſſarum fuerit negatiua: concluſio debet eſſe negatiua. Et econtra / ſi nulla premiſſarum fuerit negatiua / concluſio debet eſſe affirmatiua: ⁊ ratio ē / quia non ābe extremitates fuerunt vnite cum medio. Unde non ē neceſſe eas vniri inter ſe vt dictum eſt. Unde nō valet / nullū creans cōtingenter ē eſſentia diuina: pater contingenter ē creans: ergo pr̄ contingenter nō eſt eſſentia diuina. Nec in pͥſenti facio vim inter cōtingēter ⁊ libere. Et hec regula ponit in textu ſub eiſdem verbis.

¶ Nona / ꝙ non varietur appellatio: quia nō valet / oīs deus pr̄ ē creans: pater neceſſario eſt deus: ergo pater neceſſario eſt creans. Nō eſt: quia li creans taliter ſumitur ꝙ poteſt verificari de deo i antecedēte nō autem in cōcluſione ratiōe appellationis diuerſe. Et regl'a hec ē itelligēda ꝺ appellatiōe ipediēte ꝯñe bonitatē. Nō .n. oīs mutatio appellatiōis hoc impedit: vt in fine appellationis dictum eſt.

¶ Decima / quod extremitates non ſupponant diuerſimode quoad ſuppoſitionis gña. Unde non ſequitur / nullus homo eſt ꝓprium: riſibile ē homo / ergo riſibile nō eſt proprium. Deductio ex fundamento generali liquida eſt. Ex quo poteris elicere quādo iſte cōditiones impediunt ⁊ qñ non. Nō enim ſemꝑ ē incōueniens arguere a nō diſtributo ad diſtributum: vel variare acceptionem vnicam in nō vnicam: ⁊ ſic de alijs ⁊ hoc erit / quando iſtis repertis nō itur contra predictum fundamentum.

¶ Undecima / quod copula cōcluſionis inſequatur vel ſit ſinonyma cum copula maioris vt nō ſequitur / omnis homo eſt, vel fuit animal: Sortes eſt homo ergo Sortes fuit animal: Que regula (ſicut ⁊ ꝑcedentes) argumētorum ſolutionibus limitabitur. Qualiter autem due baſes ⁊ totius ſilogiſtice artis principia intelligenda ſint (q̄ ſunt. Quecūꝗ cōueniunt aut ſunt eadē vni tertio: cōueniunt aut ſunt eadem inter ſe. Et quecunꝗ ſic ſe habent ꝙ vnum cōueniet cū tertio ⁊ alterū ab eodē diſſigit nō ſunt eadē iter ſe: aut inter ſe diſſigunt) dicet i opuſculo diuinorum terminorum prima cauſa fauente.

¶ Poſitis iam cōditionibus ad ſillogiſticā bonitatem prerequiſitis: ⁊ apertis defectibus qui ex earum abſentia contingere poſſunt ſub nominibus q̄bus a neotericis dialecticis nuncupantur: non abre me facturum arbitratꝰ ſum ſi breuiter edoceā q̄bꝰ nōibus vti debeamus in iiſdem defectibus aſſignandis antiquos inſequendo: vt vel eorum mētem calleāt logici tirunculi quando eorum libros legere contigerit. Quocirca ſciendum antiquos ſoluiſſe palogiſmos vl' eorū ꝺfectus apuiſſe ſub nominibꝰ fallatiarū. Unde qñ in aliqua ꝯña interueniebat defectus aliqs / dicebant ibi reperiri fallatiam.

¶ Incipiēdo igitur a primo defectu qui accidit qñ mediū equoce tenet / opꝫ hoc poſſe cōtingere qñ ſolus vnus tr̄s tenet equiuoce: ⁊ qñ aliq̄ tota oro. Exemplū pͥmi poſitū ē ſup. Secūdi patet i hac orone / liber philoſophi / q̄ ſecūdū ſe totā categorematice pōt ſignare librū poſſeſſum a philoſopho / vel librū ab eo editum: licet hec diuerſitas oria fa diuerſo regimine illius genitiui philoſophi. Pro quo vide d. S. opuſculo ꝺ fallatijs: vel explifica i hac orone / hoc ē aial: ſi retēta ſignatione quā mō hēt / iponat ad ſignādū leonē currere: Si ergo equiuocatio mediū contingat ex pte vnius trī tm̄: dr̄ fallatia equiuocationis: Si vero ex pte orōnis: dicit āphibologie. i. dubie ſentētie fallatia. Idē dicito de extremitate vel extremitatibus ſi cōtingat in eis equocatio in ꝯñte reſpectu ān̄tis: videlicet ꝙ ſi fuerit ex pte vnius trī erit equocatio. Si ex parte orationis amphibologia.

¶ Defectus vero prouenieus ex varietate acceptionis vnice in nō vnicā vl' ecōtra videtur mihi reduci poſſe ad fallatiam cōpoſitionis ⁊ diuiſiōis. Debetur .n. acceptioni vnice vnica reſolutio: ⁊ non vnice diuerſa. Et ē ſecundum antiquos ſecūdus modꝰ huius fallatie ē qñ ꝺterminatio refert ad diuerſa ſub quo cōgruum ē cōtineri qñ tenet diuerſimode. Idē iudica de extremitatibus.

¶ Defectus autem proueniens ex eo quod mediū nullibi cōplete diſtribuit: reducit ad fallatiam immo ē fallatia ꝯñtis: vt colligi poteſt ex doctore S. vbi ſupra. Et idem dicendum ē qñ fuerit mediū copulatū ⁊ nō oēs ptes diſtribuunt / non diſtributis ſtantibus confuſe tantum.

¶ Defectus vero prouenīēs ex eo quod mediū tenet magis ample in pͥmiſſa vbi nō diſtribuit q̄ vbi diſtribuitur: aut in affirmatiua q̄ in negatiua / reducitur ad fallatiā ꝯñtis: vel ad fallatiam equiuocationis: equiuocationis inq̄: non ſumpta equiuocatione ſicut nunc ſumitur a iunioribus: ſed eo modo quo ponebatur ab antiquis in variatiōe ampliatiōis. Uñ d. S. aſſerit in pͥdicto opuſculo: hūc paralogiſmum / quicunꝗ ſurgebat ſtat: ſedens ſurgebat: ergo ſedens ſtat: peccare peccatum equiuocationis ex parte illius termini ſurgebat. Ad hanc ſecundam fallatiam reducitur defectus extrinſecus ortus ex parte ampliationis aut reſtrictionis.

¶ Defectus autem qui committitur quando vtraꝗ premiſſarum eſt negatiua reducitur ad fallatiam accidentis: ſicut .n. non ē neceſſe duo conuenire inter ſe ſimpliciter: eo ꝙ aliquo mō cōueniāt in tertio: ita nō eſt neceſſe duo negari ꝺ ſe inuicē eo ꝙ negantur de quodam tertio.

¶ Defectus vero cauſatus ex mutatiōe generis ſuppoſitiōis dr̄ fallatia figure dictiōis: ſiue hoc cōtingat ex pte medij ſiue ex pte extremitatū.

¶ Sillogiſmi etiā in quibus aliqua cōditio

num illationis deerit laborabunt cōſimilib⁹ fallatijs

¶ Vñ defect⁹ cauſatus ex diuerſa ſignificatione extremitatū ſi fuerit in vno t'mīo icōplexo erit fallatia equocatiōis: qñ vero ex parte orationis amphibologie.

¶ Defectus vero proueniens ex variatione acceptionis vnice vel non vnice reducet' ad fallatiam compoſitionis ⁊ diuiſionis.

¶ Defectus vero ex parte ſuppoſitionis ꝓueniēs q2.ſ. arguit' a nō diſtributo ad diſtributū aut a cōfuſa ad d'terminatā dicet' fallatia figure dictionis.

¶ Defectus vero proueniens ex parte ampliationis vel reſtrictiōis reducet' ſcd'm antiquos ad equocationē. Et ſi nō clam me ſit hoc dure recipiēdū eē a iunioꝛib⁹ ſcd'm quos equocatio ſolū reſpicit ſignificationē: nō tñ ob hoc antiq̄s nō debem⁹ d'ferre / ꝑſertim cum noīa ad placitum ſignificent.

**Uerum pro hac ſimili forma perfectius** cognoſcenda ꝑſertim quo ad id quod ad hanc materiam ꝑtinens videtur / propono aliqua dubia.

**Primum / an termini diuini ſint eiuſdem** forme cũ tẽis creaturarũ? Ad hoc dubiũ quadruplex eſt reſpõdẽtiũ opinio. Due ſũt medie: ⁊ due extreme / Prima extrema reſpõdet negatiue / aſſerens nullum terminum diuinum eſſe eiuſdẽ forme cum terminis creaturarum: immo aliqui voluerunt dicere / quodlibet genus ſcientie vendicare ſibi peculiarem logicã. Alia extrema opinio reſpondet abſq̃ diſtinctione affirmatiue conceditq̃ regulas philoſophi inſtantiam pati in terminis diuinis / ac ꝓinde affirmat regulas ꝑdictas nõ eẽ ad diuina extendendas / Duarum aũt inter has mediantium prima diſtinguit / vel tales termini ſumuntur complete: vel incomplete. Si primũ ſunt eiuſdem forme / ſi ſecũdum minime. Secunda diſtinguit ſic / vel termini ſunt ꝑſonales / vel eſſentiales Si primum / quales ſunt li pater / filius / ſpiritus ſanctus / ⁊ li ꝑſona / ſunt eiuſdem forme qualitercunq̃ ſumantur / Si eẽntiales nullatenus / niſi ſumantur complete / quia aliās non ſeruabitur eadem quantitas. Et

hec vltima nunc communiter tenetur ⁊ rationabilior mihi apparet rōne (ī tractatu diuinoꝝ tꝼoꝝ ſuprema cauſa fauente) ponenda.

¶ **Secundū / an termini relatiui ſint eiuſdē** forme cum terminis abſolutis? Ad hoc reſpondetur affirmatiue quo ad relatiua identitatis ſiue ſint ſubſtātie ſiue accidentis. Quo ad vero relatiua reciproca ⁊ relatiua diuerſitatis reſpondetur negatiue. Et rō eſt / quia relatiuum reciprocum habet ſuppoſitionem depēdētem ab añte: ⁊ relatiuum alietatis īcludit reciprocū: ac ꝓinde nō ſunt eiuſdē forme cū alijs: Nec ꝓpterea ſeqꝛ has copulatiuas eē eiuſdē forme: ſ. omnis homo currit ⁊ ille mouetur: ⁊ omnis equus currit ⁊ leo mouetur: licet prima vnius pars ſit eiuſdem forme cum prima parte alterius ⁊ ſecunda cum ſecunda. Non tamen tota cum tota / quia in prima eſt ſinonimitas aliqua. ſ. inter ſubiecta ſuarū cathegoricarū q̄ nō eſt in ſecunda. Bene tamen eſſet ſecunda eiuſdē forme cum prima ſi poneretur li equus in ſubiecto ſecunde cathegorice. Et hoc dico ſi communis opinio teneatur de ſuppoſitionibus relatiuorum ſubſtantie idētitatis / nō aūt tenēdo quod in ꝑuis dixi de diſtributione talis relatiui quia tunc deficeret quantitas / rōne ſuppoſitionis diuerſe. Amplius aduerte eſſe ſinonimitatem intrinſecam inter relatiuum alietatis ⁊ ſuum añs. Unde iſte non ſunt eiuſdem forme / omnis homo ⁊ alius homo ſunt / omnis equus ⁊ alius leo ſunt. Bene tñ iſta / oīs equus ⁊ ali⁹ equ⁹ ſunt / cū ꝑma.

¶ **Tertium / an terminus includēs aliquod** ſincathegorema vl'e ſit eiuſdem forme cū alio id non includēte / vt eſt li ſemper / vbiq; / ⁊ alij termini huiuſmodi? Ad hec reſpondetur negatiue. Unde ſi li. b. imponatur ad ſignificandum tantum ſicut / omnis hō / non eſſet eiuſdem forme cum alijs tꝼis. Et intelligo hoc li oīs non effecto parte extremi. Rō eſt / quia non eſt eadem quantitas:

¶ **Quartū / an terminus abſolutus ſit eiuſ**dē forme cū cōnotatiuo ⁊ abſtract⁹ cū cōcreto? Ad hec ambo reſpondetur affirmatiue:

¶ **Quintū / an terminus ſingularis nume**ri non collectiuus ſit eiuſdem forme cum termino collectiuo cuiuſcunq; numeri / ⁊ cum nō collectiuo pluralis numeri? Itidem ad hoc reſpondetur affirmatiue. ¶ Sed cōtra / ergo iſte ꝓpoſitiones nō opponūtur formaliter / petrus eſt homo / petrus nō eſt homo: ꝯña tenet / q̄a iſte ſunt eiuſdē forme / brunell⁹ ē equ⁹ / brunellus nō eſt equi / ⁊ ſunt ambe vere. Rñdetur negādo ꝯñam / cuius rō ē quia nō ſeruaꝛ ſinonimitas ī ſecūdis inter earū ꝑdicata: q̄ ē inter ꝑdicata ꝑmarū / bñ tamē cōcedo has eē eiuſdem forme / petr⁹ eſt hō / brunellas eſt equi.

¶ **Sextum / an complexum vnice ſumptum** ſit eiuſdem forme cum complexo nō vnice ſumpto? Reſpondetur negatiue / tum quia non ſeruaretur numerus. Nā cōplexum vnice ſumptum reputatur vnicus tꝼs ⁊ nō vnice plures: tū q꜡ nō ſeruareꝛ q̄ntitas / eo ꝙ cōplexū pōt vnica reſtrictione reſtringi: non autē non vnice ſumptum.

¶ **Septimum / an complexum vnice ſum**ptum ſit eiuſdem forme cum termino incōplexo? Dicitur ꝙ ſic. Unde ſunt iſte eiuſdem forme / hō currit / equus hominis currit.

¶ **Octauum / an complexum vnice acceptū** habens aliquod ſignum effectum partem extremi ſit eiuſdem forme cum alio complexo etiam vnice ſumpto nō habente tale ſignum? Idem dubium accidit / quādo copula implicationis non tenetur eodem modo quia. ſ. in vna negatur / ⁊ in alia affirmatur: vel q̄a vna eſt ꝺ preſenti / ⁊ alia alterius tēporis. ¶ Ad hec omnia doctores aliquot reſpondent affirmatiue / eorumq; ratio eſt / quia tunc acceptio vnica reputatur vnicus terminus / ac ꝓinde non ad partes ſed ad totum reſpiciendum eſt. Alij aūt oppoſitum ſentiunt / quod ī primo tractatu ſecutus ſum. Fateor tamē (tēta prima opinione) nō poſſe inſtari alicui conſequentie / ſi cetere conditiones ſeruenꝛ. ¶ Sed cōtra / ergo iſta cōſequentia nō erit formalis / omnis homo ē homo qui eſt: petrus eſt homo: ergo petrus eſt homo qui eſt: conſequēs eſt falſum quia eſt in darij: ꝯña vero liquet quia nō valet in ſimili / omnis equ⁹ ē equus qui eſt: brunellus eſt equus / ergo brunellus ē equus qui fuit. Reſpondetur negando ꝯñam / quia non ſeruatur ſinonimitas inter maiorem ⁊ extremitatē poſitam in añte ⁊ ꝯñte in ſecunda ꝯña / q̄ eſt in prima. Bene tamē concedo has propoſitiones eſſe eiuſdem forme / petrus eſt homo qui eſt: brunellus eſt equus qui fuit. Uñ aliud ē vnū tꝼm eē eiuſdem forme cū alio / ⁊ eſſe ſinonimum cum illo.

¶ **Nonum / an complexum vnice ſumptū /** habēs aliquod ſignum nō effectum partem extremi / ſit eiuſdem forme cum alio nō habēte tale ſignum vel cum habēte dum tñ ſit pars extremi? ¶ Ad hoc (ut mea fert opinio) reſpōdetur negatiue / maxime vel ob hoc / ꝙ tūc fiat de acceptione vnica nō vnica virtualiter. Mihi equidē videtur non eſſe intelligibile ſignū aliquod poſſe poni inter partes acceptionis vnice q̄n efficiatur pars totius aggregati vnice ſumpti: quod ſi oppoſitum facere volueris velis nolis facis ex vnica acceptione nō vnicā: quod multotiens dialecticos decipit / eo ꝙ pluries acceptio vnica equipolleat non vnice / ⁊ ecōtra / vt videre eſt in iſtis aggregatis (eq⁹ hominis / ⁊ hominis equus / que cum copula temporis preſentis affirmatiue mutuo ſe inferunt / hoc tñ eis cōuenit ꝑ alterū ⁊ nō ꝑ ſe: ſi. n. eis ꝑ ſe cōueniret reſpectu cuiuſcunq; copule q̄litercunq; ſumpte eis cōueniret. Differūt tamen inter ſe ſemꝑ / licet eorum differentia nō vbiq; neq; ſemꝑ eluceſcat. ¶ Et confirmo hoc q̄rens / an dicēdo / omnis homo currit / poſſit aliquis accipere li / omnis homo / vnice ⁊ ꝙ li omnis nō efficiatur pars ſubiecti: ⁊ ſi poteſt det mihi differētiam inter illud aggregatum quādo ſumitur vnice ⁊ nō vnice. Certe crediderim eam nō eē reperibilē. At forſā dices tale aggregatū nō poſſe ſumi vnice. Sed cōtra / nō repugnat tale aggregatū ſingularizari / aut determinari ſigno vl'i: igitur. Antecedēs pꝫ / q꜡ poſſum dicere / hoc omnis homo currit / nullum oīs homo currit. Et ꝑſuadetur ēt in li nō homo / vbi li non / poteſt teneri neganter ⁊ infinitanter. Nam ſecundo modo ſumitur vnice (ꝑſertim tenēdo tale aggregatū ſubordinari conceptui complexo) ⁊ ſi nō teneatur pre ſupponaꝛ / q̄a fieri poteſt. Dixi quin efficiaꝛ pars toti⁹ aggregati q̄a gratis cōceſſerim ipſum ſignū poſſe nō fieri ꝑtem partis ipſius aggregati / vl' extremi. Ut hic eſt videre / homo qui non eſt albus eſt animal. Ubi li non / efficitur pars totius huius extremi / homo q̄ nō eſt albus / ⁊ nullius partis ipſi⁹ ē pars: ſicut vnitas eſt pars binarij q̄ tamē nō eſt pars alicuius partis binarij. ¶ Et cōfirmaꝛ veritas reſpōſiōis / quia ſi ſec⁹ eſſet iſte nō contradicerent formaliter / brunellus hominis currit: brunellus hominis non currit. Hoc li-

quet qui a iſte non contradicunt / petrus cuiuſlibet
angeli currit: petrus angeli non currit: q̄ tamen ſunt
eiuſdem forme cum primis: Prima pars patet / quia
caſu quo petrus ab aliquo angelo poſſideatur ⁊ ab a
liquo non ⁊ currat / ambe ſunt falſe / ꝙ autem ſint eiuſ
dem forme patet / quia nulla conditio deeſt: non enim
abeſt quantitas / ⁊ qualitas / ⁊ copularum ſimilitudo:
non ordo / neq̃ numerus / neq̃ toties. Omnia hec pa
tent: quia ſi hoc eſſet / eſſet ex parte ſubiecti / ſed hoc
nō: eo ꝙ ad totum ⁊ non ad partes eſt aſpiciendum:
neq̃ ſinonimitas variatur: eo ꝙ preſupponitur li cu
iuſlibet non effici partem ſubiecti: ac proinde eius ſi-
gnificatio non variabit ſignificationem totius ſub-
iecti: eo ꝙ talis ſignificationis nō ſit pars: Si autem
velis dicere tale ſigni variare ſuppoſitionē ptis ergo
iā reſpicis ptes ſicut ī nō vnica acceptiōe: ergo nō dif
fert tale aggregatum ab ea niſi vocaliter.

¶ Decimum / an complexum vnice captum
cuius vna pars eſt terminus ſingularis ſit eiuſdem
forme cum alio cuius omnes partes ſunt termini cō-
munes? Ad hoc reſpōdent quidam negatiue hac ſo-
la ratione ducti vȝ: quia aliter ſequeref has ꝓpoſitio
nes nō cōtradicere formaliter / quilibet equus ſortis
quilibet equus ipſius met eſt: aliquis equus ſortis a
liquis equus ipſius met non eſt: ꝯña tenet / quia iſte
non cōtradicunt / quilibet equus hominis quilibet e
quus ipſius met eſt: aliquis equus hominis aliquis
equus ipſius met non eſt: ⁊ tamē eſſent eiuſdē forme
cum primis: Prima pars patet caſu quo cicero ha-
beat duos equos quorum vnum communicet plato-
ni / ⁊ alterum ſorti. Nam tūc ambe ſunt vere vt patet
deſcendendo ſub terminis caſū: inchoando deſcenſū
a li equus. Sed me fugit quid iſti reſponderent qua
re quādo vna pars acceptionis vnice eſt termin⁹ ſin
gularis eſt aſpiciēdum ad partes ⁊ ad totū: ⁊ nō quā
do omnes ſunt termini communes licet in vna: diſtri
buaf vna pars ⁊ non in alia / ſiue in vna ponaf copu-
la preſentis ⁊ in alia futuri. Si ratio ē quia eſt vnica
acceptio. Hoc ſemper debet fieri / ſi alia cauſa eſt ergo
accidit acceptioni vnice ſic vel ſic conſiderari: ergo
diffinitio accidit diffinito / vl' differentia eſſentialis ei
cuius eſt differentia. Neq̃ arbitror recipiendum eſſe
dictum eorum q̄ dicit ꝙ quando acceptio vnica eſt an
tecedens relatiui reciproci nō poſſe ſumi vnice / quin
etiam ſumatur non vnice cum acceptio vnica ⁊ non
vnica inter ſe repugnēt. Dicitur ergo nō referre par-
tem acceptionis eſſe terminum ſingularem vel com-
munem ad hoc ꝙ talia aggregata iter ſe ſint eiuſdem
forme. Niſi taliter ponaf terminus ſingularis ꝙ to-
tum aggregatum ſtet diſcrete: vt ſi dicam / ens quod
eſt petrus / quia tale aggregatum nō eſt eiuſdem for-
me cum iſto / ens quod eſt homo quia in eis non ſer-
uatur eadem quantitas.

¶ Undecimo / an terminus infinitus ſit e-
iuſdem forme cum finito? Ad hoc videf mihi dicēdū:
ꝙ quādo negatio infinitat ſimpliciter eſt eiuſdem for-
me: non autem quando infinitat ſecundum exigentiā
contradictionis. Teneo enim negationem vtroq̃ mo
do infinitare poſſe ⁊ non ſemper vno modo vel ſem-
per alio modo: licet in communi modo concipiēdi in
finiter ſimpliciter. Prima pars aſſeritur quia in pre-
ſenti non videtur mihi poſſe dari inſtantiā. Secun-
da vero probatur q̄a iſte ſillogiſmus eſt bonus / om-
nis homo fuit currens / omne riſibile fuit homo: er-
go currens riſibile fuit: cui inſtaretur ſic in ſimili / om
nis equus fuit non currens: omne hinnibile fuit eq⁹
ergo nō currens hinnibile fuit: nam caſu quo nūc om
nes equi currant ⁊ ante nūquam currerēt / antecedēs
eſt verum ⁊ nō conſequēs. Bonitas aūt primi ſillogiſ
mi patet / quia eſt in baralipton.

¶ Duodecimū / an terminus ampliatiuus
ſit eiuſdem forme cum non ampliatiuo? Ad hoc rñde
tur negatiue. At ſi dicas pōt fieri vt talis virtus am-
pliandi impediaf: reſpōdeo tūc eſſe idem iudiciū d̄ eo
⁊ de non ampliatiuo.

¶ Tertiumdecimum / an quodlibet aduer
bium ſit eiuſdem forme cum quolibet aduerbio / ⁊ q̄li
bet p̄poſitio cū quacunq̃ alia p̄poſitione. Itidem q̄-
ritur de coniuntionib⁹ ⁊ interiectionib⁹ Pro aduer
biis nota eorum aliquā reperiri inter q̄ eſt ſpecialis re
pugnantia vel ſequela vt ſunt li neceſſario / impoſſibi
liter / ⁊ talia nō ſunt eiuſdem forme cū aliis. Alia ſūt
q̄ ſic inter ſe non repugnant neq̃ ꝓprie includunt a-
liquam vniuerſalitatem aut particularitatem / ſicut li
ſapienter / fortiter / ⁊ alia huiuſmodi. Et omnia talia
ſunt iter ſe eiuſdē forme. De prepoſitionibus reſpon
detur affirmatiue. De coniuntionibus negatiue / vt
patet de li ⁊ / ⁊ li vel. De interiectionibus / pars affir-
matiua tenenda eſt.

¶ Quartumdecimū / an li inter quādo ſu-
mitur prepoſitionalr ſit eiuſdem forme ſe cum quan-
do ſumif aduerbialiter? Ad hoc reſpōdetur negati-
ue. Nam q̄ndo ſumitur prepoſitionalr nō includit ca-
tegorema / ſed bene quādo ſumitur aduerbialiter: q̄d
aūt ſit ſumi ſic vel ſic dictum eſt in paruis. Idem di-
caf de omnibus aliis prepoſitionibus q̄ vtroq̃ modo
poſſunt ſumi. Si vero ſint aduerbia habentia inter
ſe oppoſitionem / vel a quorum vno ad aliud eſt con
ſequentia bona formalis / tunc ſunt inter ſe eiuſdē for
me quando taliter vni eorum apponitur negatio vt
alteri equipolleat ſecundum communem opinionem
Unde iſte ꝓpoſitiones ſunt eiuſdem forme / homo ne
ceſſario currit / homo īpoſſibiliter nō currit: ſed ſi hoc
teneatur opportet etiam dicere has eſſe eiuſdem for
me / omnis homo eſt animal / nullus equus non ē ſub
ſtantia / quod multi non concederent / eo ꝙ ſint plura
ſincathegoremata in vna / q̄ in alia: niſi dicatur hoc
eſſe formaliter ſed non equiualenter / dic ergo vt tibi
libuerit: certum tamen hoc eſt ꝙ ſuſtinendo primum
dictum nunq̄ conſequētia aliqua bona patief ob hoc
ſolum inſtantiam.

¶ Quintū decimum / an copula abſoluta
a tpe ſit eiuſdem forme cū nō abſoluta? Videf mihi ꝙ
non / ſiue abſolutio a tpe idem ſit ꝙ nullū tempus im
portare: vel omnes temporum differentias importa-
re ſub diſiunctione / ſiue non.

¶ Decimumſextum / an li neceſſario quan-
do dicit neceſſitatē logicam ſeu abſolutam ſit eiuſdē
forme cum li neceſſario quādo importat neceſſitatem
phiſicam vel conditionatam ſeu ex ſuppoſitione? Et
idem dubitatur circa li poſſibile quando dicit poſſibi
litatem logicā vel abſolutam: ⁊ quando importat poſ
ſibilitatem phiſicam / vel quando dicit dei potentiam
ordinariam: vel quando ſolum dicit potentiam ad id
quod eſt vel erit? Ad hec reſpondetur negatiue. Unde
iſte due ꝓpoſitiones / deus poſſibiliter non creauit a
dam / deus poſſibiliter non creauit adam / non ſūt eiuſ
dē forme ſi li poſſibiliter teneaf diuerſimode ⁊ vna ē
vera ⁊ reliqua falſa.

¶ Decimumſeptimum / an diuerſitas generis grammaticalis impediat ſimilem formam. i. an terminus maſculini generis ſit eiuſdem forme cū tfo vel cum terminis aliorum generum? Ad hoc reſpondetur affirmatiue.

¶ Decimumoctauū / an variatio pſonarū i nōibus ⁊ verbis impediat ſimilitudinem forme? Reſpondetur ꝙ non. Unde iſte ꝯñe ſunt eiuſdem forme / ſortes currit / ergo homo currit: ego curro / ergo homo currit: tu curris / ergo homo currit. Nolo tamen dicere aliquam earum eſſe formalem / quia nulla ē talis: ſed ꝙ inter ſe ſint eiuſdem forme: Et intelligo hoc ſi hoc ſolum mutetur. Nam iſte non erunt eiuſdē forme / homo currit: ergo animal currit / ego curro: ergo animal currit: quia li homo ſupponebat communiter: ⁊ li ego diſcrete. Et ſi ſint plures homines quorū quilibet dicat vere: ego curro: li ego ꝓ oib⁹ illis ſupponet ſed accipit equoce licet ꝓ quolibet ſeorſū ſtet diſcrete ⁊ vniuoce.

¶ Decimūnonū / an impediat ſimilitudinē forme ꝙ vna ꝓpoſitio ſit in mēte ⁊ alia i voce vel ſcripto? Ad hoc reſpondetur ꝙ non immo dicitur ꝙ tūc non inconuenit ꝙ varietur genus ſuppoſitionis. Nā iſte due ꝓpoſitiones / homo eſt nomen: ⁊ amās ē participium ſi vna ſit [in] mente ⁊ alia in voce ſunt eiuſdem forme: ⁊ termini exiſtentes in mente ſupponunt perſonaliter pro vocibus cum eas ꝓprie ſignificent: ⁊ termini exiſtentes in voce vel in ſcripto ſtant materialiter. Et hoc dictum intelligo tā d mentali vltimata ꝙ d non vltimata. Et hec in pſenti ſufficiat de ſimili forma dubitaſſe.

¶ Unum tamen hic ſumme notandum eſſe volo / ⁊ eſt: aliud eſſe conferre vnam ꝓpoſitionem cum altera ad cognoſcendam earum ſimilitudinem in forma: ⁊ aliud comparare plures ꝓpoſitiones ex vna parte pluribus aliis ex parte altera: vt accidit quando plures ꝓpoſitiones conſtituunt vnam oppoſitionē / aut cōuerſionem / aut ꝯñam: ⁊ hoc vt cognoſcatur / an oppoſitio ſeu ꝯña cōſtituta ex primis ꝓpoſitionibus ſit formalis nec ne. Aliud inꝙ eſt. Nā ad pmū ſufficit inter duas ꝓpōnes reperiri cōditiōes poſitas in p. tr. Ad ſecūdum autem requiritur eaſdem cōditiones reperiri inter quamlibet ꝓpoſitionem vnius ꝯñe ⁊ quālibet alterius: ⁊ inſuper quod tota cōſequentia ſit ſimilis forme cum tota conſequentia. Plus enim ad hoc ſecundum ꝙ ad primum requiritur / vt patet in his aggregatis / omnis homo legit: ſortes eſt homo: ergo ſortes legit / omnis equus currit: fauellus ē leo: ergo petrus ambulat. Nam prima ꝓpoſitio aggregati ſecūdi eſt eiuſdem forme cum prima primi: ⁊ ſecūda ſecundi cum ſecūda primi: ⁊ tertia cum tertia: non tamen tota cōſequētia cum tota ꝯña. Nam alique ſinonimitates reperiuntur in tota prima ꝯña que non reperiuntur in ſecunda. Similiter iſte due copulatiue / leo eſt currens ⁊ equus eſt ambulans / ⁊ lepus eſt comedens ⁊ aquila eſt volans: nō ſunt eiuſdem forme / ſi li eſt in prima cathegorica prime copulatiue vniat ꝓ tota hora / ⁊ in ſecunda li eſt vniat pro mediate ei⁹: ⁊ in ſecunda faciat econtra: ſcilicet ꝙ li / ē prime ſue cathegorice vniat ꝓ medietate: ⁊ 2. ē / ꝓ tota: ⁊ tū ꝙlibꝫ ps vnius eſt eiuſdē forme cū ꝙlibꝫ pte alterius: igit.

Sequitur textus.

Prima figura nouē habet modos. Primi quatuor modi cōcludunt directe: reliqui vero quinqꝫ concludunt indirecte. Directe concludere eſt maiorē extremitatem predicari de minori in cōcluſione. Indirecte concludere eſt minorē extremitatem predicari de maiori in concluſione. ¶ Nota duas regulas / quarum prima tantum conuenit prime figure quo ad ꝙtuor primos modos: ⁊ tertie quo ad omnes. Secunda etiam conuenit tantum prime figure quo ad eius quatuor primos modos: ⁊ ſecūde figure quoad omnes. Prima regula talis eſt / minore exiſtēte negatiua nihil ſequitur. Secūda regula eſt / maiore exiſtente particulari nihil ſequitur. Barbara primus modus / conſtat ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis: vniuerſalem affirmatiuam directe concludentibus: vt / oē animal ē ſubſtātia: oīs hō eſt animal: ergo oīs hō ē ſubſtantia. Celarent / ſecundus modus cōſtat ex maiore vniuerſali negatiua: ⁊ minore vniuerſali affirmatiua: vniuerſalem negatiuam directe concludentibus: vt / nullū animal eſt lapis: omnis homo eſt animal: ergo nullus hō eſt lapis. Darij / tertius modus conſtat ex maiori vniuerſali affirmatiua: ⁊ minori pticulari affirmatiu directe pticularē affirmatiuā cōcludētibus: vt / oē aīal eſt ſubſtātia / quidā hō eſt animal: ergo quidam hō eſt ſubſtantia. Ferio / quartus modus conſtat ex maiori vniuerſali negatiua ⁊ minori particulari affirmatiua: particularem negatiuam directe concludentibus: vt / nullum animal eſt lapis: quidam homo eſt animal / ergo quidam homo non eſt lapis.

Sequitur gloſa.

In textu iſto .p.h. aſſignat modos prime figure / dicens eos eſſe nouem / quorum primi quatuor directe / reliqui vero indirecte cōcludūt. Pro quo ſciēdum. Primo / ꝙ quando dicitur in textu / directe concludere eſſe maiorem extremitatem pdicari de minori in concluſione: intelligitur totaliter vel partialiter. Exemplum primi / omnis leo rugit: album eſt leo: ergo album rugit. Secundi / cuiuſlibet angeli equus ē animal: gabriel eſt angelus: ergo gabrielis equus eſt animal: Proportionabiliter explanari debet quid ſit idirecte cōcludere ⁊ hoc etiam ex ante dictis elici poteſt. ¶ Amplius proponit duas regulas petrus hiſpanus neceſſarias / quarū prima deſeruit prime figure quoad ei⁹ quatuor modos: ⁊ tertie quoad omnes. Secunda vero deſeruit prime etiam quoad ei⁹ primos

quatuor modos: ⁊ ſecunde quo ad omnes. Earum au
tē ꝑma eſt: Minore exiſtēte negatiua nihil ſequiꝛ: Ra
tio autē regule eſt/ quia ſi minor eſt negatiua/ vel ma
ior ſimiliter eſt negatiua: ⁊ tūc argueret ex puris ne-
gatiuis/ vel eſt affirmatiua: ⁊ tūc vt cōmuniter eius p̄
dicatum (p̄ſertim ſecundum antiquos) non diſtribuit
tur: ⁊ cum cōcluſio debeat eſſe negatiua argueꝛ a non
diſtributo ad diſtributum ex parte maioris extremi-
tatis. Ut patet hic/ omnis equus eſt hinnibilis/ nullꝰ
homo eſt equus: ergo nullus hō eſt hinnibilis: cui in
ſtabitur ſumpto/ li animal/ pro maiore extremitate.
Quo fit vt hoc defectu excluſo ſit bona/ vel quia ma
ior extremitas eſt terminus ſingularis: vł quia diſtri
buitur in aṅte: vel nō diſtribuitur in ꝯn̄te. Exemplū
primi/ omnis homo eſt ſortes: equus nō eſt homo: er
go equus nō eſt ſortes. Secundi/ omnis homo omne
ne animal eſt: ſortes non eſt homo: ergo ſortes non eſt
animal. Tertij/ omnis equus eſt ſubſtantia: homo
non eſt equus: ergo homo ſubſtātia nō eſt: vel homo
nō omnis ſubſtantia eſt. Secunda regula eſt. Maiore
exiſtente particulari nihil ſequitur. Huius ratio eſt
quia ſi maior eſt particularis medium in maiori non
diſtribuitur neq; diſtribuitur in minori per p̄cedentē
regulam primam: igitur arguetur ex puris particula
ribus: ⁊ in ſecunda figura arguemus a non diſtribu-
to ad diſtributum. Nam ſi maior ſemper eſt particu
laris eius ſubiectum non diſtribuitur: ⁊ in ꝯclone di
ſtribuiꝛ q2 ē p̄dicatū ꝓpoſitionis negatiue: igiꝛ. Ūn̄ ſi
p̄dicti defectꝰ excludātur nullū impedimentū erit vt
nō ſequatur formaliter concluſio: ⁊ ex dictis exempla
patere poſſunt.

¶ Amplius in textu ponuntur quatuor mo
di. Pro quorum elucidatione ſciendum/ in qualibet
dictione aliquem modum ſignificante/ reperiri tres
vocales per quas deſignantur tres ꝓpoſitiones/ ex
quibus ſillogiſmus per talem dictionem deſignatus
cōponitur: ⁊ ſi alique alie affuerint tātū metri grā po
nuntur ⁊ nō aliter. Tres aūt prefate vocales debēt ſu
mi ex vna iſtarū quatuor. ſ. a/ e/ i/ o/ quarum ſignifica
ta colligūtur ex his verſibus. Aſſerit. a: negat. e: ſunt
vł ambe. Aſſerit. i: negat. o: ſunt particulariter ambo
Et quecunq; vocalis poſita in primo loco ſignificat p̄
mam premiſſam/ ⁊ in ſecundo loco ſecundam/ ⁊ in ter
tio concluſionem. Unde collige hāc dictionem/ barba
ra/ ſignificare quēdā ſillogiſmum componendum ex
tribꝰ vniuerſalibꝰ affirmatiuis. Proportionabiliter
dicatur de alijs tribus: quorū etiā intellectio ſatis ex
planatur in textu.

¶ Sciēdum vltra/ hos quatuor modos pri
mos eē omnium p̄fectiſſimos/ vtpote qui immediate
aut per dici de omni aut per dici de nullo regulātur/
Barbara/ ⁊ Darij/ per dici de omni Celarent ⁊ Ferio
per dici de nullo: Reliqui vero imperfecti/ ſeu non tā
euidentes ſunt/ reliqui inq̄ ⁊ huius ⁊ ſecunde ⁊ tertie
figure. Ac proinde ad hos quatuor nō immerito (vt
euidētius appareant) reducūtur. Quorum reductio
in eorum elucidatione clareſcet. Nunc autem poſt p̄-
dicta omnes conditiones vniuerſales ⁊ communes
operepretium erit aliquot argumenta ꝓponere qui-
bus p̄euntibus in logica tirunculi vtcunq; edoceanꝛ
vniuerſalia ad ſingularia applicare: quod non parue
difficultatis eſt/ teſte Auerroi dicente. Res vniuerſa
les dum trahūtur ad particularia recipiunt tātam di
uerſitatem quam enarrare eſt impoſſibile. Seruabiꝛ
autem ordo hic/ videlicet/ vt arguēdo cōtra quēlibet
modum primo ponātur ſillogiſmi conſtituti ex extre
mis ſimplicibus/ ſecundo/ cōpoſiti ex complexis vni-
ce ſumptis/ tertio ex non vnice ſumptis/ quarto/ ex
copulatis/ quinto/ ex diſiunctis: ſexto ex conditio-
natis. De conſtitutis autem ex exponibilibus/ ex mo
dalibus/ ex ſignis incompletis/ ex relatiuis/ ex termi
nis infinitis/ fient q̄ſtiones particulares. Nō autem
volo intelligi me cōtra quemlibet modum circa hec
omnia ſillogiſmos formaturum. Sed ꝙ inter argu-
menta q̄ formāda ſunt p̄fatū ordinē ſum ſeruaturus.
¶ Sed anteq̄ argumēta ꝓponantur viſum fuit con
gruum obiter enarrare qui tꝰi valeant ſumi ꝓ medio
in ſillogiſmis conficiendis ⁊ qui nō. ¶ Pro quo po-
nitur hoc gn̄ale fundamentum clariſſimum.

¶ Nullus terminus (quo bis ſumpto in a-
liquibus duabus ꝓpoſitionibus eſſentialiter ⁊ itrin-
ſice committitur aliquis defectus cōtra conditiones
cōnexionis: aut cōtra earum generale fundamētum)
poteſt eſſe medium in ſillogiſmo. Dixi eſſentialiter ⁊ in
trinſece. i. ꝙ nō ſtet talem terminum bis ſumi quin cō
mittaꝛ talis defectꝰ. Ūn̄ ſi tali d̄fectui aliq̄ꝫ deobuiare
poſſimus excluſo defectu valebit.
¶ Ab aliſs autē ponitur regula hec. Sub nullo ter-
mino ſub quo nō licet deſcendere copulatiue comple-
te licet ſubſumere quam (⁊ ſi vera ſit) non propoſui
tanq̄ fundamentum: eo ꝙ nec vl'is nec propria ſit: tū
quia non conuenit terminis ſingularibus: tum quia
proprie loquando ſubſumptio in ſola prima figura re
peritur. Regula tamē ſub hoc ſenſu intelligenda ve-
nit: videlicet: ꝙ ſi nullo modo ſub aliquo termino va-
let deſcenſus minime valet ſubſumptio: ⁊ ſi aliquo
modo valet eo modo valebit ſubſumptio. Ex p̄mo tū
fundamento elicio regulas.

¶ Prima/ nulla pars acceptionis vnice ꝑ
ſe ⁊ vtſic/ valet ſumi ꝓ medio. Hoc patet quia va-
riabiꝛ acceptio vnica ⁊ vertetur in nō vnicam quip-
pe cum tale aggregatum iam non ſumatur in vi vniꝰ
termini ſed plurium. Dixi per ſe: quia per accidēs nō
erit inconueniens: vt accidit quādo vnica acceptio e
q̄pollet nō vnice de forma acceptiōis trorū. ¶ Et cō
firmaꝛ hoc q2 ſub ꝑtibꝰ acceptionis vnice ꝑ ſe etiam
non licet deſcendere.

¶ Secunda/ terminus poſitus in conditio
nalibus formaliter vel virtualiter nō poteſt ſumi pro
medio in ordine ad totam conditionalem: vt non va-
let/ ſi omnis homo currit omnis homo moueꝛ: ⁊ pe-
trus eſt homo: ergo ſi petrus currerit omnis hō mo-
uetur: Defectus enim duplex interuenit. ſ. intrinſecꝰ
⁊ extrinſecus. Intrinſecus eſt quia extremitates oīno
ꝓ diuerſis ſumuntur quod eſt cōtra fundamentū ge
nerale: immo vna extremitas ꝓ aliquibus ⁊ alia pro
nullis vnitur cum medio. Hoc explicatur ſic/ quia ter
mini poſiti in conditionalibus non dicunt vel non re
quirunt exiſtentiam: quia conditionalis nihil ponit ī
eſſe. Unde iſta eſt vera/ ſi chimera currit/ chimera mo
uetur. Et quando ſubſumitur/ ſemper aliquo modo
ponitur aliquid ineſſe vel affirmatur vel negatur ab
ſolute. In conditionali autem minime ſed ſub condi-
tione. Extrinſecus autem eſt quia ſemper variaꝛ ap-
pellatio coniunctionis illatiue: variato ſiquidem aṅte
vł conſequente ꝯn̄e alicuius: variatur illatio: ac pro-
īde appellatio dictiōis tal' ē illationē denotātis. Et cō
firmatur q2 ſub tꝰis poſitis in cōditionalibꝰ non licet
i ordine ad totā deſcēdere taliter q̄liter in p̄ma parte
paruorum dictum eſt.

¶ Tertia (que infertur ex iſta) eſt: terminus
ſequens dictionem reduplicatiuam non poteſt eſſe
medium / eo q̄ ex tali termino cum predicato conſti=
tuatur quarta exponens que eſt conditionalis. Ut
non valet / omnis homo inquantum rationalis ē riſibi
lis: omne albū ē riſibile: ergo omnis homo inquantū
album eſt riſibilis.

¶ Quarta / nullus terminus inferens vel il
latus poſitus in conditionato pōt eſſe mediū. Ratio
eſt / quia itur contra fundamentum generale / vt pa=
tet hic / omnis equus eſt leo ſi eſt leo: ⁊ omnis leo eſt
ſubſtantia: ergo omnis equus eſt leo ſi eſt ſubſtantia
vbi ſumitur pro medio terminus inferens. Nam me=
dium in maiori non verificatur de extremitate pro a=
liquo ſuppoſito pro quo verificatur in minori. Non
enim maior eſt vera niſi ratione totius conditiona=
ti / ſiue ſumantur vnice ſiue non vnice. Et ſi diuiſiue
ſumitur idem eſt iudicium ac ſi ſumeretur in ſenſu cō
ditionali. Summe ergo notandum conditionatum
nullam ſuam partem ponere in eſſe quantumcūque
ſumatur vnice: licet bene ponat id pro quo totum ca=
thegorematice ſupponit: ſicut conditionalis nec po=
nit antecedens nec conſequens: licet ponat bonitatē
illationis / quo fit omnes tales premiſſas eſſe inhabi=
les. Inſuper ⁊ in concluſione variatur appellatio il=
lius dictionis / ſi / ſuo modo / ſicut dictum eſt de condi
tionalibus / exemplū de termino illato patet hic / oīs
filius ſi eſt deus eſt filius: omnis homo eſt filius: er=
go omne creans ſi eſt deus eſt filius. Nam caſu quod
nullus homo ſit preter filium dei inſtat: ⁊ dē hoc vide
amplius in Dariſ: Quilibet alius terminus mundi
poteſt eſſe medium dum tamen caueantur defect⁹ oēs
intrinſeci: ⁊ poteſt inferre vnionem aut diuiſionem ex
tremitatum in concluſione ſi errores illationis exclu
dantur: Nunc ad argumenta deueniendo. Arguit̄ p̄=
mo contra primum modum.

¶ Primo ſic non valet / omne dormiēs eſt
homo: ⁊ omnis leo eſt dormiens: ergo omnis leo ē ho
mo: ⁊ tñ arguitur in barbara igit̄. Minor eſt nota / ⁊
maior probatur poſito / li eſt / in vtraq̄ premiſſa vnire
pro vna hora: quelibet premiſſa eſt poſſibilis: ergo an
tecedens eſt poſſibile / ⁊ cōſequens conſtat eē impoſſi
bile: igitur. Forſan fateberis quamlibet partem eſſe
poſſibilem ⁊ negabis inde ſequi totum antecedēs eſſe
poſſibile / eo quod ambe partes ſunt incompoſſibiles.
¶ Sed contra / poſito q̄ in prima meditate hore ſoli
homines dormiant: ⁊ in ſecūda ſoli leones / q̄libet ps
eſt vera: ergo ambe partes ſunt compoſſibiles. For=
ſan concedes quamlibet partem eſſe verā in aliq̄ par
te hore non tamen in tota hora. Sed contra / hora eſt
totum ſucceſſiuum: ergo quicq̄d eſt in parte hore illi⁹
eſt in tota hora.

¶ Ad argumētū bene reſponſū ē vſq̄ ad hoc vltimū.
Pro cuius ſolutione ſciendum poſſe aliquid eē in ali
quo tempore vel loco dupliciter. Uno modo adequa=
te / alio mō inadequate: tūc aliquid ē in tpe aliquo ade
quate quando res menſurata tpe non excedit̄ a tpe:
nec tempus a re menſurata: ⁊ hoc modo non quicq̄d
eſt in parte temporis pōt dici eē in toto tempore nec
ecōtra. Inadequate vero pōt dici aliquid eē in tpe a=
liquo quando ē in aliqua pte illius tpis. Proportio
nabiliter poteſt dici de loco / tunc dicitur ad poſſibili=
tatē copulatiue requiri omnes ptes eſſe cōpoſſibiles
ꝓ eadē mēſura tpis adequata. ¶ Sed cōtra ī p̄ſato
caſu ſi dicat̄ ſic / omne dormiens in .b. tpe ē leo: ⁊ oīs
homo in .b. tempore ē dormiens: igitur omnis homo
in .b. tpe ē leo: aūs ē verum ⁊ ꝯñs falſum vt pꝫ deſcen
dēdo vtrobiq̄ ſub li tpe ſtante determinate: igit̄ ſolu
tio nulla. Nec ſeq̄retur ſi in ꝯñte li tempore ſtaret cō=
fuſe: nec ſi remoueret̄ diſtributio ſubiecti. ¶ Ad hoc
dicitur (admiſſo li tempore reſtringere ſubiectū ⁊ pre
dicatum tal'r q̄ in deſcendētibus ſignato vno tpe ſin
gulari reſtringat li dormiens / ad ſolum ſtandum pro
dormiente in illo ſingulari tpe) q̄ premiſſe ſunt inha=
biles / eo q̄ mediū nullibi diſtribuit̄ cōplete. Nā ī ma
iori vbi ſolum diſtribuitur / diſtribuitur ſub diſiun=
tione vt patet per deſcenſum. Eodem defectu laborāt
he premiſſe / hominis quilibet equus currit / omne al
bum eſt equus .b. ergo hoīs q̄libet albū currit. Nā
caſu q̄ aliqui equi ſint albi ⁊ aliqui nigri / ⁊ omnes
poſſideantur ab hominibus: ⁊ nigri omnes currant /
⁊ non albi / antecedens eſt verum ⁊ non conſequens:
⁊ appoſui li .b. medio in minori vt ſtet reſtricte ſicut
in maiori. Undelicet concedam tibi quamlibet partē
eſſe veram in illa hora inadequate non ob hoc habe=
bis poſſibilitatem antecedētis probatam ⁊ multo mi
nus veritatē. Nam ad eius veritatem ēt requiritur
veritas cuiuſlibet partis pro eodem tempore adequa
te. ¶ Sed contra hoc replicatur poſito q̄ li eſt in ma
iori vniat ſolum pro medietate hore ⁊ li eſt in minori
ꝓ alia medietate: aūs eſt verum ⁊ ꝯñs falſum: vt liq̄t
⁊ nullus defectus interuenit. Reſpondetur negando
minorem: medium enim verificatur pro aliquo vbi
non diſtribuitur pro quo non verificatur vbi diſtri=
buitur. ¶ Idem dicendum eſt ſi ponatur copulam
maioris vnire ꝓ medietate hore: ⁊ copulam minoris
ꝓ tota: Sed cōtra hoc vltimum arguitur copulis ſic
vniētibus dabit̄ q̄dā ꝯña eiuſdē forme cū iſta q̄ bona
ſit / ergo hec eſt bona. Aūs pꝫ: quia ipſemet premiſſe
poſito caſu econtrario. ſ. q̄ copula maioris vniat ꝓ to
ta hora: ⁊ minoris tñ ꝓ medietate / īferūt formal'r ali
quam cōcluſionē: ergo ⁊ in caſu p̄dicto. Ad hoc negat̄
tūc illas p̄miſſas eē eiuſdē forme. Non. n. in eis ſeruat̄
ordo copularū in ſecundis ſicut in primis. ¶ Sed cō
tra / admiſſum ē in hoc vltimo caſu dictas p̄miſſas poſ
ſe inferre aliquā cōcluſionē / ⁊ hoc ē falſum: igitur: pri
ma p3 liquet / ſecunda probatur: quia vel li eſt ī ꝯclōo
ne vnit ꝓ tota hora vel pro parte. Si p̄mum arguitur
a non amplo ad amplum cum diſtributione ex parte
minoris extremitatis. Si ſecūdū arguitur ab amplo
ad non amplum affirmatiue ⁊ ſine diſtributiōe ex pte
maioris extremitatis.
¶ Ad hoc reſpondetur ex illis premiſſis ſequi hanc
concluſionem / omne .a. leo eſt homo: vt li .a. reſtrin=
gat / li leo / tantum vt ſolum ſtet pro leonibus exiſten
tibus in medietate hore: ⁊ / li eſt / debet vnire pro to=
ta hora. Uel conclude ſic / ergo omnis leo qui ē in me
diate hore eſt homo / ſuppoſito q̄ / li qui eſt ī medieta
te hore / ſumantur ſincathegorematice ideſt vt ſolum
ponatur ad reſtringendum: ⁊ tunc ſicut concluſio eſt
falſa ita ⁊ maior. Nam cum copula maioris vniat ꝓ
tota hora / li dormiens diſtribuitur pro omni dormiē=
te in illa hora ac ꝓ in deſignatis leonibus dabunt̄ plu
res ſingulares falſe.

¶ Ex ſolutione huius argumēti ⁊ replicarū
ei⁹ hēs eē incōuenientes copulas p̄miſſarū vnire ꝓ oīno
diuerſis tēporibus / etiam ſi medium vtrobiq̄ diſtri=
buat̄ / vt ſeptima cōditio ſuprapoſita aſſerit. Ut q̄ ta=
liter vniat copula p̄miſſe vbi medium nō diſtribuitur=
quod verificari poſſit pro aliquo tēpore. f. pro aliquē

bus ſuppoſitis ꝓ q̄bus non verificaꝛ p̄miſſa vbi medium diſtribuitur. Nō eſt: q2 in hoc itur contra fundamentū generale. Non. n. extremitates verificantur pro eiſdem ſuppoſitis medij: ſed ꝓ omnino diuerſis ⁊ ꝓ tēporibus diuerſis. Et valde notabis hoc vt innumera argumēta diluere valeas. Añ hic ſillogiſm⁹ eſt nullus/ omne preteritum eſt nigrum: omne album eſt preteritum: ergo omne album eſt nigrū: poſito/ ꝙ li eſt/ in maiori/ reſtringat li preteritum pro eo quod fuit ⁊ eſt / nam caſu quo omnia entia que ſunt ⁊ fuerunt ſint nigra ⁊ fuerint aliqua que fuerūt alba ⁊ modo non ſint/ antecedens eſt verum ⁊ non conſequēs. Nā ſenſus maioris eſt/ omne quod fuit ⁊ ē eſt nigrū. An autem iſta reſtrictio ibi reperiatur ex beneplacito logicorum vel ne/ dicetur in ſecunda p̄te paruorū.

¶ Sed cōtra/ bñe valet/ nullū preteritū eſt albū: oīs hō eſt preteritus: ergo nullus hō ē alb⁹: ⁊ tñ cōmittiꝛ idem defectus: igitur. Forſan dices illud nō eē inconueniēs in ſillogiſmis negatiuis. Sed cōtra: nō valet/ nullū p̄teritum currit: cuiuſlibet angeli leo ē p̄terit⁹: ergo cuiuſlibet angeli leo nō currit. Nā caſu ꝙ nullū ens q̄d fuit ⁊ ē currat ⁊ michael habuerit vnū equum q̄ iam non eſt: ⁊ in iſto inſtanti p̄ſenti creeꝛ vnus equ⁹ currēs poſſeſſus ab eodē āgelo/ añs ē verū ⁊ ꝯñs falſū Dicitur ergo pro ſolutione huius replice ꝯñam illam eſſe formalem: nec eſſe neceſſe prefatos defectus ſemp̄ ſortiri effectus ſuos ſicut multi dicunt in alijs ſillogiſmis. Secundo dico ibi argui ab amplo ad non amplum negatiue cum diſtributione magis ampli/ q̄ diſtributio retificat in concluſione defectum medij in minori: q̄ q̄dem diſtributio non ponitur in ſecūdo ſillogiſmo/ ac proinde non ſeq̄tur: ſeq̄reꝛ tñ ſi poneretꝛ/ immo et valeret poſita equa ampliatione. ſ. ſi cōcludereꝛ: ergo cuiuſlibet angeli leo q̄ ē vel fuit nō eſt currens. Tertio dico ꝯñam nō eē ſillogiſticam ⁊ ſi ſit formalis: nam concluſio non ſequiꝛ rōne vnionis extremitatum cū medio/ ſed quia minor eſt virtualiter cōſtantia maioris cum qua cōſtantia maior infert cōcluſionem. Unde ſi dicatur ſic/ nullū preteritum ē albū: ⁊ omnis homo fuit/ ſequitur ergo nullus homo ē albus. Idem dico de hoc ſillogiſmo/ nullū ens q̄d fuit eſt album: omnis hō fuit ens quod fuit: ergo nullus hō eſt albus. ꝯcl'io. n. ſeq̄retur ſi ſolum diceretꝛ in minori/ omnis homo fuit: loquor. n. tenendo hāc eē veram/ omne q̄d fuit ē. Uides ergo bonitatē ꝯñe non inniti virtuti ſillogiſtice ſed tenere ēthimematice. Ex dictis ſimiliter habebis iudicare de ſillogiſmo vbi ponuntur copule diuerſorum temporū ſimplices ⁊ mixte diuerſimode/ pro quibus facies vt regulariter bene cōcludas q̄tlr extremitas maioris vniaꝛ in concluſione cū minori q̄liter fuit vnita cū medio in añte. Añ non valet/ omnis leo fuit albus: omne currens eſt ⁊ fuit leo: ergo omne currens eſt ⁊ fuit alb⁹. Nam caſu quo ſolum leones ſint ⁊ fuerint currentes ⁊ nunc nō ſint albi ſed fuerint albi/ antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſum/ proportionabiliter dices quando ē copula mixta ex vna de preterito ⁊ alia de futuro.

¶ Secundo arguitur: non valet/ omnis cō concluſio eſt falſa: omnis concluſio de barbara eſt cōcluſio: ergo omnis concluſio de barbara eſt falſa/ ⁊ tñ arguitur in barbara: igitur. Minor eſt nota: ſed maior ꝓbatur: q2 añs eſt verū ⁊ ꝯñs falſum: caſu ꝙ ſolus dict⁹ ſillogiſmus ſit in mundo: igitur: ꝓbatur hoc/ q2 vel illa concluſio eſt vera vel falſa/ ſi primum: ergo ita eſt ſicut per eam ſignificatur: ſed ſignificatur eā eſſe falſam/ igitur. Si dicas eā eſſe falſam maior eſt vera ⁊ minor eſt vera ⁊ concluſio falſa: igitur.

¶ Ad hoc argumentum communiter reſpondetur negando maiorem ⁊ ad eius probationem negaꝛ ꝯña q̄a i reflexiuis nō ꝯuenit ꝯñam eē bonā ⁊ hreꝛ añs verum ⁊ nō ꝯñs. Sufficit. n. ibi non poſſe eē ſicut añs ſigñat quin ſit ita ſicut ꝯñs ſignat. Mihi autē vr̄ in caſu poſito tale aggregatū nō eē ſillogiſmū vt pote qui non componatur ex propoſitionib⁹: Teneo. n. nullā eē propoſitionem reflexiuam eo pacto quo dicetur ī reflexiuis ſumma cauſa fauente. Et hoc probatur d̄ p̄miſſis talis aggregati ſic/ ille ſunt in intelligibiles/ ⁊ non poſſunt ab intellectu formari: igitur. Añs ꝓbo/ ⁊ pono aliquem intellectum ſucceſſiue concipiētem illum ſillogiſmum. Et ſic arguo/ quādo adequate cōcipit maiorem nō poteſt concipere totum ſillogiſmū/ ⁊ non pōt adeq̄te cōcipere maiorem quin cōcipiāt totum ſillogiſmum: ergo concipere talem maiorem eſt impoſſibile: ⁊ illud quod intellectus non pōt cōcipere eſt inintelligibile: igitur: ꝓbatur autem añs ꝓ prima parte ſic/ ſucceſſiue cōcipit ſillogiſmū: ergo concipit p̄tem poſt partem: ergo non totum ſimul. Item qñ preciſe eſt ſecūda intellectus operatio non eſt tertia: ſed qñ ſolū ap̄ph̄ēdiꝛ maior ē tñ ſcd̄a op̄atio: ergo non ē tertia ex qua generatur ſillogiſmus/ ſecūda p̄s ꝓbatur: non poteſt concipi illa maior niſi ſit concluſio obiectiu. ſaltem in intellectu: ſed non poteſt eſſe obiectiue in intellectu / quin totus ſillogiſmus ſit in intellectu obiectiue/ cum concluſio dicat reſpectum ad p̄miſſas: igiꝛ. Item in caſu poſito quāꝛ ītelligam illam concluſionem eſſe de barbara: niſi ſaltem prius natura formem illud aggregatum in barbara? Eodem pacto poteſt probari idem de minori. Proportionabiliter etiam poteſt idem probari de concluſione. Nam cum poſitum ſit totum aggregatum ſucceſſiue intelligi prius concipi debet ſubiectum concluſionis q̄ eius predicatum: ⁊ non poteſt cōcipi ſubiectum quin concipiaꝛ predicatum: igitur. Hoc probatur quia ſubiectum ſignificat concluſionem/ q̄ nō pōt eſſe ſine predicato: ⁊ nullum aliud poteſt eſſe niſi p̄dicatum ipſius met ꝯclonis cuius ſubiectum p̄ciſe ponitur cōcipi: igitur: habeꝛ intentum. Sed de hoc amplius in proprio loco.

¶ Tertio arguitur non valet/ quicunqꝫ dicit te eſſe animal dicit verum: quicunqꝫ dicit te eſſe equum dicit te eſſe animal: ergo quicunqꝫ dicit te eſſe equū dicit verum/ ⁊ tñ arguitur in barbara igitur: minor eſt nota: ſed maior probatur: datur añcedēs verum ⁊ conſequens falſum: igitur: añs pꝫ q̄a ſecūda p̄miſſa ē vera caſu quo aliq̇s dicat tibi tu es equus: ⁊ p̄ma eſt manifeſte vera: igitur.

¶ Pro huius argumenti ſolutione premittuntur quedam diſtinctiones. ¶ Prima eſt / ꝙ illa dicta/ te eſſe animal/ ⁊ te eſſe equum/ poſſunt ſumi dupliciter. Uno modo materialiter: alio modo ſignificatiue. Si primo modo / ſenſus maioris eſt / quicunqꝫ dicit hanc propoſitionem/ tu es animal / dicit verum. Minoris vero ſenſus eſt/ quicunqꝫ dicit hāc propoſitionem/ tu es equus/ dicit et hanc propoſitionem/ tu es animal.

¶ Secunda diſtinctio eſt / quod dici vocaliter/ conuenit ⁊ vocibus ⁊ rebus: Secundum ꝙ conuenit vocibus idē eſt dici q̄d ore proferri/ prout conuenit reb⁹ idem eſt ꝙ per vocem ſignificari. Et q̄d dictū eſt d̄ dici vocaliter poteſt ſuo mō reperiri in mente: nam dicī

mentaliter ē verbū producí:⁊ rē dici mētalr ērē ꝑ ver
bū mētalr ſigñari:⁊ ſi ſit dicere diuinū reſpectu crea-
turarū ē ipſas creaturas efficere. Vñ dixit ſcriptura/
ipſe dixit ⁊ facta ſunt.

¶ Tertia diſtitio ē ꝙ rē dici ſtat dupľr. Vno mō/ſub
ꝓprio ⁊ adeq̄tato cōceptu. Alio mō ſub cōceptu cōi vľ
in adeq̄to totali vľ ꝑtiali/vľ aliquo ſimili mō. Exem-
plū dico/hō currit/⁊ ſic res q̄ ē hō dr̄ ſub ꝓprio ⁊ ade-
quato cōceptu. Et etiā dr̄ res q̄ ē aīal:nō tñ ſub conce
ptu cui ſubordinaẗ iſte tꝰs aīal/ac ꝓinde nō ſub cōce
ptu ꝑciſo aīſs vt aīſs eſt:ſed rōne q̄ aīal claudiẗ ꝑtialr
ī cōceptu hōis. Vñ pħs dixit.2.thopicorum:q̄ dixerit
vnū quodlibꝫ:i. vnā rē tm̄ q̄cūqꝫ ſit illa quodāmodo
multa dixit(q̄a plures cōceptꝰ claudūẗ ī vna re

¶ Quarta diſtinctio ē ꝙ āb̄e ꝑmiſſe pñt ſumi dupľr.
Vno mō cōditionalr. Alio mō categorice. Primo mō
ſenſus maioris ē:ſi aliq̄s ꝓfert hanc ꝓpoſitionē/tu es
aīal/dicit verū ſi tale dictū ſumaẗ mľr: Si vero ſigña
tiue/ericiſte ſi aliq̄s dicit/ꝙ tu es aľ/dicit verū:⁊ codē
mō pōt dici ꝺ minori: Iſtis ꝑmiſſis. Dr̄ ꝙ vľ tales ꝑ-
miſſe ſumūẗ in ſenſu cōditionali:vľ categorico. Si pri
mū/ſubſtinguo:q̄ꝛ vel illa dicta ſumunẗ formaliter vľ
maľr. Si primū/quidā doctor negat maiorē ⁊ minorē
Nā ↄña ē bona ſed nō ſillogiſtica. Et aſſignaẗ rō ab eo
q̄ꝛ tenet ꝺ ꝑmo ad vltimū ꝑ illā regulā. Quicq̄d añce
dit ad añtedēs bōe ↄñe añcedit ad ↄñs. Et vult (vt arbi
tror) dicere te eē equū/añtecedit ad ꝙ dicere/te eē aīal
⁊ dicere te eē animal añtecedit ad dicere te eē equum:
ideo dicere te eſſe equum antecedit ad dicere te eē ani
mal. Et miratur ꝑfatꝰ doctor alios negaſſe illā ↄñam
eſſe bonam:Sed mihi videtur non poſſe cōcedi eā eē
bonam quin concedatur ꝙ dicēs/hominem eē equū/
dicat verum. Hoc ſic patet/quia illa regula quicquid
antecedit ⁊c. intelligiẗ in bonis ↄñtijs:ergo ſi hec cō
ſequētia tenet ꝑ illā opꝫ illas cōditionales eſſe bonas
ↄñas:ſi ſunt bone ↄñe ſunt ꝓpoſitiones vere:⁊ ſunt
antecedentes ad illud ↄñs:ergo illud ↄñs eſt verum/
quod ē manifeſte falſum. Ideo dicendum eſt ambas
conditionales eſſe diſtinguendas. Vnde ſi quis di-
cat/qui dicit te eſſe animal/dicit verum diſtinguo:
vel dicit mediante conceptu preciſo animalis ⁊ to-
tali/⁊ ſic concedo. Si vero aliter conditionalis eſt fal
ſa. Nam qui dicit me eſſe equum/non dicit verum:⁊
tamen aliquo modo dicit me eſſe animal. Nam qui
dicit me eſſe equum non dicit me eſſe animal ſub con-
ceptu ꝑciſo aīalis:vel cui li animal ſubordinatur:ſed
vt dictum eſt. Ideo non ſequiẗ illud ↄñs:nā in ſen-
ſu quo maior eſt vera minor eſt falſa/⁊ in ſenſu quo ma
ior eſt falſa minor eſt vera:cum ergo ſemꝑ vna earū
ſit falſa ſequitur eam nō eē bōam ↄam:⁊ ſi vna ↄña nō
eſt bona:non omnes conſequētie intermedie ſunt bo
ne:ergo non tenebit per illam regulam. Quicq̄d an
tecedit ⁊c:Si vero ſumātur illa dicta materialr ſemꝑ
minor erit falſa q̄ꝛ ē mala ↄña. Non.n. ē neceſſe ꝙ ꝓfe
rēs hāc ꝓpoſitionē/tu es equus/ꝓferat ⁊ iſtā/tu es
animal. Si vero ꝓpoſitiones ſumantur in ſenſu cate
gorico/iterum diſtinguo/quia vel in añe ⁊ ↄñte ſumu
tur illa dicta maľr vel vbiqꝫ formaliter vel non. Si
prima duo/conſequentia eſt bona. Nec pot eſt dari
añs verum ⁊ conſequens falſum. Nam ſi ſumaẗ for-
maliter tūc minor ē vera:ſi dicens me eē aīal dicat ſub
cōceptu ꝑciſo aīalis ⁊ nō aľr (⁊ ſemꝑ excipio:niſi dicat
te eſſe hominem. l. aliquid inferius quod tu ſis/⁊ tūc
minor eſt falſa. Si vero dicta ſumātur mľr:minor nō
poteſt eſſe vera niſi vnus ⁊ idem dicat has duas ꝓpo
ſitiones/tu es aīal/tu es equus/⁊ tūc ↄñs ⁊ eſt verū nō
quia dicit iſtā (tu es equus/ſed quia dicit illam/tu es
animal. Si vero illa dicta ſumantur in añte ⁊ ↄñte di
uerſimode liquidum eſt ↄñam eſſe nullam:eo ꝙ dicta
illa ſumantur equiuoce.

¶ Quarto non valet/ omnis ciuis alicuius
ciuitatis eſt albus: omnis homo niger eſt ciuis ali-
cuius ciuitatis:ergo omnis homo eſt albus:⁊ tamen
arguitur in barbara:igitur. Maior probatur anten
cedens eſt verum/⁊ conſequens falſum vt notum
eſt:igiẗ: Añs patet in proxima premiſſa (ſignata qua
dam ciuitate cuius omnes homines ſint albi) bene
ſequitur:omnis ciuis huius ciuitatis eſt albus:ergo
omnis ciuis alicuius ciuitatis eſt albus: añs eſt verū
vt notum eſt:ergo ⁊ ↄñs. Cōſequētia vero tenet ab ī
feriori ad ſuum ſuperius. De ſecūda ꝑmiſſa notū eſt/
igitur habetur propoſitum.

¶ Ad argumentum cōceſſa minori negatur maior/
⁊ ad probationem veritatis prime premiſſe negatur
ↄña:arguitur.n. ab inferiori ad ſuum ſuperius cū di-
ſtributione. Nā/li ciuis huius ciuitatis inferius eſt
ad li alicuius ciuis. ¶ Sed contra. bene valet/hu-
ius ciuitatis quilibet ciuis eſt albus:ergo alicuius ci
uitatis quilibet ciuis eſt albus:⁊ tñ cōmittitur idē de
fectus:igiẗ alia ↄña erat bona. ¶ Ad hoc rñdetur cō
ceſſo añte negando ↄñam/⁊ rō negationis ē (vt dicūt
nonnulli) q̄a hoc non eſt inconueniens q̄ñ diſtributio
tꝰi reſtricti qualis eſt/li ciuis/in ↄñte depēdet a reſo-
lutione ꝺterminationis ipſum reſtringētis. Hoc licet
verum ſit non tñ explanat cauſam huius: Ideo daẗ
duo diſcrimina inter conſequentiam vltimam bonā:
⁊ reliquam malam. Primum ꝙ in prima totum ag-
gregatum diſtribuitur categorematice ⁊ nulla pars
cum ſit acceptio vnica/in ſecunda aūt non/Secūdū
q̄ꝛ in ſcđo li ciuis/diſtribuiẗ incōplete tūc ꝙ ſola diſtri
butio añtis ſufficit ad verificādū ↄñs/⁊ nō ī alia: Vo
lo dicere ꝙ deſcendendo ſub obliquo in conſequente
verificabitur ſufficienter pro re demoſtrata in antece
dente. Vñ conſequens ad ſui veritatē non exigit veri
ficationem ex parte termini ſuperioris diſtributi pro
pluribus ſuppoſitis quam antecedens: ⁊ tunc non
inconuenit ſic argui:quod tamen non reperitur in
reliqua.

¶ Quinto bene valet/quilibet leo homi-
nis eſt currens:oē album ē.g.leo:ergo oē album hōis
currit:⁊ tamen ſubſumitur ſub ꝑte ꝑmā acceptionis
vnice:igitur dicta falſa.

¶ Ad hoc cōiter cōceditur ↄñam debere valere q̄ñ
medium reſtringitur eodē mō vtrobiqꝫ vt ibi fit ꝑ li
g. facit.n. li.g. vt li leo ſtet ꝓ leone poſſeſſo ab homīe.
Melius autem videtur dicendum ↄñam non eſſe ſil-
logiſticam:nam pars medij ingreditur cōcluſionem
¶ Sed dices contra/tantū/li leo eſt medium:igitur
dictū falſuꝫ. Ad hoc diſtinguo añs/ vel formalr ⁊ ſic
concedo/vel virtualiter ⁊ ſic nego. Equipollēt.n. iſte
due/oē album eſt.g. leo:⁊ oē album eſt leo hominis
Vñ ſicut hec ↄña eſt bona/ quilibet equus hominis
currit:omne hinnibile eſt equus hominis:ergo omne
hinnibile hominis currit:ita ⁊ reliqua:q̄ tñ non ē ſil-
logiſtica proprie.

¶ Sed cōtra bene valet/omnis equus hominis cur
rit:oē riſibile ē.g.hō:ergo oīs equus riſibilis currit.
⁊ tñ ſubſumitur ſub parte acceptionis vnice formalr
⁊ virtualr:igiẗ ſolutio nulla. ¶ Ad hāc replicā diſtin
guo ꝙ ſubſumatur ſub parte acceptionis vnice/vel
in quantum eſt vnica ⁊ ſic nego/ vel inquantum

equiualet non vnice ⁊ ſic concedo/ſubſumitur enim ſub li homo/in quantum illa maioꝛ equiualet huic/ cuiuſlibet hominis habentis equum quilibet equus currit: vbi vides li hominis/ſumi non vnice. Unde communiter ponitur pro regula. Quod quando voluimus ſubſumere ſub determinatione acceptiõis vnice/oportet aſpicere an illa premiſſa in qua talis determinatio ſumitur vnice/equiualet alicui propoſitioni ĩ q̃ talis d̃terminatio ſumit̃ non vnice ceteris parib⁹ Et tunc taliter ſubſumatur ſub determinatione acceptionis vnice qualiter ſubſumeretur ſub illa nõ vnica: Et rõ eſt: quia nullus t̃ſ diſtribuit̃ ſufficienter ad hoc ꝙ ſit medium/niſi valeat immediate ſub eo deſcẽſus copulatiuus. ¶ Sed contra/bene valet: quilibꝫ leo hominis currit: omne album omnis homo eſt: ergo quilibet leo albi currit: ⁊ tamen ſubſumitur ſub li hominis: ⁊ non inquantum equiualet non vnice talis vnica: igitur. ¶ Ad hanc replicã aliquis poſſet negare maiorem. Nam caſu quo tñ vnus hõ ſit in mũdo ĩ duobus locis ⁊ in vno ſit albus ⁊ in alio niger: ⁊ ille vbi eſt niger poſſideat vnum leonem currẽtem: ⁊ vbi eſt albus nihil poſſideat: añs eſt verum ⁊ non conſequens: quia li leo (vt multi volũt) reſtringitur ad ſtãdum pro leonibus poſſeſſis ab hominibus albis vbi ſunt albi. ¶ Sed contra hoc arguit̃/poſito ꝙ non taliter reſtringatur li leo/tunc bene valet: ⁊ tamen ſubſumptio eſt eadem: igitur. Et ꝙ hoc poſſit poni patet quia talis defectus eſt extrinſecus: ergo poteſt remoueri. Uel dicatur ſic in concluſione/quilibet leo.b.albi currit: vt ſenſus ſit/quilibet leo entis alicubi exiſtẽtis albi currit. Poſui autem li.b. vt non poſſit inſtari. Unde illud quod ibi ſupadditur ꝑme concluſioni debet ſumi ſincathegorematice.i.ſolum vt reſtringat (vt dictum eſt) ⁊ non vt ſignificet aliquid.

¶ Hec replica bñ ꝓbat defectũ eẽ extrinſecũ: iõ aliter rñdet̃ cõcedẽdo ſub p̃te acceptionis vnice poſſe ſubſumi eo modo quo nunc nunc dicetur.

¶ Pro quo ſciendum eſt/ꝙ acceptio vnica differt a non vnica penes hoc ꝙ aggregato vnice ſumpto vtimur tanq̃ vnico termino incõplexo ⁊ non vnice tanq̃ pluribus. Quequidem differentia non eſt intelligenda penes formalem ſignificationem. Sed penes aliqua q̃ in termino reperiri poſſunt. Reperiſitur enim plura ĩ t̃ſo.ſ. ſignificatio/acceptio/ſuppoſitio/reſtrictio/appellatio/ſubſumptio/reſolutio/aſcẽſus/deſcenſus. Et certe ſi t̃ſ vnice p̃fecte ſumat̃ quo ad oĩa hec/excepto primo/ debet tanq̃ vnicus t̃ſ ſimplex ſumi. Dixi excepto p̃mo.ſ. ſignatiõe formali: q̃r cũ tale aggregatũ ſit t̃ſ complex⁹/opꝫ habeat plures p̃tes ſignãtes diſtincte. Notãter locut⁹ ſum de ſignificatione formali: q̃a et quoad materialem ſignationẽ talis t̃ſ poſſet ſumi tãquã incomplexus. Nam hoc aggregatum non hꝫ põt ſupponere pro lapide quod non faceret niſi illum ſignificaret aliquo modo: ⁊ nõ ſignificat formaliter ergo materialiter. Dicitur ergo tunc aggregatum ſumi vnice quando totum categorematice ⁊ vt totum quodam ẽ reſpicit̃ ⁊ non ad p̃tes quoad ea q̃ predicta ſunt/excepto primo vt dictũ eſt. Si vero pars vel p̃tes eius reſpiciãt̃ p̃ ſe iam quoad hoc non habebit rationẽ acceptionis vnice. Idẽ dico q̃ndo conſiderat̃ vt equiualet alteri complexo nõ vnice ſumpto. Nã illud ſibi accidit. Si.n. de p̃ ſe ⁊ ratiõe vnice acceptionis tale aggregatũ equaleret alteri nõ vnice ſumpto: oĩs vnica acceptio equiualeret nõ vnice q̃d ẽ manifeſte falſum. Unñ ſi li equus hoĩs/⁊ li hominis equus/aliq̃n conuertunt̃ nõ erit ratione ſui ſed ratiõe alterius.ſ. q̃r ponitur in propoſitione affirmatiua: hoc p̃ꝫ: quia ſi ponerentur in negatiua hoc non fieret. Item quod in hac ꝓpoſitione/ fauellus hoĩs currit/liceat deſcẽdere ſub li hoĩs/p̃ accidẽs eſt. Nam ſi remoueret̃ li currit/⁊ poneret̃ li imediate poſt hoc erit/nõ liceret deſcẽdere ſcđm tenẽtes ꝙ ſub acceptione vnica in aliis ꝓpoſitionib⁹ deſcẽdere liceat. Et tñ ex hoc ꝙ ponat̃ hec vel illa copula nõ mutatur natura acceptionis vnice. Hec .2. ꝓbatio hẽt vim ex datis ab aduerſariis. Nã teneo et licitum eẽ deſcendere ĩ ꝓpoſitione vbi ponitur/li immediate/p̃ accidẽs tñ. Accedendo igitur ad ꝓpoſitum d̃r licitum eſſe ſubſumere ſub p̃tibus acceptionis vnice p̃ accñs: Uel q̃r ẽ acceptio nõ vnica ſcđm quid.i. quoad ſubſumptionem/licet quoad alia ſit vnica. Nã ſi fit ſubſũptio ſub p̃te iã illa p̃s reſpicitur per ſe ⁊ nõ ſcđm quod ex ea cum alia fit quodam totũ: ⁊ per ↄ̃ñs non ſubſumitur ſub ea/ea ratione qua cum alia conſtituit quodam totum. Uel quia talis vnica infert de forma acceptionis non vnicam. Patet igit̃ ex his ſolutio replice: ⁊ qualiter ſub parte acceptionis vnice ſillogizandum eſt. Quando ſub toto aggregato ſillogizatur idem erit iudiciũ q̃d de termino incomplexo.

¶ Sexto non valet / cuiuſlibet angeli leo currit: omne albũ angeli quilibet leo eſt: ergo oẽ albũ currit igit̃: ⁊c. Minor eſt nota ⁊ maior ꝓbatur: nam caſu quo quilibet angel⁹ habeat duos leones vnum albũ ⁊ aliũ nigrũ: quorũ oẽs nigri currãt ⁊ nulli albi: ⁊ nullũ aliud albũ ſit in mũdo: añs ẽ verũ ⁊ ↄ̃ñs falſũ vt patet per deſcendentes.

¶ Pro huius argumenti reſolutione ⁊ ꝓ cognoſcendo modo quo ſillogizandũ eſt in acceptionibus non vnicis ex recto ⁊ obliquo compoſitis: eſt ſciendũ/ ꝙ tripl̃r tñ poſſum⁹ in talib⁹ aggregatis ſillogizare.ſ. ſub recto vl̃ ſub obliquo/vel ſub toto ſincategorematice.i. ſub vtraq; p̃te: non tñ ſub toto categorematice cui⁹ rõ ẽ q̃a tũc ſumeret̃ tale agregatũ vnice: Dr ergo ꝙ ad hoc ꝙ ſubſũptio vl̃r valeat ĩ oĩ figura ⁊ mõ ⁊ reſpectu cuiuſcũq; copl̃e ⁊ vt ſit ꝓp̃a illatio ſillogiſtica opꝫ quãlibꝫ p̃tẽ in aliq̃ p̃miſſarũ diſtribui/alioq̃n argueretur ex puris particularib⁹ p̃ticularitate mediĩ. Si v̾o ſubſumptio fiat ſub p̃te opꝫ illã p̃tẽ in aliq̃ p̃miſſarũ cõplete diſtribui. Uolo dicere ꝙ talis diſtributio nõ d̃pẽdeat ab aliqua ſuppoſitiõe nõ diſtributiua ĩ d̃ſcẽſu: q̃a talis diſtributio ẽ ĩcõpleta. Unñ nõ valet/ hoĩs q̃libet leo currit: oẽ albũ ẽ leo: ergo hoĩs oẽ albũ currit. Nã caſu quo ſint ſortes ⁊ plato poſſidẽtes leones: ⁊ ꝙ ſortis leones ſint nigri ⁊ currẽtes: ⁊ platõis albi ⁊ quieſcẽtes ⁊ nullũ aliud ſit albũ in mũdo: añs ẽ verũ ⁊ nõ ↄ̃ñs. Similiter põt haberi hinc ꝓ regula/ꝙ ſub oĩ p̃te ſub q̃ lꝫ immediate d̃ſcẽdere licet immediate ſillogizare vt communiter dicitur. Unñ non valet/ cuiuſlibet ĩ hoĩs q̃libꝫ leo rugit: oẽ album eſt leo: ergo cuiuſlibet hominis omne album rugit. Nã medium vbi nõ diſtribuit̃ verificari põt de quo non verificat̃ vbi diſtribuitur.

¶ Ad argumẽtũ igit̃ negat̃ maior ⁊ ad ꝓbationẽ negatur añs. Nam in illo caſu minor ẽ falſa: vt patet p̃ veritatem ſue contradictorie. Et ſi dicas: cõtra/q̃a li leo vbi diſtribuit̃ ei⁹ diſtributio depẽdet a ſuppoſitione determinata vt pꝫ facto deſcenſu ſub ſubiecto. Ad hoc dicitur illud nõ eẽ inconueniens quãdo altera p̃s diſtribuit̃ cõplete: ſec⁹ eẽt ſi tãtũ ſub vna p̃te ſubſumeretur/q̃a tunc oporteret illã alicubi complete diſtribui vt dictũ eſt. Et loquor ĩ aggregatis ex recto ⁊ obliquo. Nam de aliis poſt dicetur.

¶ Septimo/ non valet/ in quolibet colle-
gio ſunt fratres in qualibet ciuitate eſt collegium: er
go in qualibet ciuitate ſunt fratres: ⁊ tamen arguit̃ ĩ
barbara igitur: maior ꝓbatur in caſu ꝙ non ſit in mũ
do niſi collegium ſancti thome quod tamen ſit in duo
bus locis. ſ. hiſpali ⁊ cordube ⁊ fratres habitent col-
legium hiſpali ⁊ cordube ſit abſq; fratrib⁹. Patet. n.
añs verum ⁊ ꝯñs falſum: in caſu iſto: minor ꝓbat̃/ q̃a
nulla deeſt conditio.
¶ Ad argumẽtum reſpondetur negãdo minorẽ/ nõ
enim totales extremitates ponuntur in concluſione/
vt patet reſoluendo propoſitiones ſic/ in quolibꝫ col
legio exiſtentes ſunt fratres: in qualibet ciuitate exi-
ſtẽs ẽ collegiũ: ex quib⁹ recte infert̃ in exiſtẽte ĩ q̃libet
ciuitate exiſtẽtes ſũt frates/ ⁊ hoc notabis ꝓ multis
alijs vbi extrema nõ ſunt explicite ⁊ diſtincte poſita.
¶ Octauo non ſequitur/ omnis homo ⁊ e-
quus ſunt entia: omnia animalia. d. homo ⁊ equus
ſunt: ergo omnia animalia ſunt entia: ⁊ tamen argui
tur in barbara: igitur: Minor patet. quia nulla con-
ditio videtur ei deficere: maior ꝓbatur: quia in ſimili
nõ ſequitur/ ois ps ⁊ ps ſunt. a. oia cõſtituẽtia vnũ. d.
ps ⁊ ois ps ẽ: ergo oia cõſtituẽtia vnũ ſũt. a. Et pono li
a. vt valeat tãtũ ſicut hoc aggregatũ/ ptes q̃ nõ ſunt
totum/ ⁊ nulla res ſit in mundo preter vnum lignum
tunc antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſum/ vt
patet tenendo quod totum ſit ſue partes.
¶ Argumẽtũ hoc petit explanationẽ illi⁹ regule po
ſite ꝓ copulatis: Pro quo ſciendum copulatum poſ
ſe dupliciter ſumi. ſ. diuiſiue/ ⁊ complexiue. Si primo
modo ſumat̃ licet ſillogizare vel ſubſumere ſub eo/ ſi
altera ps in altera p̃miſſarũ diſtribuitur/ nullo alio
interueniente defectu: vt bene ſequitur/ omnis leo ⁊
equus currit: omne album leo ⁊ equus eſt: ergo oẽ al
bum currit: ⁊ breuiter dicit̃ ꝙ bonitas ſillogiſmi vbi
medium eſt copulatum diuiſiue ſumptum regulãda
eſt penes vnam illius partem: hoc enim ad totius bo
nitatem ſillogiſmi ſufficit ⁊ requirit̃. Si vero ſumat̃
complexiue hoc poteſt eſſe dupliciter. ſ. aut vnice/ aut
non vnice. Si primo modo accipiatur/ tunc idem ẽ iu
diciũ de eo ſicut de termino incomplexo quoad diſtri
bui vel non diſtribui: ⁊ quoad ceteras proprietates.
Quod ſi hoc non fiat iam non ſumitur vnice: vt ex di
ctis patet: Eſt ergo difficultas quando non vnice ſu-
mitur. Pro quo ponit̃ alia ſubdiſtinctio/ q̃a vel tunc
talis ſillogiſmus eſt affirmatiuus vel negatiuus. Si
primũ/ hoc duplr̃: aut oẽs partes medij vtrobiq; ſunt
in recto: aut alicubi in obliquo. Dico ergo ꝙ quando
ſumitur pro medio copulatum complexiue non vni-
ce ſumptum in ſillogiſmo affirmatiuo: taliter ꝙ par-
tes ſint in recto: oportet in altera premiſſarum quãli
bet partem copulati diſtribui: aut vnã ĩ vna ⁊ alterã ĩ
altera: ⁊ ſi fuerint plures ptes q̃ due vnã ĩ vna p̃miſ
ſarum: ⁊ reſidue in alia/ itaq; nulla ps ſit vtrobiq; in-
diſtributa/ dũ tñ ptes nõ diſtribute nõ ſtẽt cõfuſe tãtũ
ĩ ambab⁹ ĩ ordine ad aliã partẽ copulati diſtributam:
niſi forſan nulla cõfuſa formlr̃ aut virtualr̃ reꝑiatur
in extremitatib⁹/ q2 tũc ſillogiſmus poterit eẽ bonus:
Ex quo infert̃ ꝙ ſi maior extremitas ſteterit diſtribu
tiue aut collectiue/ aut determinate/ ſeu diſcrete/ bo-
nus erit ſillogiſmus: cuius rõ ẽ/ q̃a tũc extremitates
nõ poterũt verificari cũ medio ꝓ oĩo diuerſis: ac ꝓ in
deſeruat̃ gñale fundamentum. Et intelligit̃ hoc ſiue
extremitates fuerint termini cõplexi aut ĩcomplexi/
q2 ſi fuerint cõplexi opꝫ nullã ptẽ illi⁹ aggregati ſta-
re confuſe: nec li vel/ ſi fuerit diſiunctũ. Añ nõ valet/
ois hõ ⁊ leo ois hõ vel ois leo ſunt: oia alba hõ ⁊ ois
leo ſunt: ergo oia alba ois hõ vel ois leo ſunt. Nã ca-
ſu quo ſolũ ſit vn⁹ hõ ⁊ vnus leo ⁊ ſint albi ⁊ nullum
aliud ſit albũ in mũdo/ añs ẽ verũ ⁊ ꝯñs falſũ: De alijs
q̃ñ valeat exẽpla ſunt facilia. Et dr̃m ptes. ⁊c. ꝓpter
ſillogiſmos vbi ponit̃ mixta: vt in argumẽto ſit. Nã
tũc opꝫ aſpicere quã diſtributiuã reſpiciat cõfuſa tñ
ſtantis mixtim. Nam ſi reſpiciat aliam partem medij
ſtantem diſtributiue nõ valebit vt patet ĩ argumẽto
poſito. Dicitur. n. ſic in minori/ oia aĩalia. d. hõ ⁊ ois
equus ſunt: vbi li homo ſtat determinate ⁊ confuſe/ d̃
terminate in ordine ad li animalia ⁊ confuſe in ordi-
ne ad li equ⁹: quo ſit vt ſi loco d̃li. d. poneret̃/ li. c. ſil-
logiſmus eſſet bonus. ¶ Proportionablr̃ vero intel
ligas de confuſa extremitatum. Si enim in aliqua ex
tremitate ſteterit in aliqua confuſa ⁊ non in ordĩe ad
aliquã partem medij: non erit inconueniẽs. Añ ſequi
tur/ omnis leo ⁊ equus omnia exiſtentia ſunt/ omne
rugibile ⁊ hinnibile. a. leo ⁊ ois equus ſunt: ergo oẽ
rugibile ⁊ hinnibile oia exiſtentia ſunt/ poſito ꝙ li hin
nibile nõ ſtet cõfuſe in ordine ad mediũ ſed ꝙ facto deſ
cenſu ſub li rugibile maneat d̃terminate. Si vero op
poſitũ ſupponat̃ ꝯña erit nulla/ q̃a ĩ ſimili nõ ſequitur
ois leo ⁊ leo omnia aĩalia ſunt: oẽ rugibile a materia
a. leo ⁊ omnis leo ſunt: ergo omne rugible ⁊. a. mate
ria oia animalia ſunt. Nam caſu quo ſint tantum duo
leones inter animalia in mundo in materia commu-
cantes/ añs ẽ verum ⁊ conſequens falſum: vt patet ꝑ
deſcenſum ſub omnibus terminis. Idẽ dico ſi reꝑiat̃
aliqua confuſa determinate equiualens. ſ. ꝙ tũc non
erit inconueniens q2 ſeruabitur regula ac ſi ſimplr̃ eſ
ſet d̃terminata ſuppoſitio. Añ bñ valet/ ois leo ⁊ leo
omne album ⁊ aliud albũ ſunt: omnia videntia. a. leo
⁊ omnis leo ſunt: ergo omnia videntia omne album
⁊ oẽ aliud albũ ſunt. Hoc autem explanabitur quãdo
de relatiuis infra argumentabimur. Dictum ẽ in ſil-
logiſmo affirmatiuo/ quia ſi eſt negatiuus ponitur re
gula talis. ¶ Nũq̃ licet ĩ ſillogiſmis negatiuis d̃ co
pulato medio ſillogizare taliter ꝙ vna pars medij in
vna premiſſa ſtet diſtributiue in ordine ad aliam par-
tem ſtantem confuſe/ ſi in alia eadem pars ſcilicet/ q̃
ſtetit diſtributiue ſtet confuſe in ordine ad aliam di-
ſtributiuam. Unde nõ ſequitur: omnis leo ⁊ leo non
ſunt animalia/ omnia rugibilia. a. leo ⁊ omnis leo
ſunt: ergo omnia rugibilia non ſunt animalia. Et in-
telligitur nunquam licere qualitercunq; extremita-
tes accipiantur. Ratio huius eſt/ quia extremitates
poterunt verificari cum medio pro omnino diuer-
ſis ex quo vna premiſſa eſt affirmatiua ⁊ alia non. Di
ctum eſt amplius ſi partes copulati fuerint in recto
omnes/ quia ſi aliqua vel aliquot fuerint in obliquo
preſertim ſi fuerint tales determinationes eiuſdem
determinabilis/ non licet partes non diſtributas ſta
re confuſe eo modo quo dictum eſt: etiam ſi in extre-
mitatibus nulla reperiatur confuſa tantum. Unde
non ſequitur/ cuiuſlibet ceci et videntis quilibet leo
eſt niger: omne album. a. ceci: ⁊ cuiuſlibet videñtis qui
libet leo eſt: ergo omne album eſt nigrum. Nam ca-
ſu quod tantum ſint duo leones vnus albus ⁊ alius
niger/ ⁊ nullum aliud ſit album in mundo: ſintq; ſor-
tes ⁊ plato ceci/ ⁊ petrus ⁊ cicero videntes quorum
ſortes poſſideat cum petro leonem nigrum/ ⁊ cum
cicerone leonẽ albũ: ⁊ plato ecõtra cũ petro poſſideat
leonẽ albũ: ⁊ cũ cicerone leonẽ nigrũ datur añs verum
vt patet per deſcendẽtes ⁊ ꝯñs falſum: vt notum eſt

¶ Nono non ſequitur/ omnis homo vel equus eſt riſibilis (li omnis ſolum primam partem diſtribuente) omne hinnibile homo vel omnis equus eſt: ergo omne hinnibile eſt riſibile/ ⁊ tamē arguitur in barbara: igiť. Maior probatur. Nam caſu quo tā tum vnus equus ſit in mundo: añs eſt verū ⁊ conſequens falſum:

¶ Pro huius argumēti ſolutione aduertendum/ ꝙ diſiunctum poteſt ſumi dupliciter. ſ. diuiſiue ⁊ complexiue. Quando ſumitur diuiſiue nō pōt ſumi ꝓ medio taliter ꝙ p̄miſſe ſint habiles/ niſi li vel/ mutetur ī li et in vna p̄miſſarum: aut negeť: ⁊ vltra hoc q̄libet pars nō diſtributa in vna p̄miſſarum debet diſtribui in alia. Unde hec ſupradicta maior cum minore: ſcilicet/ omne hinnibile homo ⁊ omnis equus eſt (ſumpto li ⁊ diuiſiue) ſequitur concluſio: ⁊ etiam cum iſta/ nullum hinnibile homo vel equus non eſt. Si vero ſumatur complexiue: hoc poteſt eſſe nō vnice: vel vnice/ ſi p̄mū: idē ē iudiciū ſicut de ipſo qñ diuiſiue ſumitur. Si autem vnice teneať: non poterit fieri ſubſumptio recta/ niſi totum diſtribuatur categorematice: alioquin argumentaremur ex puris particularibus: Neq̄ valet dici ꝙ etiam diſtributa vna parte in vna ⁊ alia in alia mutato li vel/ in li et/ valebit. Nam iam ſillogiſmus conſtabit ex quatuor terminis: nam li vel quando vnice ſumitur efficitur pars totius extremi: quod non contingit quando ſumitur diuiſiue/ aut non vnice: ſecus autem videtur de li ⁊/ non vnice: quoad hoc ꝙ fiat vel non fiat pars: cuius ratio poteſt haberi ex primo trac. Et ſi aliquando conſequentia fuerit bona erit per accidens: ſcilicet quia tale diſiunctū ſūptū vnice equalebit diſiūcto diuiſiue ſūpto

¶ Decimo nō ſequitur/ oē aīal ſi eſt hinnibile eſt equus: omne rationale eſt animal ſi eſt hinnibile: ergo omne rationale eſt equus: ⁊ tñ arguitur in barbara: igitur: maior patet: quia añs eſt verum ⁊ cōſequens falſum: falſitas ꝯñtis liquida eſt/ veritas antecedētis ꝓbatur/ quia maior eſt vera cū reducať ad iſtam/ ſi omne animal eſt equus/ omne animal ē hinnibile: ⁊ minoris veritas eſt nota: igť. ¶ Pro huius argumēti ſolutione. ſciendum/ li ſi poſſe teneri diuiſiue: ⁊ complexiue (vt de aliis aggregatis dictum eſt) ⁊ complexiue nō vnice ⁊ vnice. Si ſumatur diuiſiue vel complexiue non vnice: non poteſt eſſe medium ī ꝯña ꝓprie ſillogiſtica: eo ꝙ non poſſit ꝑfecte vel complete diſtribui. Si vero ſumatur vnice: tunc bene pōt eſſe medium: quia complete poteſt diſtribui: ⁊ tunc ſi teneatur tale conditionatum ampliare (quod ego non teneo) oportet aſpicere an committatur aliquis defectus extrinſecus ex parte ampliationis: aut ampli modi ſignificandi. Et loquor nunc de conditionato/ qñ totum ſumitur pro medio ⁊ non aliqua pars tātum/ quia de hoc dicetur infra. Diciť ergo ſi conditionatū ſumatur vnice (li omne diſtribuente totum conditionatum) ſillogiſmum eſſe bonum: ⁊ ſicut concluſio eſt falſa: ita ⁊ maior: cuius eſt ſenſus/ omne ens de quo ē verum dicere ꝙ eſt animal ſi eſt hinnibile eſt verū dicere ꝙ eſt equus: nā de homine ⁊ de quocunq̄ ente ē verū dicere ꝙ eſt animal ſi eſt hinnibile: nō tñ ꝺ quolibet eſt verum dicere ꝙ eſt equus: Et hoc tenēdo cōditionatum ſumptum vnice non ampliare terminos ſue categorice. ¶ Pro iſta cōditionatorū ampliatione cognoſcenda/ pono propoſitiones que mihi videntur rationabiles.

¶ Prima/ conditionatum ſumptum vnice nullum terminum ampliat: ſiue terminus talis ſit ſequēs ſeu precedens: neq̄ abſtrahit ab exiſtentia. Unde vtraq̄ iſtarū ē falſa. ſ. chimera ē aliqđ ſortes ſi eſt ſortes: ⁊ aliquid ſortes ſi eſt ſortes eſt chimera/ eſt enim ſenſus prime/ chimera eſt aliquid de quo eſt verū dicere ꝙ eſt ſortes ſi eſt ſortes. Et ſecunde eſt iſte/ aliquid de quo eſt verum dicere quod eſt ſortes ſi eſt ſortes eſt chimera.

¶ Secunda propoſitio/ conditionatum tētum diuiſiue/ ampliat omnes t̄mos qui in reductione ipſius ad cōditionalē in tali cōditionali ponēdi ſunt. Ampliat inq̄. i. nulla exiſtentia exigiť ad veritatē eiꝰ. Nec extremorū ſuppoſitio: ſed eiꝰ veritas eſſentialiter per conditionalem menſuranda eſt.

¶ Tertia propoſitio/ ⁊ ſi faciliter poſſit ſuſtineri conditionatum ſumptum complexiue non vnice ampliare omnes t̄mos ſue categorice: oppoſitum tñ mihi rationabilius videtur: quia talis ꝓpoſitio ꝓbāda eſt: ⁊ ꝑ deſcenſum ⁊ ꝑ extremorū ſuppoſitionē/ ⁊ tñ nō videť rationabile vt in quacūq̄ ꝓpoſitiōe deſcēdamus vſq̄ ad imaginabilia.

¶ Quarta propoſitio/ admiſſo conditionatum tētum cōplexiue non vnice ampliare. Hoc crediderim verum de terminis p̄cedentibus conditionatum ⁊ non ꝺ ſequētibus: quia hoc videť conformius communi modo concipiēdi: ⁊ quia terminus ampliatiuus vel diſtractiuus hoc agit. Et idē cēſeo ꝺ cōditionato vnice ſumpto. ſ. quod tenendo ipſum ampliare/ nō ampliat niſi terminos precedentes. Non. n. apparēt eiuſdem veritatis propoſitiones he/ chimera eſt ſortes ſi eſt ſortes/ ⁊ ſortes ſi eſt ſortes eſt chimera: ſed ſi oppoſitum ſupponať admitti pōt. Immo vt poſſit cōuerti id preſuppone̅dū ē vel aliquod ſignum addendum vt tñ ſtent eodem modo. Sed q̄d priꝰ dixi/ rationabilius mihi apparet.

¶ Quinta propoſitio/ et ſi conditionatum ampliet ad quinq̄/ nō tñ eodem modo ampliat ſicut li imaginarie. Ratio eſt/ quia li imaginarie/ ampliat non ſolum ſuppoſitionem ſed ſignificationem quodā modo: ita vt faciat vtrumq̄ extremum alterum a ſe ſignificare loquendo de extremis vocalibꝰ ⁊ ſcriptis Qualiter autem hoc in mentali contingat dicetur in ſecunda parte introductionum: ſuprema fauente cauſa. Quo fit/ vt iſta exiſtente vera. ſ. omne ens imaginarie eſt chimera: iſta ſit falſa: omnis homo ſi eſt homo eſt chimera.

¶ Sexta/ quando conditionatum ponitur in ſubiecto terminus precedēs/ li ſi (vt communiter) apprehenditur tanq̄ terminus cōcurrens: vt hic/ aīal ſi eſt homo ridet/ cuius ſenſus eſt/ ſi animal ē homo animal ridet/ quando ponitur a parte p̄dicati (vt cōmuniter) terminus p̄cedēs li ſi apprehenditur tanq̄ illatus terminus: vt hic/ ſortes eſt animal ſi ē homo/ verū tñ ſemper terminus ſequēs erit inferens: Sed arguēdo in p̄ma figura: opꝫ eodē mō ſumi talē t̄rm: alioquin medium teneretur equiuoce vt patet.

¶ Secundus modus perfectiſſimus eſt/ celarent/ ⁊ (vt litere pro ſe ferunt) conſtat ex maiori vniuerſali negatiua: ⁊ minori vl̄i affirmatiua: vl̄em negatiuam directe concludentibus: vt hic fit/ nullus leo rugit/ omne album eſt leo: ergo nullū album rugit: ſed contra hoc arguitur.

¶ Primo ſic non valet/ nulla ſubſtantia eſt

equus ⁊ leo/cuiuſlibet angeli animal eſt ſubſtantia: ergo nullius angeli animal eſt equus ⁊ leo ſumpto li ⁊ ſemper diuiſiue/eſto copulam ſequatur. Et tñ arguit in celarent: igitur. b. eſt nota quia nullus defectus videtur ei ineſſe. Maior probatur in caſu ꝙ quilibꝫ angelus habeat vnum leonem ⁊ vnum equum: tunc veritas maioris patet per falſitatem ſue contradictorie ⁊ minoris veritas liquet per aſcenſum: ⁊ falſitas conſequentis ex veritate ſue contradictorie liquido conſtare poteſt.

¶ Ad argumentum reſpondetur / negãdo minorem: arguit ſiquidem a cõfuſa ad determinatam ex parte de li ⁊. Nã ipm negatũ equiualet li vel affirmato: Unde illa maior equiualet huic. ſ. omne animal omnis equus vel omnis leo nõ eſt: q̄ eſt veriſſima/ ⁊ li vel tenet confuſe. Cõſeq̄ns autem equipollet huic/ cuiuſlibet angeli omne animal omnis equꝰ. b. vł oīs leo non eſt: ⁊ ponitur li. b. vt ſit ſignum ꝙ immediate talis ꝓpoſitio eſt reducenda ad vnam diſiunctiuam: q̄ neceſſario erit falſa vt reducẽti patebit. ¶ Sed cõtra bene valet/ Nulla ſubſtantia equus ⁊ omnis leo eſt: ⁊ omne animal eſt ſubſtantia: ergo nulla ſuſtãtia. a equus ⁊ omnis leo eſt: ⁊ tamen ex parte illius tḿi leo committitur idem defectus. Nam remoto/ li nulla/ ĩ maiore li leo diſtribuitur in ordine ad duos tḿos ſtãtes determinate: ergo appoſito ſigno ſtabit confuſe: ⁊ in ↄ̄ñte amoto ſigno diſtribuitur in ordine ad duos quorum vnus ſtat confuſe: ergo ſaltem reſpectu illiꝰ ſtabit determinate. ¶ Ad hoc reſpondet negãdo minorem: ⁊ ratio eſt/ quia li leo non ſtat in ordine ad li equus: quia eſt copulatum diuiſiue ſumptum/ in quo nulla pars eſt in ordine ad aliam: ſed bene in ordine ad aliud extremum. Pro quo aduerte/ ꝙ quando copulatum aut diſiunctum ſumitur diuiſiue/ ſi ꝓpoſitio vbi eſt poteſt reduci ad hypotheticam antequam ſub aliqua parte copulati ſeu diſiuncti deſcendatur: tunc partes talis copulati/ aut diſiuncti inter ſe minime ordinãtur: Ratio in aperto eſt: nam cum poſſint tales ꝓpoſitiones partibus intactis ad hipotheticas reduci: idem eſt iudicium ac ſi tales termini eſſent in diſtinctis cathegoricis. Nõ autem intelligas me velle dicere: ꝙ tales ꝓpoſitiones poſſint immediate reduci ad hipotheticas: ſed ꝙ ſi pñt ante deſcenſum ſub partibus copulati aut diſiuncti. Nam poteſt contingere ꝙ oporteat ſub alio termino prius deſcendere: vt patet in ꝓpoſitionibus prefati ſillogiſmi: in quibus prius deſcẽdendum eſt ſub li ſubſtantia. Uerumtñ facto deſcenſu ſub li ſubſtantia/ q̄libet deſcendens poteſt immediate reduci ad diſiunctiuã. ¶ Ex his īfert in hac ꝓpoſitione/ omnis homo ⁊. b. leo eſt animal/ partes copulati inter ſe non habere ordinem. In hac autem/ omne animal omnis equus vel. b. leo eſt: oppoſitum accidit: Nec̄ cõtradicit hoc dictis in primo tractatu. Ubi dicitur partes copulati aut diſiuncti eſſe inter ſe ordinatas qñ ſumũtur non vnice qꝛ intelligit nõ vnice ⁊ complexiue: ſi autem ſumantur diuiſiue: limitanda eſt regula vt ex dictis patet: Nec̄ in dicto ſillogiſmo infregi ordinẽ ꝓmiſſum: eo ꝙ medium eſt ſimplex: quicquid ſit de extremitatibus.

¶ Secundo non valet/ Nullus homo eſt lapis: omne riſibile cognoſcit hominem: ergo nullũ riſibile cognoſcit lapidem: ⁊ tamen arguitur in celarent/ igitur: minor videt vera ⁊ maior ꝓbatur in caſu quo omnes homines habeãt notitiam hominis ⁊ lapidis. ¶ Ad hoc argumẽtũ negatur minor/ quia in eo eſt duplex defectus intrinſecus quia medium in minori cum ſibi adiuncto poteſt de aliquo verificari de quo non verificatur in maiori: ⁊ etiam q̄a ex parte illius tḿi cognoſco variatur appellatio: ⁊ ſic etiã ē error extrinſecus.

¶ Tertio non valet / nullus leo eſt equus/ cuiuſlibet angeli eſt aliquis leo: ergo nullius angeli eſt aliquis equus: ⁊ tamen eſt in celarent. igitur: Minor videtur vera/ ſed maior ꝓbatur/ in caſu quo quilibet angelus vnum leonem habeat ⁊ vnum equum: tunc veritas añtis eſt nota: ſed ↄ̄ñtis falſitas patet ꝑ eius cõtradictoriam. ¶ Ad hoc argumẽtum negatur b. quia arguitur a non diſtributo ad diſtributũ ex pte de li ens incluſi in minori ⁊ in ↄ̄ñte. Senſus enim minoris eſt/ cuiuslibet angeli ens eſt leo: ⁊ ↄ̄ñtis/ nulliꝰ angeli ens eſt equus.

¶ Quarto arguitur. Non valet/ nullus leo currens fuit albus: ⁊ omnis leo eſt leo currens: ergo nullus leo fuit albus: ⁊ tamen eſt in celarent: igitur: Minor videt vera/ ſed maior ꝓbatur: in caſu ꝙ nullꝰ leo qui nũc currit vel cucurrerit fuerit albus ſed multi qui ſemper quieuerunt fuerint albi: ſint tamen nũc multi nigri qui omnes currant/ datur añs verum ⁊ ↄ̄ñs falſum. ¶ Ad hoc breuiter dicit in dicto ſillogiſmo argui a non amplo ad amplum negatiue ⁊ cum diſtributione quod etiam impediret dato quod affirmatiue eſſet: ac proinde negat minor. Sed contra bñ valet/ omnis leo animal eſt ⁊ non fuit: omne currẽs eſt leo: ergo omne currens aĩal non fuit: ⁊ tamen arguit a non amplo ad amplum/ igitur defectus hic non impedit: Ad hanc replicam diſtinguitur. a. vel ꝙ valeat ſillogiſtice ⁊ ſic nego: vel entimematice ⁊ ſic concedo. Sequitur enim concluſio ex ſola maiori: vt haberi poteſt ex duabus regulis antepoſitis: vbi dictum eſt: ꝙ omnis propoſitio de copula copulata/ cuius vna pars affirmatur ⁊ alia negatur/ īfert vnã negatiuam.

¶ Quinto arguitur/ Non ſequitur/ nullus leo ē ⁊ fuit currẽs: omne rugibile eſt vel fuit leo: ergo nullum rugibile eſt vel fuit currens: ⁊ tamen ē in celarent: igitur: ¶ Ad hoc argumẽtum reſpõdetur negando minorẽ. Nam variatur appellatio arguendo a minus ad magis amplam appellationem. Nam li currens ſtat in maiori pro eo quod eſt ⁊ fuit currẽs: ⁊ in concluſione pro eo quod eſt vel fuit: ⁊ hec variatio appellationis impedit bonitatem conſequentie. ¶ Alij dicũt d̄fectũ eſſe quia ſtat maiorem extremitatem verificari poſſe pro aliquo in contradictoria maioris. pro quo non verificabitur in contradictoria cõcluſionis: hoc verum eſt/ tamẽ primũ eſt facilius. Et alij dicerent defectum eſſe: qꝛ copula ↄ̄cluſionis non ſequitur copulã maioris: ſed hoc non abſtat niſi alius defectus committatur.

¶ Sexto arguitur / non valet / Nullus equus hominis currit: omne hinnibile eſt equus/ ergo nullum hinnibile hominis currit: ⁊ tamen arguit in celarent/ igitur: Minor videtur vera: ⁊ maior patet Nam ſi loco illius termini equus ponas li. a. quod tãtum valeat ſicut poſſeſſum in platea ⁊ ſit ſolus vnus equus currens in duobus locis in platea. ſ. vbi nõ poſſidetur ab homine ſed ab angelo: ⁊ in domo ſortis/ a quo poſſidetur ibidem/ datur añs verũ ⁊ ↄ̄ñs falſum. Forſan dices medium teneri magis ample in ꝓmiſſa affirmatiua/ q̄ in negatiua. ¶ Cõtra ergo dicẽdo in minori: omne nigrum eſt: b. equus: vt li. b. faciat ſtare



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

li equus eodem modo/erit bonus ſillogiſmus:ꝯñs ē contra dicta ſuperius.ſ.ꝙ ſub parte acceptionis vnice nō valet ſubſumptio:igitur. ¶ Ad argumentū bene dictum eſt vſq; ad hanc replicam: Ad quam dupliciter reſpōdeo. Primo:ꝙ bene valet ſubſumptio:ſed hoc ē hic de ꝑ accidens:eo ꝙ illa maior infert vnā in qua tale aggregatum ſumitur non vnice.ſ.hanc/ nullius hominis equus currit. Secūdo dico/ꝙ virtualiter ſubſumitur ſub toto:eo ꝙ virtualiter idem ſit dicere/omne album eſt.b.equus:⁊ dicere/oē album eſt equus hominis vt patet.

¶ Septimo/ſic arguo argumento cōmuni/ non valet/in nullo loco ſuper quemlibet equū quodlibet equitans eſt homo:⁊ omne riſibile in aliquo loco ſuper quemlibet equum quodlibet equitans ē:ergo nullum riſibile eſt homo:⁊ tamen eſt in celarent: igitur. Minor videtur vera:ſed maior probatur i caſu ꝙ ſit ſolum vnus homo cum ſolis duobus equis/ ⁊ ſint tātum duo loca in quorum quolibet exiſtit equitans/ſuper vnum equum in vno loco ⁊ ſuper alium in alio. Et volo quod li in loco ſolum determinet li equitās:ſicut etiam determinetur a li ſuper equum: De conſequentis falſitate notum eſt. Veritas autem maioris probatur ꝑ falſitatē ſue contradictorie q̄ eſt hec/in aliquo loco ſuper quemlibet equum quodlibꝫ equitans ē homo:cuius falſitas liquet per deſcēdentes ſub li loco: Primo ſic:ergo in iſto loco ſuꝑ quemlibet equū/⁊c. ſecūdo ſub li equū ſub quo dabit᷑ vna falſa.ſ.in qua demoſtratur equus ſuper quē non equitat in loco demonſtrato. Minoris etiam veritas patet ꝑ deſcenſum:primo ſub li riſibile ſic:omne riſibile in aliquo loco ⁊c.ergo iſtud riſibile i.a.loco ſuꝑ quēlibꝫ equū quodlibꝫ equitās ē: ſecundo ſub li equum/ ⁊ tertio ſub li eqtās/⁊ vltio ſub li loco. ¶ Ad hoc argumentum aliq̄ reſpondēt negando minorē: dicūtq; defectum eſſe eundem qui committitur in copulatis Nam oportet(vt aiunt)quando medium ē acceptio nō vnica quamlibet partem in aliqua premiſſarū diſtribui:ꝙ ſi hoc nō fiat/oportet partes indiſtributas nō ſtare cōfuſe tātum q̄liter in prefato ſillogiſmo cognoſcuntur ſtare. ¶ Sed contra hoc arguitur:bñ valet i barbara/cuiuſlibet hominis leo currit:omne nigrum hominis q̄libet leo eſt:ergo omne nigrum currit/⁊ tamen committitur idem defectus(ſi defectus eſt) igit᷑ defectus nullus. Si forſan negas minorem dicēs confuſam illam illius termini hominis equiualere determinate. Cōtra/ergo etiā cōfuſa ꝺ li loco/equalebit ꝺterminate/quandoquidem eſt ꝺeterminatio ſicut li hominis. Alij autem hoc tenentes.ſ.confuſam determinationis non vnice accepte ſemper equiualere determinate. Reſpondent negando maiorem dicūtq; minorem eſſe falſam ſicut ⁊ ꝯñs:⁊ aſſerūt ampliꝰ deſcendendendum eſſe ſub omnibus terminis minoris/ eo ordine quo iacent. ¶ Sed cōtra/ volo illā confuſam non equiualere determinate(nam hoc bene pōt intellectus cōcipere)tunc datur añs verum ⁊ ꝯñs falſum/vt ꝓbatum ē/quia deſcēdendum ē eo pacto quo prius deſcendebatur igitur. Ad hanc replicam reſpōdetur ipſum tunc/non eſſe bonum ſillogiſmum/eo ꝙ li loco in maiore ē determinatio nō vnica/⁊ in minori eſt vnica. Sed contra/ tunc totum aggregatū non reſoluitur vnica reſolutione/ergo non tenetur vnice. ¶ Preterea bene ſeq̄tur in barbara/ cuiuſlibet hoīs equus currit:omne album eſt hominis q̄libꝫ equus: ergo omne album currit:poſito ꝙ prius debeat fieri deſcēſus ſub li equus in minori q̄ ſub li hominis/ ⁊ tū variat᷑ per te acceptio non vnica i vnicam: igitur ſolutio nulla. Videtur ergo mihi aliter dicendum(admiſſo confuſam illam habere ſuam vim) Unde dico ꝺfectum eſſe/ ꝙ determinabile in premiſſa affirmatiua pro pluribꝰ poteſt accipi mediate idest facto deſcenſu q̄ in premiſſa negatiua. Ratio ē/q̄a in maiori que ē negatiua inchoatur deſcenſus a li loco:⁊ per ꝯñs reſtringitur determinabile ꝓ quolibet equitante in loco ſignato: In minori vero q̄ eſt affirmatiua deſcēditur ad omne eqtās abſolute/cum prius (vt ſupponit argumentum)deſcendendum ſit ſub determinabili q̄ ſub determinatione. ¶ Ad argumētū factū in p̄ma figura concedit᷑ ꝯñam eſſe bonam:eo ꝙ ambe p̄miſſe ſint affirmatiue ⁊ diſtribuat᷑ ꝺterminabile vbi pōt accipi ꝓ pluribꝰ hoc ē in minori: vt pꝫ attētē intuēti. Et hic ꝺfectus ē ſūme notādus q2 occultꝰ ē ⁊ ſepe ſepiꝰ cōtingere poteſt. Idem dicēdum eſt de hoc ſillogiſmo/ in aliq̄ ꝓportiōe q̄libet ſua parte maius eſt aliquod cōtinuum:⁊ omne continuum in aliqua proportione qualibet parte maius eſt /ergo nullum continuum eſt continuum.

¶ Octauo arguitur non ſequitur/ quilibꝫ leo ⁊ equus non ſunt binariꝰ:omnia animalia.a.leo ⁊ q̄libet equus ſunt:ergo nulla animalia ſunt binariꝰ/ ⁊ tamē arguit᷑ in celarent:igitur. Minor patet:ſed.a. probat᷑/q2 in ſimili non ſequit᷑:poſito loco illiꝰ termini equꝰ li leo vt dicatur: q̄libet leo ⁊ leo non ſunt binarius:⁊ poſito caſu ꝙ tātum ſint duo leones i mundo. ¶ Ad hoc argumentū negat᷑ minor. Nā ſumit᷑ copulatum pro medio ⁊ partes non diſtribute ſtant cōfuſe:neq; refert maiorem ⁊ minorē extremitatem diſtribui. Nā licet illud bonificet ꝯñam in affirmatiuis ſillogiſmis:non tamen in negatiuis vt dictū eſt. Sed contra/non valet/omnis leo ⁊ omnis equus.c.portātia nauim non ſunt:⁊ omne hinnibile ⁊ omne rugibile ſunt leo ⁊ equus:ergo omne hinnibile ⁊ omne rugibile.c.portantia nauim nō ſunt. Nam caſu quod ſit vnꝰ tantum equꝰ qui ſit in duobꝰ locis ⁊ ſint duo leones quorum quilibet cum eodem equo deferat vnam nauim añs eſt verum ⁊ non ꝯñs:⁊ tamē q̄libet pars medij diſtribuit᷑ in vna premiſſarum:⁊ aliꝰ defectus non committit᷑.igitur. ¶ Ad hāc replicā dicit᷑ conſequētiā nō valere:⁊ defectꝰ eſt:q2 ē dato ꝙ q̄libet pars medij diſtribuat᷑ in aliq̄ p̄miſſarū:inconuenit tū aliquā extremitatē vel eius ptē ſtare cōfuſe:p̄ſertim tūc ꝙ arguendo ex oppoſito conſequentis ad oppoſitum añtis arguit᷑ a cōfuſa ad ꝺterminatā: q̄liter accidit i poſito vt pꝫ.

¶ Nono/ non valet/nulla pars eſt homo: ⁊ omne riſibile eſt homo ⁊ pars: ergo nullū riſibile ē homo:ē tamen arguit᷑ in celarent:igitur. Si forſā neges minorem/eo ꝙ in premiſſa affirmatiua mediū eſt illo addito verificat᷑ pro aliquo ꝓ quo non verificat᷑ medium in negatiua ſumpto li ⁊ complexiue vt capitur. Contra/non valet/nullus leo eſt homo:omne album eſt leo ⁊ rugibile: ergo omne album rugibile ⁊ omnis homo non eſt(ſumpto li ⁊ diuiſiue) ⁊ tamē nō committitur iſte ꝺfectus neq; alius:igitur. ¶ Ad argumentum bene reſponſum eſt:ſed ad replicam negatur minor quia virtualiter ſillogizat᷑ ſub parte copulatiue inferendo quandam copulatiuam: cuiꝰ vna pars ex premiſſis nullo modo infert᷑:⁊ per ꝯñs nō infertur tota copulatiua:ſed poſſet vna inferri de diſiūcto ſumpto diuiſiue: quia cum ille premiſſe inferant vnam partem illius/⁊ ex vna parte diſiuncti diuiſiue ſumpti inferat᷑ totum ſeruatis ſeruandis/ſequit᷑

q̄ ille premiſſe poſſunt inferre totum diſiunctū. Añs infert iſtam/omne album rugibile vel omnis homo non eſt: quam tamen non inferrent ſumpto li vel complexiue. Nam caſu q̄ omne album ſit leo: et ſit tātum vnus leo et nullus homo ſit/añs eſt verum et nō conſequēs: tenendo tamē q̄ veritas ꝯñtis nō ē mēſurāda ꝑ reductionem ad diſiunctiuā: de quo ꝑ dictū fuit ī tractatu de aſcenſu et deſcenſu.

**Decimo nō ſequitur/nullum animal dū** dormit vigilat: omnis homo eſt animal dum dormit: ergo nullus homo vigilat: et tamen arguitur in celarent: igitur: minor patet: maior vero probatur in caſu quo homines nunc vigilent.

Ad argumentum ſuppoſito propoſitiones ſumi in ſenſu cathegorico (alioquin ex eis non efficeretur ſillogiſmus de quo loquimur) dicitur multos diuerſimode reſpondere: quibus reſponſionibus breuitatis gratia omiſſis dicit̄/q̄ aut li dum/ſumitur in ſenſu cōditionato/aut non: Si primū eſt bonus ſillogiſmus q2 tunc tale aggregatum ſumitur vnice: et eodem modo debet ſumi in minori vt acceptio nō varie̅t: Si vero ſumatur nō vnice/ita q̄ ſolum li animal/diſtribuatur/tūc ſillogiſmus nihil valet: eo q̄ medium nullibi diſtribuat̄ complete/et poteſt dari añs verum et ꝯñs falſum: nō autem primo modo. Nam tunc ſenſus eſt. De quocūq3 eſt verum dicere q̄ eſt animal ſi dormit eſt verum dicere q̄ non vigilat. Si vero ſumant̄ propoſitiones prout ſunt de extremo temporali dr̄: ꝯñam eſſe bonam/quia tunc illa ꝓpoſitio maior equipollet huic/nullum animal quod eſt animal eo tempore quo dormit vigilat: vt ſubiectum ſit totum illud/animal quod eſt animal eo tempore quo dormit/et in hoc ſenſu minor eſt falſa in caſu poſito: q2 ſenſus illius (non abſoluta copula a tempore) requirit duo. Primum/q̄ omnis homo in preſenti tempore ſit animal. Secūdum/q̄ in eodem dormiat. Si vero ſumatur prout ſit de rationato vel cauſato extremo/dicēdū eſt quod dictum eſt quando ſumebatur in conditionato ſenſu vt patet ex ſe.

**Tertius perfectiſſimus modus eſt Dariſ**/conſtans ex maiori vniuerſali affirmatiua: et minori particulari affirmatiua: particularē affirmatiuā directe et formaliter cōcludētibꝰ/vt/oīs virtus eſt bona iuſtitia eſt virtus: ergo iuſtitia eſt bona.

**Contra quem modum arguitur/et primo** ſic: nō valet/omne intelligibile eſt: adam eſt intelligibilis: ergo adam eſt: et tamen arguitur in dariſ: igitur Minor videt̄ vera/et maior ꝓbatur: vt nunc: añs eſt verum et non ꝯñs: ſupponitur enim vt (communiter tenet̄) li intelligibile reſtringi a v̄bo p̄ſentis tp̄is ꝓ re intelligibili que eſt.

Ad argumentum admiſſa hypoteſi reſpondetur negando minorem. Nam medium ꝓ aliquo verificatur vbi nō diſtribuitur. &c. Diximꝰ admiſſa hipoteſi/nam alias ſillogiſmꝰ eſſet bonus. Et vt quod ſentio/ingenue fatear hipoteſis falſa eſt: et communi modo cōcipiendi repugnans: qua ſtante omnes iſte eſſent concedende. Omne quod fuit eſt/omne quod erit eſt/omne quod poteſt eſſe eſt/omne quod imaginatur eē eſt: Et iſte/omne preteritū eſt/omne futurum eſt: ſumtis/li p̄teritum et futurū: vt non diſtinguuntur cōtra preſens/omne rugibile eſt/omne poſſibile eſt. Quas omnes (ni fallor/negaret quiuis homo in quocunq3 idiomate proponerent̄. Attendat̄ etiam in ſillogiſmis qui ex prefatis ꝓpoſitionibus poſſunt confici: q̄ vltra defectum aſſignatū pōt repiri d̄fectꝰ illatiōis cōtra regulas arguendi ab amplo ad non amplum.

**Secundo non ſequitur/quilibet leo erit** cuiuſlibet angeli quilibet leo: album eſt vel erit leo: ergo album erit cuiꝰlibꝫ angeli quilibet leo/ſupponitur namq3 illa ſigna vniuerſalia non efficí partes predicati/et tn̄ eſt in dariſ: igitur. Minor ē euidens et maior ꝓbat̄ caſu q̄ ſolꝰ vnus leo albꝰ ſit et ſit futurꝰ: qui ſit a quolibet angelo ſucceſſiue poſſidēdus: ita q̄ a nullis duobꝰ āgelis ſimul et ſemel poſſideat̄/añs eſt verū et ꝯñs falſum: igitur.

Ad argumētum reſpondet̄ diſtinguendo maiorē/q2 vel tempus importatū in maiori per copulā/erit/ſtat determinete/et ſic nego maiorem et concedo minorem: maior enim eſt falſa: vt patet deſcendēdo ſub omnibus eius terminis eo ordine quo iacent: videlicet. Primo ſub li leo/ſecundo ſub/li tempore/incluſo in li erit/ſtāte determinate: et deinde ſub aliis. Si vero li tempore ſtet confuſe (vt aliqui volunt) tunc conceſſa maiori negatur minor. ſ. q̄ ſit talis ſillogiſmus in dariſ. Arguit̄ enim a confuſa ad determinatam reſpectu multitudinis ex parte/li tempore/ideoq3 concludendum eſt: ergo albū in. a. tp̄e erit: &c. Sed contra bene valebit ſillogiſmus ſi auferatur ab añte et ꝯñte diſtributio determinationis remanente diſtributione determinabilis: et tamē committit̄ idem defectus: igitur defectus nullꝰ. Antecedēs patet quia ſi dicat̄ ſic/quilibet leo erit angeli quilibet leo: et album ē vł erit leo: ergo albū erit āgeli q̄libꝫ leo. Nūq̄ dabit̄ añs verum et ꝯñs falſum.

**Pro huius replice ſolutione ſciendū primo**/q̄ arguere a confuſa ad d̄terminatā reſpectu multitudinis poteſt contingere dupliciter. Vno modo taliter q̄ diſtributiua in añte et ꝯñte ſit completa. Alio modo q̄ in añte ſit completa et in ꝯñte īcompleta. i. ita q̄ dependeat a ſuppoſitione determinata in eodē extremo poſita. Tūc dicit̄ q̄ quando arguit̄ primo modo cōſequētia ē nulla: vt non valet/omnis homo eſt animal: ergo omnis hō. b. animal eſt. Si vero arguit̄ ſecūdo modo ꝯñā ē optima. Ut bene valet/a. hominis quilibet equus currit: ergo hominis quibꝫ equꝰ currit: ſuppoſito q̄ inchoādus ſit deſcenſus copulatiuꝰ a li equus. Si vero arguatur econtra. ſ. a determinata ad confuſam ſi arguitur cum diſtributionibꝰ primi modi ꝯñā erit optima. Ut bene valet/omnis leo ē b. aīal: ergo omnis leo eſt animal. Si vero diſtributio incompleta ponat̄ in añte cum termino ſtante determinate conſequentia erit nulla vt non valet/hominis oīs leo currit: ergo. a. hōis oīs leo currit: hec oīa patēt in caſu q̄ aliqui hoīes habeāt leones et equos currentes et aliqui non.

**Sciendum ſecundo/q̄ hoc dictum habet** verum quando ē vna ſola determinatio et vnicum determinabile ꝑtinentia ad vnum extremum/vt patet ī exemplis ſupradictis. Nam ſi fuerint plures determinationes et plura determinabilia in eodem extremo hoc non ſemꝑ eſt verum. Et ſi q̄ras qn̄ erit verū et qn̄do non pro ſolutione.

**Sciendum tertio/q̄ ſi determinabile et ꝓ**xima eius determinatio ſtent diſtributiue et ſecunda determinatio confuſe tunc non valebit a confuſa ad determinatam/nec econtra. Unde non valet/ſortes in. a. inſtanti cuiuſlibet angeli q̄libet hō fuit: ergo ſortes in aliquo inſtanti cuiuſlibet angeli quilibꝫ homo

fuit. Nam in caſu ꝙ ſolus ſortes fuerit poſſeſſus ſuc
ceſſiue a pluribus angelis in diuerſis inſtantibus ita
vt nulli duo angeli eũ ſimul poſſederint/anteceden̄s ē
verum ⁊ ꝯñs falſum Et ꝙ ecõtra ẽt nõ valeat patet/
arguendo a ꝓpoſitione q̄ eſt in ꝯñte ad alteram poſi=
tam in añte. Et addendo caſui dicto ꝙ fuerit etiam pla
to cum ſorte poſſeſſo eo pacto quo fuit poſſeſſus ſor=
tes dum tamen a nullo angelo fuerit poſſeſſus in eo=
dem inſtanti cum ſorte ſed in alio. ¶ Si vero ambe
determinationes ſteterint confuſe tantum tunc a cõ=
fuſa ad determinatam valebit non tamen ecõtra. Ex=
emplum primi: bene valet/ſortes in .a. inſtãti .a. ange
li omnis homo fuit: ergo ſortes in aliquo inſtanti ali=
cuius angeli omnis homo fuit. ¶ Ex quibus patet p̄
mo ſolutio argumenti ⁊ etiam replice contra eiuſdem
ſolutionem facte. Patet ſecundo hanc ꝯñam eſſe nul
lam/omnis leo .c. erit .c. angeli quilibet leo: ⁊ album ē
vel erit leo: ergo albũ .a. erit .a. angeli q̄libet leo: Ubi
arguitur a determinata ad confuſam: Nam li tempo=
re vel li inſtanti incluſum in li erit ſtat in antecedente
determinate in ordine ad predicatum: ⁊ i ꝯñte ſtat cõ=
fuſe in ordine ad idem.

¶ Tertio non ſequitur/ omne ſedens erit
currens: fauellus erit equus ſedentis: ergo fauellus
erit equus currentis: ⁊ tamen arguitur in darij: igit̃.
Minor videtur vera/ſed maior probat̃ in caſu ꝙ oīs
homo nunc ſedens poſſideat fauellum ⁊ cras etiam
ſit ſeſſurus ⁊ poſſeſſurus eundem equum/tamē poſt
tres dies ſit curſurus q̄libet hõ ⁊ nõ poſſeſſur⁹ equũ:
añs eſt verum ⁊ ꝯñs falſum. igitur.
¶ Ad argumētũ rñdet̃ negãdo minorē: ⁊ rõ eſt/quia
variat̃ appellatio ex ꝑte illius d̄terminatiõis currẽtis
Uñ concludendũ eſſet: ergo fauellus erit equus illi⁹
quod erit currens.

¶ Quarto arguitur/bene valet in Darij/
quilibet equ⁹ angeli eſt currens: gabriel eſt .b. angel⁹
(ponitur li .b. vt li ãgeli ſtet ꝓ ãgelo poſſidẽte equũ)
ergo equus gabrielis eſt currens: ⁊ tamen ſubſumit̃
ſub parte acceptionis vnice: igitur ſuperius dictum
nullum.
¶ Ad hoc argumentum dicunt aliqui ꝯñam eſſe bo
nam: ⁊ ſi cõtra eos arguatur hoc eſſe falſum q̄a arguit̃
ex puris ꝑticularib⁹. Rñdẽt hoc eẽ falſum: imnio di=
cunt li angeli virtualiter diſtribui: non tñ ꝓut ſumit̃
abſolute ſed cum reſtrictione: Unde dicunt illam ma
iorem huic equiualere .ſ. cuiuſlibet angeli poſſidentis
leonem q̄libet leo eſt currens: Sed hoc dimiſſo (et ſi
verum ſit) dicitur ꝯñam eſſe bonam per accidẽs .i. q2
tenet ratione acceptionis non vnice cui equiualet
⁊ non inquantum eſt vnica: quod etiam ex dictis eoꝝ
poteſt haberi: quia dicunt talem determinationē non
reſtringi: quã tamen reſtringunt ad faciendã ſubſũ=
ptionem: vt .ſ. equivaleat non vnice: neq̄ refert ꝙ ex
puris particularibus arguatur: quia medium nõ po
teſt verificari ꝓ diuerſis ac proinde non itur contra
ſecundum generale fundamentum. ¶ Sed contra/
non valet/quibet leo ſapientis currit: album eſt .b. ſa
piens: ergo quilibet leo albi eſt currens. Et non ob a
liud niſi quia ſubſumitur ſub vnice acceptionis ꝑte
igitur. ¶ Ad hanc replicam conceditur maior ⁊ ne=
gatur minor/⁊ dicitur defectum eſſe in illatione/eo
ꝙ arguit̃ a magis reſtricto ad minus reſtrictũ ex ꝑte
de li leo cum diſtributione: ſi vero inferas/ergo albi
q̄libet leo eſt currens bñe valeret: quia illa diſtribu=
tio non eſt tunc completa. Scd̄o poteſt dici ibi argui

a nõ diſtributo ad diſtributũ ſecd̄m q̄d ⁊ de ꝑ alterũ.
Uolo dicere ꝙ li album in antecedẽte nullo pacto di=
ſtribuat̃ ⁊ i ꝯñte q̄a diſtribuat̃ totũ categorematice.
per alterum .i. ratione totius/⁊ ſcd̄m q̄d .i. aliquomõ
⁊ nõ ſimpl̃r diſtribuit̃ q̄libet pars diſtribuibilis.

¶ Quinto arguitur argumentis que ponit
P. S. in fallatijs ⁊ alij antiqui doctores. Non valet/
quicquid heri vidiſti hodie vides: album heri vidiſti
ergo albũ hodie vides. ¶ Item nõ valet quotcunq̄
digitos habuiſti olim/hodie habes: ſed paruos digi
tos habuiſti olim: ergo paruos digitos hodie ha=
bes: ¶ Amplius non ſequitur/quotienſcunq̄ fuiſti
cordube totiens fuiſti homo/bis fuiſti cordube: ergo
bis fuiſti hõ. ¶ Etiã non ſequitur/quotiẽſcunq̄ am
bulaſti fuiſti homo: ſed ter ambulaſti: ergo ter fuiſti
homo. ¶ Item non ſequitur/qualiſcunq̄ eſt homo
eſt equus: riſibile ē hõ ergo riſibile ē equ⁹: ⁊ tñ v̄r hr̃e
diſpoſitionem de darij: igitur.

¶ Pro omnibus his alijs ſimilibus ſillo=
giſmis enodandis/oportet explicare medium reſolu=
do ꝓpoſitiones: vt defectus eluceſcant: quo facto ex
dictis facile ꝓpoſitiones poſſunt trahi. Maior igitur
primi paralogiſmi reſoluitur in hãc/omne ens quod
heri videns fuiſti/hodie vides. Minor autem reſolui
tur in hanc/album heri fuiſti videns. Ubi apparet ſo
lum li videns cũ li heri/pro medio accipi: q̄a ſolum il
lud ſumitur bis; Ex quo multiciciunt̃ errores. Pri
mus/quia mediũ nullibi diſtribuitur. Secũdus/quia
aliquid ponit̃ in premiſſis preter mediũ: quod nõ po=
nit̃ in concluſione .ſ. li ens quod. Terti⁹/q̄a ſillogizat̃
ſub parte acceptionis vnice non apte inferentis non
vnicam. Quartus/quia ex parte illius termini albũ/
arguitur a non amplo ad amplum ſine diſtributione
magis ampli. Proportionabiliter de alijs dicendum
eſt. Unde maior ſecundi ſillogiſmi reſoluitur in hãc/
in quacũq̄ quantitate diſcreta digitos olim habens
fuiſti hodie habes: ⁊ minor in hanc/ſed paruos digi=
tos olim hñs fuiſti: ergo. ⁊c. vbi iſdem cõmittũtur er
rores. Oportet ergo in primo ſic ſubſumere .ſ. album
eſt ens quod heri vidiſti: ergo album hodie vides. Cõ
ſimiliter ſi dicatur/quicq̄d heri emiſti hodie comedi
ſti: non debet ſic dici/⁊ carnes crudas heri emiſti/er=
go carnes crudas hodie comediſti: ſed ſic/carnes cru
de ſunt vel fuerũt ens q̄d heri emiſti: ergo carnes cru
de ſunt vel fuerũt q̄s hodie comediſti: vel ſic/carnes
crudas hodie comediſti. Que concluſio equalet pri=
me: dũ tamē li hodie nõ determinet/li crudas: ¶ In
ſecundo autem paralogiſmo ſi vis ſumere eãdem mi=
norem extremitatem debes ſic dicere: ſed parui digiti
ſunt quãtitas diſcreta: in q̄ digitos heri habuiſti: er=
go in paruis digitis digitos hodie habes: ſed tũc mi=
nor ē falſa. Si vis apponere vnam veram dicitõ/ſed
numerus quinarius eſt quantitas diſcreta in qua di=
gitos heri habuiſti: ergo i quinario numero digitos
hodie habes. ¶ Maior tertij reſoluitur ſic/oībus vi
cibus quibus fuiſti cordube fuiſti homo: ⁊ in minori d̄
bet recte ſubſumi ſic/ſed bis ſunt vel fuerunt vices: q̄
bus fuiſti cordube: ergo bis fuiſti hõ. ¶ Maior q̄r=
ti ſic reſoluit̃/omni tempore quo ambulaſti fuiſti ho=
mo: ſubſumi autem debet ſic/ſed ter eſt vel fuit tẽpus
quo ambulaſti: ergo ter fuiſti homo. ¶ Maior q̄nti.
Omni qualitate qua q̄lificat̃ homo/q̄lificat̃ equus:
⁊ ſic ſubſumi/riſibile eſt qualitas q̄ calificatur homo:
ergo riſibilitate q̄lificatur equus. Aduerte maiorem
ſic exponi vt dictum eſt/q̄a in caſu ſubintelligit̃ li ta=

lis. Nam idem dicit quod iſta ꝓpoſitio/qualiſcunqꝫ ē homo/talis eſt equus. Sed cōtra hoc poſſet argui ab aliquo volente ꝙ tantum li homo in dicta maiori ſit medium quando dicitur/quacunqꝫ qualitate qualificatur homo qualificatur equus: q̄a tūc in minori deꝫ dici riſibile eſt homo vt dicebatur. Ad hoc reſpondetur ſillogiſmum eſſe nullum/eo ꝙ medium nullibi diſtribuitur vt notū eſt: ¶ Sed cōtra/dico ſic: quacūqꝫ q̄litate quilibet hō q̄lificat qualificatur equus: riſibile eſt homo: ergo riſibile eſt equus. Ubi cauetur dictum inconueniens: ⁊ tamen dabitur an̄s verum ⁊ ꝯn̄s falſum in caſu ꝙ loquamur de qualitatibus ſeparabilibus: ⁊ ꝙ homo ⁊ equus habeant eaſdem numero qualitates. ¶ Ad hoc argumētū reſpondent aliqui dicētes in eo reperiri defectum intrinſecum/quia medium vbi non diſtribuitur tenetur minus reſtricte q̄ȝ vbi diſtribuitur: Imaginantur ſiquidem li quacunqꝫ qualitate reſtringere li homo: quod dictū falſum eſt: ſed eſt determinatio predicati implicationis licet precedat ipſum ſubiectū quod eſt li homo ſicut accidit hic/equum quilibet homo videt. Ubi/li equum/non eſt determinatio illius termini homo (vt in primo tractatu ē dictum) ſed de li videt. Et illud (vt patet) reſtringitur. Conſimiliter ſentiendum eſt de li qualitate. Unde dicitur defectum eſſe ibi commiſſum extrinſecum: eo ꝙ non omne quod ponitur in ꝑmiſſis excepto medio ponitur ī ꝯcluſione. ſ. totū illud quacunqꝫ qualitate qualificatur. ¶ Sed cōtra/ergo concludendum eſt ſic/ergo quacunqꝫ qualitate q̄ qualificatur riſibile: qualificatur equus: ꝯn̄s eſt falſum/ergo ſolutio nulla: falſitas cōſequentis patet: q2 poſito loco illius termini riſibile/ſubſtantia dabitur an̄s verū ⁊ ꝯn̄s falſū: in caſu quo omnis hō ī qualitate ſit ſimilis equo ſed tn̄ ſint multa animalia non ſimilia equo. ¶ Ad hoc aliqui dicunt ꝯñam eſſe nullam: eo ꝙ ex parte illius termini animal/arguatur a non reſtricto ad reſtrictum: ſed iam dictum ē/li animal/non reſtringi. Alij dicunt ⁊ melius ibi argui a minus ad magis reſtrictum cum diſtributione illius termini/qualitate/eo ꝙ in an̄te ſtat pro qualitate qua ſolum qualificatur homo: ⁊ in cōſequente pro omni illa qua qualificatur ſubſtantia: ⁊ hoc tenēdū ē: ¶ Antiqui vero prefatos ꝑalogiſmos ſoluebant aſſerentes eos habere aliquam fallatiam: ⁊ preſertim ea q̄ figura dictionis nuncupatur: cuius vnus modus eſt. Quando vnum predicamentum ſubſumitur ſub alio/quemadmodū in predictis ſillogiſmis factum ē. Nam ſub li quicq̄d diſtribuente ꝓ ſubſtantia: ſubſumptum eſt li album: quod pertinet ad accidentis predicamētum. Qui defectꝰ non tā ieiune ſumendꝰ eſt vt ſonat: neqꝫ iuniores dialecticos decet non reuereri antiquos ſapiētes: vt tam libere eorū doctrine detrahāt. Hoc dixerim eo ꝙ aliquot ſolutiones antiquoꝝ floccifaciant ſubſanent ⁊ irrideant: ac ſi eſſent q̄dam puerilia deliramenta. Dicendum ergo/fallatiam (vt communiter) eē peccatum proprie contra ſillogiſmum dialecticum ideſt ꝓbatiuum. Unde aliqua ē fallatia q̄ non impedit formam ſillogiſticam ſicut ē petitio principij: ⁊ ſic reperiř fallatia hic/omne animal rationale ē riſibile: oīs homo ē animal rationale: ergo omnis homo ē riſibilis: ⁊ tamen ē ſillogiſmus in barbara ⁊ demoſtratio ꝑfecta: ꝓ quo videatur p. h. in fallatijs. Et quia falſum nihil probat/dicebant antiqui non eē licitū ſub vno ꝑ̄dicamento ſubſumere aliud/eo ꝙ mediū non verificabitur de tali re ſic ſubſumpta/neqꝫ regulabiř ꝑ dici de omni ſecundum rem ⁊ vere/ſed falſe ⁊ ſolum ſcd̄m vocem. Ex quo elici poteſt intentionem antiquorū fuiſſe vt taliter ſubſumptio fiat: vt medium poſſet dici de re ſubſumpta vere: q̄d non contingeret ſi nō eſſet res eiuſdem predicamenti/cū medio/ ⁊ idem mediū eſſet vtrobiqꝫ: ⁊ ſic reducitur fallatia hec ad defectū a neotericis aſſignatū/eo. ſ. ꝙ ſubſumptio nō conſtituet minorē verā niſi ſubſumař ſub eodē ꝑ̄dicamēto: ⁊ tūc ſeruabitur idem medium.

¶ Sexto/arguitur argumentis communibus ſed proficuis. Non valet/quicquid deus pōt ꝓducere mediāte creatura/pōt ꝓducere ſe ſolo ſed deꝰ pōt ꝓducere actū meritoriū mediāte creatura: ergo pōt producere actū meritoriū ſe ſolo. ¶ Item non valet/quecunqꝫ ſic ſe habent ꝙ vnum pōt manere altero nō manente diſtinguūtur realiter: ſed quantitas ⁊ res q̄nta ſic ſe habent ꝙ vnū poteſt manere altero non manēte: igitur: ⁊c. ¶ Itē non valet/quicquid ꝑ̄dicatur in. a. predicař in. b. ſinonimum predicař in. a. de ſinonimo: ergo ſinonimum de ſinonimo predicař in. b. ¶ Item non valet/quicq̄d videt petrus in collegio videt plato in platea: ſed petrꝰ videt album in collegio ergo plato videt album in platea. Et ꝙ non ſeq̄tur patet/quia in caſu ꝙ ſit vnꝰ lapis albꝰ in collegio ⁊ idē numero ſit in platea niger qui ab omnibꝰ illis videatur vtrobiqꝫ/an̄s ē verū ⁊ ꝯn̄s falſum/igiř. ¶ Similiter non valet/quicunqꝫ videt audit: ſed ſortes videt lapidem: ergo ſortes audit lapidē. Nam caſu quo videat lapidē quieſcentē: ⁊ a nullo ꝑcuſum/an̄s ē verū ⁊ non conſequens.

⁊ defectus (ſecundum aliquos) eſt quia arguitur ab
amplo ad non amplum: vel ad minus amplum affir=
matiue: ⁊ hoc poteſt dici: tenendo ꝙ in verificatione
facta ad cognoſcēdam ſuppoſitionem (eo modo quo
dictum eſt in ſuppoſitionib⁹) debeat ſeruari talis co=
pula copulata. Nam tūc predicatū ſequens copulam
copulatam: ⁊ ſequens copulam diſiunctā poſſunt ſup
ponere ꝓ diuerſis. Scd̄m aūt aſſerētes /li ⁊/d̄beremu
tari in li vel/eo ꝙ ſit vniuerſalitas/diceret defectū eē
variationem appellationis. ¶ Ad alterū aūt ſillogiſ
mum/dicitur etiam in eo male concludi: ſed debet ſic
dici/ergo animal quod eſt ⁊ non fuit animal/eſt vel
fuit album:

¶ Celantes ſextus in oꝛdine / ⁊ ſecundus
inter imperfectos/conſtat ex maioꝛi vniuerſali nega
tiua: ⁊ minoꝛi vniuerſali affirmatiua: vniuerſalem ne
gatiuam indirecte concludentibus: reduciturq̄ ad ce
larent q̄d denotat p li. c. in initio/concluſione cōuer=
ſa ſimpliciter. Exemplū eſt facile. ¶ Cōtra ipſum tū
ſic arguitur.

¶ Primo non ſequitur/omnis leo animal
non eſt: omne rugibile ē leo: ergo nullū aīal eſt rugibi
le: attamen arguitur in celantes; igitur: Si foꝛſan di=
cas ibi argui a nō diſtributo ad diſtributum ex parte
de li animal. ¶ Cōtra/ille p̄miſſe poſſunt inferre ali=
quam cōcluſionem ⁊ nō aliam niſi illam ergo. Prima
pars añtis patet: q̄a in celarēt inferūt ergo ī celātes.
Secunda pars patet/quia alia non eſt dabilis.
¶ Ad hāc replicam reſpōdetur dupliciter. Primo/
negādo iſtam ꝯñam/ille p̄miſſe pn̄t inferre aliquā cō=
cluſionem in celarēt ergo in celātes. Nam liquidum
eſt hoc deficere qū maioꝛ extremitas eſt terminus ſin
gularis. He enim p̄miſſe/nullus homo ē ſoꝛtes: oē
album ē hō/nō inferunt aliquam in celātes: ſed bñ in
celarēt. Secūdo dico ꝙ infert iſtā: nullū aīal q̄d oē a=
nimal eſt ē rugibile: ſi teneat hanc ꝓpoſitionē/omne
rugibile aīal non eſt congrue cōuerti in illā.

¶ Secundo non valet / oīs leo non eſt vel
non fuit currēs/omne rugibile eſt vel fuit leo: ergo oē
rugibile non ē ⁊ nō fuit currēs. ⁊ tamē arguitur ī ce=
lantes: igit: ⁊ volo ꝙ pꝛima negatio ſolum neget pri=
mam copulam. Minoꝛ eſt nota/ſed maioꝛ probatur/
in caſu quod oēs leōes ſint ⁊ fuerint q̄ tū non fuerint
currētes ſed mō ſint: añs eſt verum ⁊ ꝯñs falſum.
¶ Pro huius argumenti ſolutione ⁊ aliorum ſimi=
lium: opoꝛtet p̄mo meminiſſe definitionū ꝓpoſitiōis
affirmatiue ⁊ negatiue poſitaꝝ in principio. Secūdo
opoꝛtet aſpicere qualiter tales ꝓpoſitiones ſint con=
uertende. Pro quo dicitur nūc/ꝙ ꝓpōnes negatiue
in quibus ē diſiuncta aut copulata copula: vel deter=
minata aliqua determinatione ſpecialiter appellante
ſupꝛa p̄dicatum: optime conuertuntur/recurrendo
ad affirmatiuas eis contradicentes: ⁊ cōuerſis illis o
poꝛtet accipere cōuertētes negatiuaꝝ: ⁊c. Exēplum/
vis conuertere hāc/omnis homo eſt vel non fuit al=
bus: accipienda ē tunc eius cōtradictoꝛia: iſta. ſ. homo
nō eſt ⁊ fuit albus/li non p̄ciſe cadente ſupꝛa li ē/ que
conuertenda ē in iſtam/quod nō eſt ⁊ fuit album eſt vl̄
fuit homo: cuius contradictoꝛia eſt hec/nullum quod
non ē ⁊ fuit albū ē vel fuit homo: ⁊ iſta erit conuertēs
illius p̄dicte. ſ. omnis homo eſt vel non fuit albus.
¶ Nunc ad argumentum dicitur prefatum ſillogiſ=

mum non eſſe in celantes: eo ꝙ concluſio non eſt conuertens cōcluſionis: q̄ ex illis p̄miſſis inferenda eſſet in celarent: inferri enim deberet in celarent ex p̄fatis p̄miſſis concluſio hec/omne rugibile non ē vl nō fuit currens: Que tamē nō conuertitur in hāc/oē currēs nō eſt vel nō fuit rugile: ſed in iſtam: nullum quod ē ⁊ fuit currēs ē vel fuit rugibile: hoc patet ex dictis. Nam cōtradictoria huius/omne rugibile nō eſt vl nō fuit currēs eſt hec/aliquod rugibile ē ⁊ fuit currens/ q̄ cōuertitur in iſtam/quod ē ⁊ fuit currēs ē vel fuit rugibile: cuius cōtradictoria ē: nullum quod ē ⁊ fuit currēs ē vel fuit rugibile: ac ꝓinde hec debet eſſe cōcluſio in celātes: ⁊ ſi queras defectum dicitur/ꝙ arguitur a minus amplo ad magis amplum virtualiter cum diſtributione. Nam li album/in maiori ſtat ꝓ illo qđ ē ⁊ fuit album: vt ſua vera conuertens manifeſtat: ⁊ in ꝯñte ſtat ꝓ eo quod eſt vel fuit album: vel dicit̄ ꝙ variatur appellatio ſicut dictum ē in primo argumento cōtra baraliptō: ⁊ hoc ē melius. Unde nō habes neceſſe ire ad contradictorias maioris ⁊ cōcluſionis: vt alij faciūt ꝓ defectibus aſſignandis. Proportionabiliter dicitur has premiſſas. ſ. omnis homo nō eſt ⁊ non fuit animal: omne albū ē vel fuit hō: inferre ī celarēt hāc cōcluſionem. ſ. omne album nō eſt ⁊ nō fuit animal: ⁊ ī celantes iſtam/omne animal nō eſt ⁊ non fuit album Nō enim opus ē ponere aliquam implicationē: quod patet ex hoc ꝙ hec propoſitio album eſt vel fuit animal/conuertitur in iſtam/animal eſt vel fuit album/ quo fit vt contradictoria huius que eſt hec/nullum animal eſt vel fuit album/ſit concluſio inferenda in Celantes.

Dabitis ſeptimus in ordine/ ⁊ tertius imperfectorum: conſtat ex maiori vniuerſali affirmatiua: ⁊ minori particulari affirmatiua: particularem affirmatiuam indirecte cōcludētibꝰ/reduciturq; ad darij: vt denotat li. d. per cōuerſionē cōcluſionis ſimpliciter: quod denotatur p li: s. quod ī ſine ponitur. Exemplum ē facile: contra quem modum omnia argumenta poſſunt formari que contra Darij formata ſunt: ⁊ inſuper augeri poteſt difficultas ex parte conuerſionis: contra ipſum tātum vnico argumento arguitur ſic.

Non valet/cuiuslibet angeli quilibet leo in aliquo inſtanti fuit omne albū: currēs ē angeli leo: ergo in aliquo inſtāti omne album fuit currēs: tamen arguitur in dabitis igit̄. Maior ē clara: minor pꝫ. Nā in caſu quo quilibet angelus habeat vnum leonem p̄ciſe qui in aliquo inſtāti fuerit albus ⁊ nullum albū aliud fuerit cum illo ſimul in eodem inſtanti ſed bene ſucceſſiue quilibet leo fuerit albus: antecedens ē verū ⁊ conſequens falſum.

¶ Ad argumētum dici poſſet ꝙ tenēdo illam confuſam hr̄e ſuā vim reſpectu p̄dicati arguit̄ a cōfuſa ad d̄terminatam: ſed hoc nō eſt incōueniēs vt ex dictis patet: ideo dicitur ꝙ variatur appellatio reſpectu de/li fuit: nam appellat preteritionē ſupra diuerſa: ⁊ minor extremitas aliter vnitur cū maiori in ꝯclōne: ⁊ aliter cum medio in añte.

Fapeſmo octauus modus ⁊ quartus inter imperfectos: cōſtat ex maiori vniuerſali affirmatiua: ⁊ minori vniuerſali negatiua: indirecte ⁊ formaliter cōcludētibus particularem negatiuam: reduciturq; ad ferio/ quod denotatur per li. f. maiori cōuerſa per accidēs quod denotatur per li. p. ⁊ minori cōuerſa ſimpliciter quod denotat li. s. ⁊ per premiſſarum tranſpoſitionem/quod denotat li. m. ſic ꝙ ſumatur ꝓ maiori conuertens minoris: ⁊ ꝓ minore cōuertēs. a. ⁊ inferatur ꝯclō eadē vt exēplariter notum ſit hic/omnis leo eſt animal: nullum album ē leo: ergo aliquod animal nō eſt album: ⁊ reducit̄ ſic/ nullus leo eſt album: aliquod animal eſt leo: ergo aliquod animal non eſt album. ¶ Cōtra ipſum tamē ſic arguitur.

¶ Non tenet/omnis leo qui eſt/eſt vel erit currēs: nullum album ē leo: ergo currēs non ē vel erit album: ⁊ tamē arguitur in fapeſmo: igitur: Maior eſt nota/⁊ minor ꝓbatur. Nam caſu poſito ꝙ nullus leo ſit albꝰ nec currat/ſit tñ futurus albꝰ ⁊ curſurus: añs eſt verum ⁊ ꝯñs falſum.

¶ Ad argumētum negatur minor: nā ex p̄te minoris extremitatis arguitur a nō amplo ad amplum negatiue: ſeq̄ret̄ aūt bene ſi diceret̄ ſic: ergo currēs nō ē vel erit album quod eſt album.

¶ Secundo non ſequitur/omne legens ⁊ omne diſputans erūt animalia: nulla animalia erunt legēs ⁊ diſputās: ergo aliqua animalia nō erūt aīalia: ⁊ tamē arguitur in fapeſmo: igitur. Maior eſt nota/⁊ minor ꝓbatur. Nam in caſu ꝙ ſint ſortes ⁊ plato quorum vnus legat ⁊ alter diſputet in preſenti nil autem facturi in futurum/nihilominus viuēt multo tempore futuro: añs ē verum ⁊ nō ꝯñs. Forſan dices ibi medium ꝓ pluribus teneri in premiſſa affirmatiua q̄ in negatiua. ¶ Sed cōtra/ergo dicēdo ſic ī minori/nulla animalia ſunt vel erūt legēs ⁊ diſputās erit bonus ſillogiſmus/ꝯñs ē falſum. Cōſequētia tenet quia iam tollitur ille defectus. Cōſequētis falſitas patet. Nam in caſu ꝙ ſoli ſint ⁊ ſint futuri ſortes ⁊ plato: ⁊ ſortes ſit legēs ⁊ nō erit legēs nec diſputās: plato vero erit diſputās ſemper: qui tamē nūc nec legit nec diſputat añs ē verum ⁊ ꝯñs falſum.

¶ Ad argumētum recte reſpōſum ē vſq; ad replicā. Ad quam dicitur ꝯñam eſſe nullam: eo ꝙ p̄tes medij in maiori accipiātur nō vnice/⁊ in minori vnice p̄ſerſertim q̄d ad reſtrictionē/reſtringūtur ſiquidem reſtrictione vnica/taliter ꝙ ꝓ eodem inſtanti partes medij denotātur negari a ſubiecto ⁊ ſi eſſet affirmatiua pro eodem denotarētur conuenire ſubiecto qualiter non tenētur in maiori. Et hoc notabis pro ſimilibus conſequentijs.

Friſeſomorum nonus modus in ordine ⁊ quintus inter imperfectos: ē ꝯña formalis cōſtituta ex maiori particulari affirmatiua ⁊ minori vniuerſali negatiua: particularem negatiuā indirecte cōcludētibus: reduciturq; ad ferio maiori ⁊ minori cōuerſis ſimpliciter ⁊ ꝑ tranſpoſitionem premiſſarum: vt hic patet/leo ē animal: nō album eſt leo: ergo aīal nō ē albū: reducit̄ aūt ſic: nullꝰ leo ē albꝰ: aīal eſt leo: ergo animal non eſt album.

¶ Pro iſtis duobus modis vltimis: nota illos reduci ad ferio per premiſſarum trāſpoſitionem/ vt cōcluſio q̄ erat indirecta ratione talis cōuerſionis fiat directa/nam (vt boecius inquit) omnis ſillogiſmꝰ poteſt inferre cōcluſionē cōuertibilem in terminis: ſi eā inferat directe: pōt ēt īferre indirecte ⁊ ecōtra: ſi v̄o ꝯclo nō poſſit cōuerti. tūc tales premiſſe nō poterūt eodem ſitu ſtātes inferre eādem indirecte: quam ob rem oportuit vt per tranſpoſitionem premiſſarum fiat illud quod cōuerſio factura erat: Et quia cōcluſio de fapeſmo ⁊ friſeſomorum non poteſt conuerti ſimpliciter nec per accidens. Ideo neceſſe fuit premiſſarum

trãſpoſitionem ibi interuenire. Dixi nõ poſſe cõuerti/
preſertim ſecundum antiquos ⁊ ſumẽdo conuerſionẽ
ſimplicem ⁊ per accidẽs vno illorum modorum poſi
torum in primo tractatu.

Contra iſtum modum ſic arguo: non ſe-
quitur/ homo vel leo ẽ rugibilis: nullus leo ẽ homo:
ergo rugibile nõ eſt leo vł leo: ⁊ tñ eſt in friſeſomo: vt
patet: quia nihil ſibi deeſt: ⁊ tamẽ manifeſte eſt añs ve
rũ ⁊ ↄ̃ñs falſum igiť. Si forſan dicas ibi argui a nõ di
ſtributo ad diſtributum ex parte de/li leo/ ⁊ de li vel.
Cõtra hñ vƺ/ hoĩs leo ẽ leo: nullũ albũ ẽ leo: ergo
leo nõ ẽ hõĩs albũ: ⁊ tñ arguitur a nõ diſtributo ad di
ſtributum ex parte de li hõĩs: igitur.

Ad argumẽtum dicitur/ committi in illo defectũ
aſſignatum extrĩſecum/ ⁊ alium intrĩſecum: medium
enim in premiſſa affirmatiua cum ſibi adiuncto põt
verificari de aliquo de quo nõ poteſt verificari in ne
gatiua: ꝙ nõ fit in ſillogiſmo replice. Et cõſimiliter di
citur nõ ẽ inconueniẽs arguere a nõ diſtributo ad di-
ſtributum ex parte termini poſiti cum medio quãdo
aggregatũ ex tali termino ⁊ medio nõ poteſt verifica-
ri de aliquo de quo non verificatur ſolum medium
in p̃miſſa negatiua, cuius oppoſitum reperitur in ar
gumẽto principali ac proinde nullus eſt talis ſillogiſ
mus: ſed ille de quo in replica bonus eſt.

## Sequitur textus.

Sequitur de ſecunda figura: cu
ius tales dantur regule. In
ſecunda figura ex puris affir-
matiuis nihil ſequitur. In
ſcđa figura ſemꝑ ꝯclu ditur ne
gatiue. In ſecunda figura maiori exiſten
ti particulari nihil ſequitur. Secunda fi-
gura habet quatuor modos. Ceſare pri-
mus modus cõſtat ex maiori vniuerſali ne
gatiua ⁊ minori vniuerſali affirmatiua: vni
uerſalem negatiuam directe concludenti-
bus: vt/ nullus lapis eſt animal: omnis ho-
mo eſt animal: ergo nullus homo eſt lapis.
Et reducitur iſte modus ad ſecundum mo
dum prime figure maiori conuerſa ſimplici
ter. Cameſtres ſecundus modus conſtat
ex maiori vniuerſali affirmatiua / ⁊ minori
vniuerſali negatiua: vniuerſalem negatiuã
directe concludentibus: vt/ omnis homo ẽ
animal: nullus lapis ẽ animal: ergo nullus
lapis ẽ homo. Et reducitur iſte modus ad
ſecundum prime figure minori ⁊ concluſio
ne conuerſis ſimpliciter: ⁊ per tranſpoſitio
nem premiſſarũ. Feſtino tertius modus
conſtat ex maiori vniuerſali negatiua: ⁊ mi
nori particulari affirmatiua: particularem
negatiuam directe concludentibus: vt/ nul
lus lapis eſt animal: quidam homo eſt ani-
mal: ergo quidam homo non eſt lapis. Et
reducitur iſte modus ad quartum modum
prime figure maiori conuerſa ſimpliciter.
Baroco quartus modus conſtat ex ma-
iori vniuerſali affirmatiua: ⁊ minori parti-
culari negatiua: particularem negatiuam
directe concludentibus: vt/ omnis homo
eſt animal: quidam lapis non eſt animal: er
go quidam lapis non eſt homo. Et reduci
tur ad primum modum prime figure per
impoſſibile. Reducere autem per impoſſi-
bile eſt ex oppoſito concluſionis cum alte-
ra premiſſarum inferre oppoſitum alterius
premiſſe. Sumatur enim oppoſitum con-
cluſionis ſcilicet/ omnis lapis eſt homo/ cũ
hac maiori/ omnis homo eſt animal: ⁊ ar-
guatur ſic/ omnis homo eſt animal: omnis
lapis eſt homo: ergo omnis lapis eſt ani-
mal. Que concluſio eſt contradictoria mi-
noris.

## Sequitur gloſa:

Conſequẽter poſt prime figure elucidationem re
ſtat ſcđaʒ explanare. Proq̃. p. h. tres aſſignat re
gulas q̃s ponit. D. S. op. 48. q̃rũ prima ẽ. Maiori
exiſtente particulari nil ſequiť. Que tot habet inſtan
tias quot in prima figura ſunt aſſignate. Ratio ſiqui-
dem quare regula hec ponitur hec eſt/ ne arguatur a
nõ diſtributo ad diſtributum: quod ſi caueatur/ bene
valebit: vti valet hic/ homo nõ eſt animal/ omne riſi-
bile eſt animal: ergo riſibile homo nõ eſt. At vero q̃
nõ vtebãtur antiqui ꝓpõſitionibus de modo loquen
di incõſueto/ tales ↄ̃ñe nõ admittebãť. In prima au-
tem figura ponebatur: quia in ſillogiſmis affirmati-
uis arguereť ex puris ꝑticularibꝰ ⁊ ĩ negatiuis vltra
hoc a nõ diſtributo ad diſtributum.

Secunda eſt/ ex puris affirmatiuis nihil
ſequitur. Et ratio eſt: nam apud antiquos p̃dicatum
ꝓpoſitionis affirmatiue communiter ſtabat aut cõfu
ſe aut determinate: quo fieri oportebat vt medium
in nulla premiſſa diſtribuereť: ſi ambe eſſent affirma-
tiue/ cum in ſecunda figura medium predicetur bis:
ac ꝓinde neceſſe erat argui ex puris particularibus.
Vñ ſi hoc caueať inconueniẽs ↄ̃ña erit bona: ⁊ ſic bene
valet/ oĩs hõ eſt aĩal: oĩs equꝰ ẽ aĩal ẽ: ergo oĩs equꝰ
omnis homo eſt.

Tertia regula que ex iſta infertur eſt. In
ſecũda figura ſemper cõcluditur negatiue: nam ſi am
be premiſſe nõ poſſunt eſſe affirmatiue oportet vnam
earum eſſe negatiuam: ⁊ quãdo vna premiſſa eſt nega
tiua per generalem regulam ſuprapoſitam/ concluſio
dicitur eſſe negatiua: igitur. ⁊c. Vñ colligiť/ hãc regu
lam tot habere inſtantias quot habet ſecunda: Nam
quando ambabus exiſtentibus affirmatiuis aliquid
ſequitur formaliter: etiam ſequitur/ cõcluſione exiſtẽ
te affirmatiua.

Conſequẽter. p. h. ponit in hac figura
q̃tuor modos: quorũ pmꝰ eſt/ Ceſare/ cõſtãs
ex maiori vniuerſali negatiua: ⁊ minori vlĩ af-
firmatiua: vniuerſalem negatiuam directe ⁊ formali-
ter cõcludẽtibus. Exemplum eſt facile. Reducitur au
tem ad celarẽt. q̃d denotatur per li. c/ minori conuerſa

…TECA UNIVERSI…

ampliciter vt inſinuatur per li. s.

¶ Contra ipſum arguitur primo / nõ ſequitur / omnis leo eſt ⁊ nõ fuit albus: omne rugibile eſt vel fuit albus: ergo omne rugibile ẽ ⁊ nõ fuit leo: tamẽ arguitur in ceſare: ergo. Maior eſt nota: ſed minor probatur: in caſu ꝙ omnes leones ſint ⁊ fuerint: ⁊ nunc ſint albi: ⁊ nunquam antea. Si dicas non eſſe in ceſare: quia maior ẽ affirmatiua ꝑut in propoſito. Cõtra / ad minus erit bonus ſillogiſmus ſecũde figure licet non ſit in aliquo modo / eo ꝙ medium diſtribuitur in maiori. Si forte dicas alium defectum interuenire. ſ. ꝙ medium ſecũdum acceptionem ⁊ appellationem quam habet de aliquo poteſt verificari in premiſſa pure affirmatiua pro quo non põt verificari in premiſſa vbi ponitur negatio. ¶ Cõtra / ergo ſi i minori ponatur copula maioris ita vt dicatur ſic / omnis leo eſt ⁊ non fuit albus: omne rugibile eſt ⁊ nõ fuit album: ergo omne rugibile ẽ ⁊ nõ fuit leo: 9ña erit bona: quod tamẽ eſt falſum. Nam in eodem caſu añs eſt verum ⁊ 9ñs falſum. Si forte dicas incõuenie vtrobiq̃ ponere negationem. Contra / quia hoc ſtãte ambe ſunt affirmatiue: ⁊ ſi i. b. dicaꝝ ſic / oẽ rugibile ẽ albũ nõ ſequitur in eodem caſu.

¶ Ad argumẽtum hoc recte reſponſum ẽ vſq̃ ad vltimam replicam. Pro cuius ſolutione ⁊ materia exponibilium ſciẽdum ẽ / ꝙ quãdo aliqua premiſſa alicuius ſillogiſmi cõtinet virtualiter aut eminenter plures cathegoricas: ſi nulla earum cum alia premiſſa cõſtituit premiſſas habiles tũc nec tota talis ꝑmiſſa cũ alia illas conſtituit. Idem dicitur ſi vtraq̃ ꝑmiſſa plures categoricas habeat: Et quia premiſſe poſite ſunt tales: ideo ſunt inhabiles / non enim bene diſponuntꝛ: iſte. ſ. omnis leo eſt albus / ⁊ omne rugibile eſt album: q̃a li album nullibi diſtribuitꝛ: nec iſte ſcilicet / omnis leo nõ fuit albus: ⁊ omne rugibile non fuit album / q̃ ambe ſunt pure negatiue: nec iſte / omnis leo non fuit albus: ⁊ omne rugibile ẽ album / quia medium verificatur ꝑ diuerſis: vel quia in affirmatiua põt ſupponere pro aliquo / pro quo non ſupponit in negatiua. Unde in prefatis replicis tot interueniunt defectus virtualiter quot reperiũtur inter partes premiſſarũ quãdo nulle partes inferunt concluſionem:

¶ Amplius circa ſillogiſmos cõſtitutos ex talibꝰ copulis copulatis: aut diſiunctis eſt ſemper habendum pre oculis pro quibus termini amplientur ⁊ reſtringantur ſecundum acceptionem quam habent. Unde iſte premiſſe ſunt inhabiles / omnis leo non eſt vł nõ fuit currẽs (prima negatione negãte ſolum primã copulam) omne album eſt vel fuit currens. Non. n. inferunt hãc / omne album nõ eſt vel non fuit leo: nec aliquam q̃ ſit negatiua / nã in caſu ꝙ ſolus vnus leo ſit ⁊ fuerit ⁊ nunc ſit albus ⁊ currat ⁊ antea non cucurrerit / añs eſt verum ⁊ nõ 9ñs / Et ratio eſt / q̃ medium tenetur magis reſtricte in negatiua q̃ in affirmatiua quod patet per ſuam cõtradictoriam. Cõtradictoria ſiquidem negatiue eſt hec / leo eſt ⁊ fuit currẽs: vbi li currẽs ſtat magis reſtricte q̃ in minori. Cum ergo in ambabus contradictoriis oporteat predicata teneri eodem modo ſaltem virtualiter ſequitur quod predicatum illius negatiue ſtet ꝑ eo ꝙ eſt ⁊ fuit currẽs. Uñ ſi diceretur ſic in minori / omne album ẽ ⁊ fuit currẽs: premiſſe eſſent habiles: ex qua cum maiori ſequereꝛ hec cõcluſio / nullum album ẽ vel fuit currens: ⁊ hec / omne album non ẽ vel non fuit currẽs: ⁊ poteris habere regulam hanc. ¶ Quandocunq̃ copula maioris fuerit diſiuncta vel determinata determinatione particulari / oportet copulam minoris eẽ copulatam et ſibi contradicentem: vel debet determinari determinatione vniuerſali / cõtradictione ſeruata ad hoc ꝙ premiſſe habiles ſint. Nolo tamẽ hinc colligas ſemꝑ premiſſe eſſe inhabiles quando omnes copule non ſe habuerint contradictorio modo. Non enim hoc ſequitur ex dictis. Dictum ẽ enim ſemper premiſſas eẽ habiles quando taliter inueniuntur copule ſed non ſolũ tũc. Unde iſte ſillogiſmus ẽ bonus / omnis leo ẽ vł nõ fuit albus: omne rugibile ẽ ⁊ fuit album: ergo omne rugibile oĩs leo ẽ vel non fuit / non añt inferꝛ hec / oẽ rugibile ẽ vel non fuit leo / ne arguatur a magis amplo ad minus: ratione maioris extremitatis / li. n. leo in añte ſtat ꝑ eo quod eſt vel fuit / ⁊ in 9ñte virtualr ꝑ eo ꝙ non eſt ⁊ fuit: vt patet per ſuam contradictoriam que ẽ hec / rugibile non eſt ⁊ fuit leo. Ex quibus patet ſolutio vltime replice ⁊ eius confirmationis in qua confirmatione medium poteſt verificari pro aliquo i premiſſa affirmatiua ꝑ quo nõ opꝫ verificari in premiſſa vbi ponitur negatio.

¶ Secũdo arguitur / non valet / omnia animalia omnis homo ⁊ homo non ſunt: omnia riſibilia homo ⁊ omnis homo ſunt: ergo nulla riſibilia ſunt animalia: ⁊ tñ eſt in ceſare: ergo: ꝙ nõ ſequatur pꝫ q̃ ſolis duobus hominibus exiſtẽtibus in mũdo / añs ẽ verum ⁊ non 9ñs.

¶ Ad argumentum dicitur premiſſas eẽ inhabiles / eo ꝙ ſumatur copulatum ꝑ medio ⁊ partes indiſtribute ſtent confuſe. Sed pro euidentia huiuſmodi ⁊ aliorum argumẽtoꝝ factibilium / cõtra hũc ⁊ ceteros modos huius figure poniꝛ q̃dã regula talis.

¶ Omnes premiſſe habentes diſpoſitionẽ ſecũde figure ſunt inhabiles ſi talibus premiſſis deſit conditio requiſita ad contrarietatem vel contradictionem ex parte predicati ſoliꝰ vel ex parte predicati ⁊ determinationum copularum: ex quo ſequitur prefatũ ſillogiſmum eẽ nullũ / eo ꝙ illis premiſſis deficiat tertia conditio contrariarum ex parte ꝑdicati: ⁊ poteris inſtantiam reperire pro tali 9ña: in eodem caſu i quo dederis contrarias vel contradictorias in quibus talis 9ditio deeſt / ponendo in ſubiectis ꝑmiſſarum terminos ſinonimos. Nec hec regula repugnat dictis.

Cameſtres ſecundus modus eſt conſequentia formalis conſtituta ex maiori vniuerſali affirmatiua / ⁊ minori vniuerſali negatiua: vniuerſalem negatiuam directe concludẽtibus: reduciturq̃ ad ceſare / vt notat / li. c. interueniẽte cõuerſiõe ſimplici minoris ꝑmiſſe ⁊ 9cluſionis ⁊ ꝑ miſſarũ commutationem. Exemplum facile reperietur.

¶ Contra quem ſic arguitur / nõ valet / oĩs leo fuit albus / nullum rugibile fuit album ⁊ nigrum ergo nullum rugibile fuit leo ⁊ nigrum tamen eſt in cameſtres: ergo: ꝙ non valeat pꝫ. Nam caſu ꝙ oĩs leo fuerit ſucceſſiue albus ⁊ niger / añs eſt verũ: ⁊ conſequens falſum.

¶ Ad argumẽtum reſpondetur dupliciter. Primo dicitur premiſſas eẽ inhabiles / eo ꝙ ſtat medium in affirmatiua verificari pro aliquo in aliquo tempore ꝑ quo non verificatur medium in negatiua pro eodem tempore: licet enim quelibet pars predicati ſeorſum poſſit verificari pro leone: non tamen totum copulatum ſimul reſtrictum ꝑ eodem tempore vt ſtat ibi. ¶ Pro quo ſciendum ẽ aliquem terminum pro plu-

ribus aut paucioribus ſuppoſitis aut temporis differentijs dupliciter verificari. Uno modo ex parte rerum ſignificatarum: ⁊ ſic li petrus ꝓ eodem omnino ſupponit in his ꝓpoſitionibus / petrus eſt petrus / petrus poſſibiliter ē petrus / ſuppoſito ꝙ petrus ſit in mundo. Alio modo ex pᵗe terminorum ſignificātium ⁊ ſic non. Nam quando petrꝰ non erat / vna erat falſa ⁊ alia vera. Unde apparet differētia ex parte ſignificationum terminorum. Et hoc ſecundum mēbrum ſtidem ſtat dupliciter. Uno mō ſumpto tᵒ ſine ſibi adiuncto cum quo reſtringatur vnica reſtrictione / vel ampliatur vnica ampliatione: vel abſolute ideſt non habito reſpectu ad compartē. Et quilibet iſtorum modorū impedire poteſt ꝯñam ne ſit ſillogiſtica / lʒ aliū de poſſit eſſe bona.

¶ Secundo pōt dici (ſi quis p̄fatas p̄miſſas voluerit eſſe habiles) ibi appellationem variari. Illud .n. quod additur medio appellat in añte ſimultatem temporis cum medio ⁊ non in ꝯñte. Unde oportet mediū ingredi concluſionem: ſolum vt talis appellatio ſeruet̄ ſic cōcludēdo / ergo nullū rugibile ē vel fuit albū qđ fuit leo ⁊ nigrū / poſito ꝙ li fuit in p̄mo loco ⁊ in ſcđo vniat pro eodem tempore p̄terito adequate.

¶ Secundo non tenet / omnis homo vigilat / nullus homo dum dormit vigilat: ergo nullꝰ homo dum dormit ē homo: ⁊ tamen arguitur in Cameſtres: igitur: ꝙ non ſequatur patet. Nam caſu ꝙ nunc omnis homo vigilet / maior ē vera vt notum ē. Ueritas vero minoris patet per eius ſenſum qui ē hic / nullus hō ſi dormit vigilat: vel iſte / nullꝰ hō tp̄e quo dormit vigilat. Cōſequētis aūt falſitas pʒ p̄ eiꝰ plures ſenſus q̄ ſunt dandi ſicut ſenſus minoris:

¶ Ad hoc argumentū dicitur quoad bonitatē vel maliciam ſillogiſmi / ꝙ vel li dum dormit / tenetur ex parte minoris extremitatis vel ex pᵗe mediſ. Si primum ſillogiſmus ē bonus nec facit illum ſenſum / ſed ſenſus erit iſte / nullum ens de quo ē verū dicere ꝙ eſt homo ſi dormit / eſt verū dicere ꝙ vigilat / ⁊ ſenſus iſte falſus eſt. Nam de ſorte vigilante eſt verum dicere ꝙ eſt homo ſi dormit / ⁊ non pōt vere dici ꝙ vigilet. Uel detur iſte ſenſus (ſi ſumitur li dum temporaliter) .ſ. nullum ens de quo ē verū dicere / ꝙ ē homo eo tēpore quo dormit / eſt verum dicere ꝙ vigilet / qui ſenſus ē falſus ſicut ⁊ primus. ¶ Si ſcđm vel talis ꝓpoſitio ſumitur in ſenſu conditionato vel cauſato. Si primū / ſillogiſmus ē nullus. Nam ratiōe talis additi in minori / medium cum tali addito poteſt non ſupponere / ipſo in maiori ſupponente / vt liquet ſi remoto li dum apponatur li / ſi. Nam tenendo ſolam ꝯñam intrinſecam eē bonam / hoc conditionatum / vigilans ſi eſt dormiens de nullo verificatur: ⁊ tenēdo ꝯñam quam vocant extrinſecam etiam eſſe bonam / que ē illa in qua añs eſt impoſſibile vel ꝯñs eſt neceſſarium / ſtat mediū in ambabus premiſſis verificari ꝓ omnino diuerſis. Nam vigilans verificari pōt de quocūq; animali: ⁊ totum aggregatum ex medio ⁊ ſibi addito verificatur de quocunq; non potente dormire. Nam ſignato lapide / verum eſt dicere / hoc eſt vigilans ſi dormit / eo ꝙ añs ſit impoſſibile cōditionalis ad quam reducitur: ⁊ ſic itur contra generale fundamētū ſcđm / ⁊ ē t ꝯtra pᵗicularem defectū. Nam ſic debet intelligi .ſ. ꝙ nullo modo ſtet medium in affirmatiua / vel ipſum medium cū ſibi addito verificari de aliqua re / de qua nō poſſit verificari mediū vel ipſum cum ſibi addito in negatiua Si vero li dum / ſumatur temporaliter etiā non valet ꝓpter eūdem defectum. Nam tūc p̄dicatum minoris equipollet huic aggregato .ſ. vigilans tempore quo dormit / qđ pro nullo ente verificari pōt. ¶ Et ſi arguas / contra / ergo ſi in minori diceretur ſic / nullꝰ homo dum viuit vigilat / ſillogiſmus eſſet bonus / ꝯñs eſt falſum: igitur ⁊ añs. Cōſequentia tenet / quia tunc non committitur ille defectus vt notum eſt / falſitas ꝯñtis pʒ quia ē eiuſdem forme cum primo. ¶ Ad hoc reſpōdetur / negando quod non committatur idem defectus. Nam defectus debet intelligi ſic / ꝙ non ſtet medium in affirmatiua cum ſibi addito verificari de aliquo ſecundum acceptionem quam habet / de quo non verificetur in negatiua etiā ſcđm acceptionem. Non .n. refert ꝙ in hac materia non poſſit eē / ſi poſſet fieri ſecundum acceptionem terminorum.

Tertius modus feſtino (conſtans ex eiſdem ꝓpoſitionibus ex quibus ferio) cōſtituitur differens ab illo ratione cōuerſiōis maioris: Ad ipſumq; reducitur per cōuerſionē p̄dictā. Exemplum eſt notum.

¶ Contra quem ſic arguo / non valet / nullum ens mobile ē ſubiectum philoſophie: ens mobile eſt ſubiectum philoſophie: ergo ens mobile nō ē ens mobile: ⁊ tamen ē in feſtino: igitur: ꝙ nō valeat patet: nam añs ē verum ⁊ ꝯñs falſum. De falſitate ꝯñtis patet / quia negatur idem de ſeipſo. Ueritas aūt maioris eſt nota per deſcenſum: Et minoris per ſuam cōtradictoriam.

¶ Ad hoc argumentum dicitur ibi mutari ſuppoſitionem ſimplicem in perſonalem reſpectu minoris extremitatis. Uñ ſi ex intellectus libertate ſumeret̄ ſimpliciter: vel ponatur li .b. vt faciat illum tᵐ ſtare ſimpliciter / ꝯña erit bona ſumpta maiore extremitate ꝑſonaliter vt debet ſumi.

¶ Secundo ſic arguitur / omnem leonē homo nō videt: ⁊ leonē omnis hō videt: ergo leo non eſt leo: ⁊ volo li hō cōfundi in ordine ad ambos tᵒs: ⁊ tñ eſt in feſtino: ergo.

¶ Prohulus argumenti ſolutione / ſciēdum primo / li leonem pertinere ad predicatum licet ponat̄ a parte ſubiecti quod eſt li homo: non .n. li leonē determinat li homo ſed li videt.

¶ Sciendū ſcđo ſolos obliquos p̄fatos non poſſe eē extremitates totales / eo ꝙ nulla extremitas tunc erit totale extremum: nec illi quatuor recti poſſunt eē medium / eo ꝙ duo extrema .ſ. ſubiectum ⁊ predicatū vniꝰ ꝓpoſitionis nō poſſunt habere congrue rationē vnitatis aliqua / eo ꝙ vnio ſemper denotetur inter ſubiectū ⁊ p̄dicatum ꝓpoſitionis. Dicitur ergo ꝙ ſi mediū ſit ſolum / li videns / ſillogiſmus erit nullus quia mediū nullibi eſt totale extremum. Si vero ſumatur totum illud / leonem videns non bene cōcluditur: ſed dicēdū eſſet / homo homo non eſt. Alioquin non concluderetur maior extremitas de minori. Si vero ſolum li homo ſumatur pro medio / itidem non bene concludit̄ / ſed ſic concludendum eſt / leonem .a. videns nullū leonem videt. Sed tūc ſillogiſmus eſt in bocardo / eo ꝙ medium eſt ſubiectum vtrobiq;.

Quartus modus eſt baroco / conſtās ex maiori vniuerſali affirmatiua: ⁊c. Reduciturq; ad barbara p̄ impoſſibile. Reducere aūt per impoſſibile eſt aſſumere oppoſitum concluſionis cum altera premiſſarum ⁊ inferre oppoſitū alterius p̄miſſe. Et intelligitur oppoſitū contrarium vel contra

dictorium. Sed in secunda figura intelligitur oppoſitum contradictorium tam concluſionis ꝙ pmiſſe: ꝛ debet ſemper permanere maior/ ꝛ minor variari. Dicitur autem hec reductio ꝑ impoſſibile: qꝛ ꝓbat bonitatem ſillogiſmi reducendi ducens ad impoſſibile: Uerbi gratia: dicat ꝓteruus ꝯñam de baroco eſſe nullã/ tunc ſic arguo. Baroco non ẽ conſeqũtia bona/ ergo põt dari añs verum in eo ꝛ concluſio falſa: ꝯñs eſt impoſſibile: igitur ꝛ dictum tuum: conſequentia ẽ per ſe nota: ꝯñtis impoſſibilitas ꝓbaꝫ Poteſt dari antecedẽs verum ꝛ concluſio falſa: ergo vel barbara non eſt ꝯña bona/ vel duo contradictoria vera: vtrumqꝫ ẽ impoſſibile igitur: ꝛ ꝯñtis impoſſibilitas nota ẽ: ſed conſequentia ſic deducit. Et capio hunc ſillogiſmum in baroco. ſ. omne. a. eſt. b. ꝛ. c. non eſt. b. ergo. c. non ẽ. a. Tu dicis hic dari antecedens verum ꝛ ꝯñs falſum/ ergo ſi ita eſt/ contradictorium concluſionis erit verum: vt notum eſt. Tunc vltra/ ſumpto contradictorio ꝯcl'ois cũ maiori ſequitur contradictorium minoris in barbara: ergo vel in barbara dabitur añs verũ ꝛ conſequens falſum: vel duo contradictoria erunt vera. Añs pꝫ. Nam ſumã iſtã/ omne. a. ẽ. b. que fuit maior: ꝛ iſtam ꝓ minori/ omne. c. ẽ. a. q̃ eſt contradictoria ꝯcl'ois: ꝛ inferã hanc/ omne. c. ẽ. b. que ẽ contradictoria minoris. Nunc liquidum ẽ hunc ſillogiſmum eſſe in barbara. Conſequentia vero patet: qꝛ vł in hac cõſequentia añs ẽ verum ꝛ conſequens falſum: ꝛ ſic habetur pmũ inconueniens: vel añs ꝛ ꝯñs ſunt vera/ ꝛ tunc duo contradictoria erunt vera: Nam cum conſequens ſit verum ꝛ contradicat minori p̃dicti ſillogiſmi de baroco/ cuius minor fuit vera ꝑ aduerſarium/ eo ꝙ ibi dabaꝫ añs verum ꝛ ꝯñs falſum: ſeqꝫ apte duo ꝯtradictoria dari vera. Et ſic liqꝫ cẽ impꝫ'e baroco non eſſe ꝯñam bonam.

¶ Contra quem modum reducendi ſic arguitur. Si hic modus reducendi eẽt validus/ ſequeretur ſecundum eum malum ſillogiſmum poſſe ꝓbari bonum/ ꝯñs ẽ impoſſibile: igitur ꝛ añs. De cõſequẽtis falſitate notum ẽ. Conſequentia vero ꝓbaꝫ. Hec cõſequentia ẽ nulla/ cuiuſlibet rationalis omnis leo eſt albus: riſibilis leo non ẽ albus: ergo riſibile non ẽ rationale: ꝛ tamen reducit ad vnam ꝯñam bonã in barbara: igiꝫ hꝫ ꝓpoſitum. Quod ꝯña ſit nulla patet: qꝛ ſi in minori loco illius termini leo ponas li equ'/ dabitur añs verum ꝛ ꝯñs falſum: in caſu ꝙ omnis homo habeat vnum leonem album ꝛ nullius hominis equ' ſit albus. Inſuper non habet diſpoſitionem ſillogiſticam/ eo ꝙ nulla extremitas ſit totale extremum in aliqua pmiſſarum. Quod autem reducatur ad vnum bonum patet/ quia reducitur ad iſtum. ſ. cuiuſlibꝫ rationalis omnis leo ẽ alb': oẽ riſibile ẽ rõnale: ergo cuiuſlibet riſibilis oĩs leo ẽ alb': ꝛ iſte ẽ bon': vt põt e i quo nullus eſt defectus: igitur.

¶ Ad argumentũ reſpondetur negando ꝯñam: ꝛ ad eius ꝓbationem conceſſa prima pte añtis diſtinguiꝫ ſecunda. ſ. ꝙ reducatur ille ſillogiſmus ad vnũ bonũ/ vel materialiter/ ꝛ ſic concedo/ vel formalr ꝛ ſic negaꝫ. Intelligo autem vnum ſillogiſmum malr reduci ad alium/ quando ex terminis vnius conflaꝫ alius nihil aliud conſiderando. Formalr vero/ quando ſillogiſmus reductus ꝛ ille ad quem reducitur comparãꝫ ad inuicem: ꝛ ſub hac cõpatione ſillogiſmus ad quẽ ali' reducitur ẽ bonus/ quod in ꝓpoſito non inuenitur. Dicitur ergo ꝙ ſi ille ſillogiſmus factus in barbara conſideretur abſolute. i. non ꝓut concluſio ẽ contradictoria minoris p̃oris ſillogiſmi ad ipſum reducti/ nec ꝓut minor eſt contradictoria concluſionis eiuſdẽ pmi ſillogiſmi: Si ſic inquã abſolute cõſidereꝫ cõcedtur ꝯñam eſſe bonam. Si vero conſideretur non abſolute/ ſed ꝓut ẽ ſillogiſmus ad quem alter ẽ reductus: ſcilicet ꝓut eius concluſio contradicit minori pmi ſillogiſmi/ ꝛ minor eiuſdẽ cõcluſioni pmi. Si inquã ſic cõſidereꝫ nego illum ſillogiſmũ eſſe bonum. Nam iſte ſillogiſm' ẽ null' ſcilicet/ cuiuſlibet rationalis omnis leo eſt albus: omne riſibile ẽ rationale: ergo cuiuſlibꝫ riſibilis omnis equus eſt albus/ in quo datur añs verum ꝛ ꝯñs falſum in caſu ſupradicto: qui tamen ẽ eiuſdem forme cum illo facto in barbara. Si dicas hoc eẽ falſum/ eo ꝙ nõ ſeruatur ſinonimitas q̃ ẽ inter li leo in concluſione/ ꝛ li leo in maiori illius ſillogiſmi de barbara. Ad hoc concedo illud requiri: ſi conſidereꝫ ſillogiſmus de barbara abſolute: ſed non ꝓut ẽ ad quem alius reducitur: ꝓut nunc loquor. Nam ſic non oportet ſeruare ſinonimitatem p̃dictam: quod ſic pꝫ. Nam iſte ſillogiſmus/ cuiuſlibet rationalis oĩs leo eſt alb': riſibilis equus non ẽ albus: ergo riſibile non ẽ rationale/ ẽ eiuſdem forme cum illo reducto ad barbara: ĩ quo li leo ponebaꝫ in vtraqꝫ pmiſſa. Et tamẽ ſi iſte reducatur ad barbara exibit vnus malus ſillogiſmus: iſte. ſ. cuiuſlibet rationalis omnis leo ẽ albus: omne riſibile ẽ rationale: ergo cuiuſlibet riſibilis oĩs equus ẽ albus/ qui ẽ ille idem ꝑ quem inſtiti ſillogiſmo facto ĩ barbara non abſolute cõſiderato. Unde poteſt trahi ſic ꝓbatio ad idem. Si iſte ſillogiſmus in barbara eẽt bonus conſideratus ſub ratione ſub qua alius reducitur ad ipſum/ ſequereꝫ ꝙ oĩs eiuſdem forme cum illo qui reduciꝫ ſimiliter reduceretur ad vnum bonum in barbara: conſequens ẽ falſum: ergo ꝛ añs/ ꝯña ẽ nota: ꝯñtis falſitas patet ex dictis. Nam ille ſillogiſmus in cuius minori poniꝫ li equus/ ẽ eiuſdem forme cum illo in cuius qualibet pmiſſa poniꝫ li leo qui tamẽ nõ reduciꝫ ad vnũ bonum vt dictum ẽ. Inferꝫ ex dictis non eẽ inconueniens aliquã ꝯñam eſſe formalẽ ĩ barbara: que ſi reducatur ad baroco ꝑ impoſſibile. ſ. aſſumpta eadem maiori ꝛ contradictorio concluſionis ꝓ minori inferendo contradictoriũ minoris non erit formalis in baroco: non erit inq̃ formalis/ ſi cõſideretur ꝓut abſolute eſt ĩ baroco: nõ aũt ſi ꝯſideretur prout ẽ ſillogiſmus ad quem reduciꝫ ille q̃ erat in barbara: ꝓut patet ex dictis.

¶ Hic inſuper ſciendum ꝙ non ſolum baroco/ ſed ꝛ omnes alij modi huius figure valent reduci ad modos prime ꝑ impꝫ'e: quod denotatur ꝑ hanc dictionẽ/ odiebar/ in q̃ ſunt q̃tuor vocales: Et pma ſignat primũ modũ huius figure reducẽdũ eẽ ad modũ prime concludentẽ. o. ſ. particularem negatiuã ad ferio. Et li. i. ꝙ ſecundus debet reduci ad darij: ꝛ ſic de duobus alijs.

¶ Cõtra quod tamen ſic arguiꝫ: iſte eſt bon' ſillogiſmus/ nullus leo ẽ angeli equus: ꝛ omnis ſubſtantia ẽ angelus: ergo nullius ſubſtantie equus ẽ leo: ꝛ tñ nõ põt reduci ad ferio cum ſit cesare: igitur. Hoc patet: nam hec ꝯña/ nullus leo eſt angeli equus: ꝛ ſubſtantie equus ẽ leo: ergo ſubſtantia non eſt angelus/ non eſt ſillogiſtica/ eo ꝙ non concludantur extremitates totales in concluſione. Et hec/ nullus leo ẽ hoĩs currens ꝛ riſibilis album ẽ leo: ergo riſibile non ẽ homo: ꝛ eſt eiuſdem forme cum illa q̃ tamẽ nihil valet. Nam in caſu ꝙ quilibet homo habeat vnũ equũ albũ q̃ſcẽtem/ añs eſt verum ꝛ non ꝯñs.

¶ Ad argumẽtum diciꝫ verum eſſe/ ꝙ quando mediũ nõ eſt totale extremum in vtraqꝫ pmiſſa nõ eſt neceſſe

ſatem ſillogiſmum reducat ad vnum prime figure per impſſe: verū ē tñ talē ſillogiſmū reduci ad vnā ꝯñam formalem: Formalē inq̄ nō prout eſt in prima figura abſolute/ſed ꝓut eſt ꝯña ad quam talis modus bene reducitur.i. ſeruatis ſinonimitatibus reptis inter modum reductum ⁊ illum ad quem reducitur cuius intellectus ex dictis liquet. Et hoc ſufficit ad eius bonitatem manifeſtādam. Poteſt inſuper dici quod ad bonitatem talis ſillogiſmi probandam/ſufficit quod alius ſillogiſm⁹ exiſtens in eodem modo (cui⁹ mediū eſt totale extremum) reducatur ad vnum bonum prime figure.

¶ Contra baroco arguitur primo ſic / non tenet/omnis leo eſt animal.a. rugibile non ē animal: ergo.a.rugibile nō eſt leo: ⁊ tamen arguitur in baroco: igitur. Quod nō ſequaꝛ pꝫ: q: in ſimili nō vꝫ/oīs eſſentia ē.b/a.pſona non eſt b/ergo:a.pſona nō ē eſſentia/poſito li.b. valeat tm̄ ſicut hoc diſiunctum/perſona vel perſone.

¶ Ad argumētum reſpondent tenētes terminos diuinos pſonales eſſe eiuſdem forme cū terminis creaturarum/ſillogiſmum nihil valere: defectus nanq̄ ē (vt dicit) quia reducendo ipſum ad barbara/arguemus a confuſa ad determinatam abſq̄ cōnexione medij ſtantis vtrobiq̄ diſtributiue. Sed quia videꝛ nō eſſe ſufficienter dictum aliquem ſillogiſmū fore malū qui nō habeat defectum in ſe/ſed in alio ad quem reducitur. Ideo quidam doctor aſſignat alium dicens/peculiarem eſſe defectum in diuinis / arguere predicto modo. Tenentes vero nullum terminum in diuinis eſſe eiuſdem forme cum terminis creaturarū/concedunt minorem ⁊ negant maiorem. Non enim datur inſtantia(vt aiunt)in terminis diuinis/quia ſunt alterius forme ſeu acceptionis. Quid autem mihi videatur/dicetur in terminis diuinis: eo quod dicenda ibi ad huius ſolutionem requiruntur. Conſimiliter dicunt primi / hūc ſillogiſmum in ceſare non valere: ſcilicet/nullus leo fuit cuiuſlibet angeli quilibet leo: ⁊ omnis leo.a.fuit cuiuſlibet angeli quilibet leo(poſito illam cōfuſam habere vim reſpectu vtriuſq̄ extremi) ergo nullus leo eſt vel fuit leo/ eo quod in ſillogiſmo ad quem reducitur argumentamur a confuſa ad determinatā ex pte.a.extremitatis: in ordine ad determinationem copule: reducitur ſiquidem ad iſtam/null⁹ leo fuit cuiuſlibet angeli quilibet leo: ⁊ aliquis leo eſt vel fuit leo: ergo non.a. fuit cuiſlibet hominis quilibet leo. Sed cum cuilibet errori extrinſeco alius intrinſecus reſpondeat ⁊ econtra: ⁊ in reductione p impſſe concluſio modi ad quē reducitur ſit cōtradictoria vnius premiſſe ſillogiſmi reducti: ⁊ ediuerſo cōcluſio reducti ſit contradictoria vnius premiſſe ad quem reducitur / rectius dicitur eſſe inconueniens quod ſupra dictum eſt: ſ.q ex parte determinationum copularum deeſt aliqua conditio requiſita ad contrarietatē Nā li inſtans incluſum in li fuit/in maiori ſtat diſtributiue in ordine ad li hominis ſtans confuſe: ⁊ in minori/ſtat confuſe. Et ſi arguas hunc defectum non eſſe inter alios poſitos/ reſpondetur quod ſubintelligitur vbi dꝛ hoc idem de copulatis. Dꝛ ſecūdo defectū eē quod ſtat li leo verificari pro aliquo in pmiſſa affirmatiua pro quo non verificatur in negatiua facto deſcenſu. Et ex dictis in celarent patet.

Sequitur textus.

Sequitur de tertia figura cuius tales dantur regule. ¶ In tertia figura minori exiſtente negatiua nihil ſequitur ¶ In tertia figura concluſio debet eſſe particularis. ¶ Tertia figura ſex hēt modos. ¶ Darapti primus modus conſtat ex vl̄i affirmatiua maiori: ⁊ vniuerſali affirmatiua minori: particularē affirmatiuā concludentibus directe: vt/ omnis homo ē ſubſtātia: omnis homo ē animal: ergo quoddam animal eſt ſubſtantia. Et reducitur ad tertium modum prime figure minori conuerſa per accidens. ¶ Felapton ſecundus modus conſtat ex vniuerſali negatiua maiori ⁊ vniuerſali affirmatiua minori: particularē negatiuam directe concludētibus: vt / nullus homo eſt lapis: omnis homo eſt animal ergo quoddam animal non eſt lapis. Et reducitur ad quartum modum prime figure minori conuerſa per accidens. ¶ Diſamis tertius modus cōſtat ex partculari affirmatiua maiori: ⁊ vniuerſali affirmatiua minori: particularem affirmatiuā directe concludentibus: vt/ quidam homo eſt ſubſtantia omnis homo eſt animal: ergo quoddā animal eſt ſubſtantia: ⁊ reducitur ad tertiū modum prime figure/ maiori ⁊ ꝯclūone conuerſis ſimpliciter: ⁊ ꝑ trāſpoſitionē premiſſarū. ¶ Datiſi q̄rtus modus cōſtat ex vl̄i affirmatiua maiori: ⁊ ꝑticulari affirmatiua minori: ꝑticularē affirmatiuā directe cōcludētib⁹: vt/ oīs hō ē ſubſtātia: q̄dā hō ē al': ergo quoddā aīal ē ſubſtantia: ⁊ reducitur iſte modus ad tertiū modū ꝑme figure minori cōuerſa ſimplr. ¶ Bocardo q̄ntus modus cōſtat ex maiori ꝑticulari negatiua ⁊ minori vl̄i affirmatiua: ꝑticularē negatiuā directe cōcludētib⁹ vt/ q̄dā hō nō ē lapis: oīs hō ē al': ergo q̄dā al' nō ē lapis: ⁊ reducitur ad ꝑmū modū ꝑme figure ꝑ impſſe. Sumatur.n. oppm cōtradictoriū cōclōis cū altera ꝑmiſſarū: ⁊ inferaꝛ oppm alteri⁹ ꝑmiſſe: vt/ oē al' ē lapis: oīs hō ē al': ergo oīs hō ē lapis. Hec ꝯclō facta per impſſe ī ꝑmo mō ꝑme figure ꝯtradicit maiori ꝯuerſēti.ſ. tertie figure. ¶ Feriſon ſextus mod⁹ ꝯſtat ex maiori vl̄i negatiua ⁊ minori ꝑticulari affirmatiua: ꝑticularē negatiuā directe ꝯcludētib⁹: vt null⁹ hō ē lapis: q̄dā hō ē al': ergo q̄dā al' nō ē lapis: ⁊ reducitur ad q̄rtū modū ꝑme figur minori ꝯuerſa ſimplr

E

Sequitur gloſa.

Onſequenter poſt primam ⁊ ſecundam figuram
conſtitutas: petrus hiſpanus agreditur determi
nare de tertia: pro qua duas regulas aſſignat.
Prima / minori exiſtente negatiua nihil ſequit̃. Et ra
tio eſt / quia tunc arguetur a non diſtributo ad diſtri=
butũ. Nã .a. nõ poſſet iã eẽ negatiua / cum .b. ſit negati
ua / eo ꝙ ex duab⁹ negatiuis nihil ſequit̃. Si aũt ſit af
firmatiua eius predicatum vt communiter non diſtri
buitur ⁊ diſtribueretur in ↄñte: igitur. Quapropter
ſi inconueniens hoc caueatur bonus erit ſillogiſmus
vt patet hic / omnis homo omne animal eſt: nullus ho
mo eſt riſibilis / ergo nullum riſibile eſt animal. Simi
liter valeret ſi concluderetur ſic .ſ. omne riſibile ani=
mal nõ eſt: vel ſi maior extremitas eẽt trs ſingularis
Petrus ſꝫ. aũt locutus ẽ extra predicationes incon=
ſuetas ⁊ indirectas.

Secũda regula / in tertia figura cõcluſio debꝫ eſſe
particularis: que regula ſequit̃ ex prima. Nam ex pri
ma habet̃ ſemꝑ minorem debere eſſe affirmatiuam: er
go pdicatum illius non diſtribuitur: ⁊ cum illud de=
beat eſſe in cõcluſione ſubiectum / diſtribuendum eẽt
ſi vniuerſaliter liceret concludere: ac ꝓinde argumen
taremur a non diſtributo ad diſtributum. Ex quo col
ligitur hanc regulam non eſſe neceſſariam ſi predi=
ctum inconueniens caueatur. Unde bene ſequitur /
omnis hõ eſt animal: omnis hõ ẽ albus: ergo oẽ al
bum eſt animal.

Odi autẽ a petro h. iſ. aſſignati / ſunt
ſex. Quorum primus eſt / darapti / cõſtãs ex
maiori vniuerſali affirmatiua: ⁊c.

Contra quem tamen arguitur / Bene ſe=
quitur / cuiuſlibet angeli leo fuit cuiuſlibet hois albũ:
⁊ cuiuſlibet angeli leo fuit currens: ergo currens fuit
cuiuſlibet hõis albũ: ⁊ tñ añs dat̃ verũ ⁊ nõ ↄñs / in ca
ſu ꝙ: antũ ſit vnus angelus ⁊ fuerit ⁊ habeat vnũ leo
nem quem communicauit cum cum quolibet homine
ſucceſſiue: ita ꝙ in nullo inſtanti poſſeſſus fuerit a duo
bus hominibus: ⁊ ſit albus ⁊ fuerit ⁊ etiam currẽs: ⁊
tñ multi homines fuerint ſimul viuentes. Quod au=
tem ſit maior vera / patet deſcendendo ſic / iſtius ange
li leo .a. fuit cuiuſlibet hominis album: ponitur li .a. vt
cõfuſa hẽat vim reſpectu ꝺ li hois: ⁊ nolo ꝙ ly cuiuſ=
libet efficiatur pars extremi. Et ꝙ iſta ſit vera pꝫ: deſcẽ
dendo ſtatim ſub li hominis: ⁊ poſtea ſub li tpe inclu
ſo in li fuit: ⁊ poſtea ſub li album. De veritate minoris
⁊ falſitate ↄñtis pꝫ deſcẽdẽdo ſub oĩbus t̃mis eo ordi=
ne quo ſunt poſiti.

Ad argumentum (admiſſis ſuppoſitionibus poſi
tis) reſpondetur negando minorem / arguitur enim
a confuſa ad determinatam ex parte determinatiõis
virtualiter incluſe in copula. Sed contra / bene
ſequitur / omnis leo eſt album ⁊ quodlibet nigrum:
omnis leo eſt animal ⁊ quodlibet currens: ergo ani=
mal ⁊ currens ſunt a. album ⁊ quodlibet nigrum: ⁊ ta
men committitur idem defectus: igitur ſolutio nulla.

Ad hanc replicam negatur minor. Pro quo ſcien
dum / ꝙ licet in vtroq; ſillogiſmo arguat̃ a confuſa ad
determinatam non tamen ſimiliter: ideo nõ ſequitur
idem eſſe de vtroq; iuditium. Aduertendum ergo ꝙ i
primo ſillogiſmo duplex reperitur cõfuſa. Una ſ. a. ⁊
eſt in li tempore incluſo in copula. Alia eſt in minori /
ſcilicet i li currẽs / tunc dicitur nõ eſſe inconueniens
arguere a cõfuſa ad determinatam reſpectu minoris
extremitatis: ſed bene reſpectu confuſionis de li tem
pore. Et ſi queras rationem / dicitur rationẽ eſſe: eo ꝙ
confuſa minoris extremitatis ſolum reſpicit mediũ.
Confuſa vero maioris propoſitionis reſpicit mediũ ⁊
aliam diſtributionem poſitam ſecum ⁊ ponendam in
concluſione: ⁊ ꝑ ↄñs arguitur ratione illius a cõfuſa
ad determinatam reſpectu eiuſdem multidinis / quod
non fit ratione minoris extremitatis. Et propter hoc
etiam ſi ſic concluderetur: ergo .c. animal ⁊ omne cur=
rens ſunt album ⁊ quodlibet nigrum: nullo ſigno ef=
fecto parte extremi non valeret. Ratio eſt / quia deter
minata illius mixte non reſpicit illum terminum di
ſtributum quẽ reſpexit in añte confuſe. Nã illa deter
minata ẽ in ordine ad li nigrũ ⁊ i ordine ad li currens
ſtat confuſe ſicut ſtetit in añte.

Elapton eſt ſecundus modus / con=
ſtans ex maiori vniuerſali negatiua. ⁊c

Contra quem ſic arguo / non ſequitur / ois
homo ⁊ leo non erũt alba / ⁊ omnis hõ ⁊ leo ſunt aĩalia
ergo animalia nõ erunt alba: ⁊ tamen eſt in felapton /
igitur. Quod non valeat probo. Nam ca.u ꝙ tantum
ſit ſortes cum duobus leonibus qui omnes ſint futu=
ri albi cras / añs eſt verum ⁊ ↄñs falſum. Ueritas mi=
noris nota eſt: Sed maior patet: deſcendendo primo
ſub li homo: ⁊ ſecundo ſub li alba: ⁊ tertio ſub li leo.
Falſitas autem ↄñtis patet ꝑ ſue ↄtradictorie verita=
tem que eſt hec / omnia animalia erunt alba. Ad ar
gumentum reſpondetur negãdo minorem: arguit̃. n.
a confuſa ad determinatam reſpectu minoris extremi
tatis / parte medij ſtante confuſe. Dicitur parte medij
ſtante. ⁊c. quia alias non inconuenit vt ex ſuperiori=
bus patet. Sed contra non valet / omnis hõ ⁊ .b.
animal nõ erunt riſibilia: omnis homo ⁊ oẽ aĩal ſunt
rationalia: ergo rationalia non erunt riſibilia: ⁊ tamẽ
tollitur defectus: igitur. Quod vero non ſequatur pa
tet. Nam caſu quod nũc ſint ſoli homines ⁊ poſt hoc
ſint futuri homines ⁊ cetera animalia: antecedens eſt
verum ⁊ conſequens falſum. Ueritas minoris nota ẽ
maioris patet / quia habet vnam deſcendentem verã
ſub termino ſtante determinate: demonſtrato vno fu
turo leone / ⁊ huius ſolius veritas ſufficit ad eius ve=
ritatem: falſitas autem ↄñtis liquida eſt. Hec repli
ca euidenter concludit in primo ſillogiſmo / vltra defe
ctum aſſignatum interuenire alium defectum / ⁊ eſt: ꝙ
pars mediĩ ꝗ non diſtribuitur in maiori tenetur pro
pluribus ꝙ̃ vbi diſtribuitur: nec retificaretur iſte de=
fectus remouendo ampliationẽ a prima ꝑmiſſa ⁊ po=
nendo illam in ſecunda. Nã tunc orit̃ alius. ſ. ꝙ me=
dium pro pluribus ſtaret in premiſſa affirmatiua ꝙ̃
in negatiua. Oportet ergo oẽs ꝑtes diſtribui in ma=
iore premiſſa.

Iſamis tertius modus cõſtat ex ma=
iori particulari affirmatiua: ⁊c.

Cõtra ipſum ſic arguit̃. Nõ valet / leo eſt
currens: ⁊ ois leo fuit quieſcẽs: ergo q̇eſcẽs ẽ currẽs:
nec ſequeretur ſi dicat̃ / ergo quieſcens fuit currẽs: nã
caſu ꝙ nunꝙ̃ leões cucurrerint ſed nũc currãt iſtatur
Ad argumentum dr̃ neutro mõ eſſe concludendũ.
Non primo modo / eo ꝙ minor extremitas in añte ⁊ in
conſequente ſtet pro omnino diuerſis tẽporiꝰ differẽ=
tiis quod eſt magis inconueniens ꝙ̃ arguere varian=
do ampliationẽ / aut reſtrictionem. Nec ſcdo mõ / eo ꝙ
idem defectus ↄmittat̃ reſpectu maioris extremitatis:
Sed dꝫ ſic concludi: ergo qđ fuit quieſcẽs ẽ currens:
ſuppoſito li q̇eſcẽs in ꝑmo loco nõ reſtringi a copula
principali vt ſtet ꝓ preſentibus: alioquin nõ valeret

Defectuſq3 hic licet nõ ſit explicite poſitu s inter cões:
tñ numerandus eſt inter ampliationis defectus: ⁊ etiã
mutatur appellatio.

Datiſi quartus modus conſtat ex ma-
iori vniuerſali affirmatiua ⁊c. ¶ Cõtra ipſum
tamen ſic arguitur. Nõ tenet/ omnis equus
fuit currens: aliquis equus fuit omne album: (li om-
ne non effecto pte extremi) ergo omne album fuit cur
rens: ⁊ tamen eſt in datiſi: igitur: ꝙ non ſequatur patet:
Nam caſu ꝙ ſolum ſit ⁊ fuerit fauellus currens/ ⁊ ipſe
ſolus fuerit albꝰ equꝰ in mũdo / ⁊ nullus alius equꝰ/
attamen nudius tertius fuerunt multa alba alia que
nunꝙ̃ cucurrerunt: tunc veritas maioris eſt nota mi
noris autem veritas patet deſcẽdẽdo pmo ſub li equꝰ
ſecundo ſub li tempore incluſo in copula: tertio ſub p̃
dicato. ¶ Pro huius argumenti ſolutione notato
diſceptationem eſſe inter logicos circa veritatem hu-
ius ⁊ ſimiliũ/ adam fuit omnis homo. Quibuſdam ſi
quidem vera apparet vt ꝓbant eius deſcendẽtes ſub
li tempore incluſo in li fuit. Arguũt etiam ab inferio-
ri ad ſuum ſuperius ſic / adam in iſto tempore fuit
omnis homo: ergo adam fuit omnis homo: ſignato tẽ
pore in quo ſolus adam fuit/ añs eſt verum ergo ⁊ cõ
ſequens. Aliis autem apparet falſa: cuius falſitatem
dupliciter ꝓbant. ¶ Primo/ quia addendo/ adã fuit
homo: ſtat ꝓ omnibus hominibus p̃teritis: ergo ad-
ueniente/ li omnis/ ſtabit ꝓ omnibus illis: igitur ad eiꝰ
veritatem exigitur adam fuiſſe abel: ⁊ ſic de omnibus
aliis. ¶ Secundo quia bene valet/ adam fuit oïs ho
mo/ abel fuit homo: ergo abel eſt vel fuit adam / ꝯñs
eſt falſum: non minor: ergo maior. Inſup ſoluunt ra-
tiones oppoſitũ opinantiũ. Ad pmam.n. reſpondent
opinantes negando determinationem copule reſtrin
gere p̃dicatum ac p conſequens (vt dicunt) pro tot li
homo ſtat in deſcendente ſicut in deſcenſa: ⁊ ſic ſẽſus
deſcenſe erit/ adam in iſto tempore fuit omnis homo
qui aliquando fuit/ quem conſtat eſſe falſum. Ad ſecũ
dam negant ꝯñam/ eo ꝙ arguatur a minus ad magis re
ſtrictum cum diſtributione. ¶ Rationes etiam iſtoꝝ
ſoluuntur etiam ab aduerſariis. ¶ Ad primam enim
concedunt li homo diſtribui: ſed dependenter a deter
minatione copule: ideo non requiritur ad eius veritatẽ
quod ipſi affirmant: ſed ꝙ in aliquo tẽpore adã fuerit
omnis hõ. ¶ Ad ſcõm negant ꝯñam: eo ꝙ mediũ nul
libi diſtribuatur complete: nam diſtribuitur depẽdenter
a determinatione quod eſt diſtribui ſub diſiunctione
quadam. Mihi autem videtur illam eſſe falſam / ſi
communis vulgariſq3 modus attendatur. Non enim
crediderim a quouis hominum intellectu conceden-
dam hanc veram/ vna reuolutio ſolis fuit omnis re-
uolutio ſolis: nec iſtam / paſcha futurum erit omne
paſcha. Et ſic de aliis: que tamen ſunt concedende/ ſi
alia conceditur. Verum ſi logica placita attendantur
rectius dicitur eam eſſe veram. Et ratio huius (vt cre
do) eſt: quia communis hominum captus non conci-
pit illius determinationem in copula: quam dialectici
volunt ſubintelligi. Et hoc experientia didici. Inter
rogaui ſiquidem quendam non logicum de veritate
huius/ adam aliquo tempore fuit omnis homo/ qui
paululum dubitauit: ⁊ cum aſſenſiſſet illi: interroga-
ui de hac/ adam fuit omnis homo/ dubitauitq3: ſed tã
dem ſibi potius falſam ꝙ̃ veram apparuiſſe dixit: pro
poſui autem propoſitiones hiſpane/ eo quod nec lati-
nam linguam callebat: vigebat autem intellectu. De-
fendentes autem eius veritatem / non videntur re-
cte ſoluere argumenta contra ſe facta. Non primum.
Nam ſequeretur hanc propoſitionem non eſſe veram:
petrus cras non erit albus: caſu quod ſolum cras ſit
cariturus albedine quam habebit tempore reliquo fu
turo. Conſequentia tenet quia li cras (ſecũdum eos)
non reſtringit predicatum. Nec ſecundum/ eo ꝙ bñe
valeat,/ iſtius hoïs quilibet equus currit: ergo hoïs
quilibet equas currit. Debẽt ergo dicere determina-
tam illius determinationis equiualere confuſe/ ita ꝙ
predicta propoſitio equiualeat huic: adam. a. tempo-
re fuit omnis homo: alioquin non videtur mihi recte
ſolui poſſe argumentum factum. Et ſi queratur / vn-
de habet illa determinata quod confuſe equiualeat
cum in aliis non reperiatur? Dicere eos oportet ex cõ
muni hominum ſenſu: ⁊ tunc negabitur deſcenſus/ eo
quod virtualiter arguatur a confuſa ad determinatã
cum deſcendatur diſiunctiue. Et ad aliud dicitur/ non
eſſe ſimile de hac/ hominis quilibet equus currit: ⁊ de
alia: quia in prima li equus diſtribuitur incomplete: ⁊ li
homo in ſecunda ſtat complete.

¶ Iſtis intellectis diſtinguo/ talem ſillogiſmum eſ-
ſe in datiſi: quia vel preſupponitur opinio tenentium
hanc falſam / adam fuit omnis homo: ⁊ ſic concedo
minorem ⁊ nego quod non ſequatur: quia tũc minor
eſt falſa ſicut ⁊ concluſio. Si teneatur oppoſitum/ ne-
go minorem. Arguitur enim a diſtributiua incomple
ta ſiue dependenti ad completam ſiue independẽtem:
Inſuper variatur acceptio: nam li tempore in minori
tenebatur non vnice ⁊ in conſequenti non. Vel quia
nullo mõ determinatur ſubiectũ/ vel q2 (ſm alios) eſt ac-
ceptio vnica: cõcludendũ eſt ergo ſic/ quod aliquo tẽpo
re fuit albũ fuit oẽ currens: ponitur q3 illud aditum vt
termini ſtent eodem modo quod licitum eſt etiam ſi
in copula minoris premiſſe non includeretur.

Bocardo quintus modus conſtat ex
maiori particulari negatiua ⁊c. reducitur autem
ad barbara per impoſſibile: que quidem redu
ctio in ſecunda figura expoſita eſt: Debet tamen hic
attendi vt ſeruetur minor ⁊ varietur maior. Unde bo-
cardo reducitur ad barbara ſumpta contradictoria cõ
cluſionis pro minori: ⁊ inferendo contradictoriũ ma-
ioris vt patet/ quia hic ſillogiſmus/ homo non eſt ani-
mal: omnis homo eſt riſibilis: ergo riſibile nõ eſt ani-
mal: reducitur ſic ſcilicet / omne riſibile eſt animal/
omnis homo eſt riſibilis: ergo omnis homo eſt ani-
mal. ¶ Et aduerte non ſolum hunc modum: ſed ⁊
omnes tertie figure reduci poſſe ad modos prime/
Quod qualiter fiat / inſinuant dictiones iſte/ letare/
romanis. Prima enim vocalis denotat primum mo
dum tertie figure reducendum eſſe ad modum con-
cludentem. e. ideſt vniuerſalem negatiuam in prima/
qui modus eſt celarent: Sic conſequenter intelligi o
portet de aliis. ¶ Aduertendũ vltra ſemper accipien
dam eſſe contradictoriam concluſionis pro vna pre-
miſſarum non tamen ſemper inferri debet contradi-
ctoriũ p̃miſſe ſed aliqñ contrariũ: ⁊ hoc reperitur in darap
ti/ ⁊ felapton: in ceteris autẽ fiat vt dictũ eſt. ſ. vt infe-
ratur contradictorium.

¶ Contra quem vero modum arguitur: nõ
ſequitur/ a. non eſt animal: ⁊ omne. a. eſt animal ergo
animal non eſt animal/ ⁊ tamen arguitur in bocardo:
igitur: ⁊ pono caſum ꝙ li. a. tãtum valeat ſicut hoc cõ
plexũ/ hoïs leo/ ſitq3 caſus ꝙ aliquis hõ hẽat leones ⁊
aliquis non. ¶ Ad argumẽtũ negatur minor: q2 mediũ
tenetur diuerſimode quoad acceptionẽ. Nã ſumitur non
vnice in maiori: ⁊ vnice in minori/ niſi maiorem velis
huic equiualere ſcilicet/ aliquid hominis leo non eſt a

nimal. ¶ Sed contra/ bene valet/ leo hominis non ē
animal: ⁊ cuiuſlibꝫ hominis quilibet leo eſt aīal: ergo
animal nō eſt animal: ⁊ tamen mutaꝛ acceptio/ igitur
nulla ē ſolutio. ¶ Ad replicā/ ɔceſſo ɔſeꝙ̄am eē bonam
negaꝛ ɔſeꝙ̄a: nō. n. hic ē inconueniēs ſicut ī primo. Pro
quo ponitur vna regula.

¶ Sīi aliquo ſillogiſmo medium teneaꝛ diuerſimo-
de quoad acceptionē/ ſi vna ꝓmiſſa ſcōm acceptionem
terminorum pōt inferre vnā ꝓpoſitionem q̄ adiūcta
cū reſidua conſtituet premiſſas habiles: tunc talis pre
miſſa. ſ. inferens cum alia erit habilis. Et quia hoc re
pꝛ in ſcōa ɔſeꝙ̄a ⁊ non in prima: ideo eſt bona ⁊ reliqua
mala. Hec enim/ cuiuſlibet hominis quilibet leo eſt a-
nimal: infert iſtam/ quilibet leo hoīs eſt aīal. Sed de
hoc dictum eſt ſupra qualiter contingat.

FEriſon/ ſextus modus/ conſtat ex
maiori vniuerſali negatiua ⁊ minori particula
ri affirmatiua. ⁊c. ¶ Contra quem arguitur.
Non tenet/ nullus leo eſt currens: leo eſt vel fuit albꝰ
ergo albū nō eſt currens: nec ſeqꝛ ſi dicatur/ albū non
eſt vel fuit currens. Nam caſu ꝙ nullus leo ſit albus
modo/ ſed omnia animalia alba currant/ ⁊ in tempo-
re preterito leones fuerint albi qui nunc nō currunt/
ſed cucurrerint/ antecedens eſt verum ⁊ conſequens
falſum. ¶ Ad argumentum dicitur/ duplicem in eo
interuenire defectum/ nam medium pro pluribus te-
netur in affirmatiua ꝙ̄ in negatiua. Itidem vbi nō di
ſtribuitur ꝙ̄ vbi diſtribuitur: quia ī eadē affirmatiua
non diſtribuitur.

¶ Hic in fine tractatus figurarum dubita-
tur in qua figura ſit iſte ſillogiſmus: omnis homo in
quolibet inſtanti fuit animal: ⁊ hoc inſtans eſt vel fuit
aliquod inſtans: ergo omnis homo in hoc inſtāti fuit
animal? Et videtur ꝙ in nulla/ Nō in prima/ quia me
dium nullibi eſt ſubiectum nec eius pars. Nec in ſe-
cunda/ quia medium non predicatur bis. Nec in ter-
tia/ quia medium non bis ſubiicitur. Nec in quarta/
quia medium non predicatur in maiori ⁊ ſubiicitur in
minori: igitur plures ſunt figure. ¶ Ad argumētum
dꝛ ſillogiſmum hūc eſſe in prima figura. Et quādo di
citur medium nullibi eſſe ſubiectū/ diſtinguo: vꝫ ſub-
iectum enſit·ationis ɔcedo: vel diſtributionis nego:
⁊ hoc ſufficit: Eſt enim ſubiectum diſtributionis om
nis terminus diſtributus ante copulam aſſigno non
effecto parte extremi. Poſſet etiam forte dici conſe-
quētiam eſſe in ſecunda figura/ eo ꝙ illa determinatio
q̄ eſt medium pertinet ad predicatum/ ſed primum eſt
melius.

Sequitur tertius

SIllogiſmorum concludentium
particularē negatiuā indirecte
tales dantur regule. ¶ Nullus
ſillogiſmus ɔcludens ꝑticula-
rem negatiuā indirecte pōt ɔ-
cludere eā directe. Nec ɔcludēs eā directe
pōt ɔcludere ī directe. ¶ Itē ꝑma figura ɔ
cludit omnia genera propoſitionum. ſ. vni-
uerſalem ꝑticularem: affirmatiuam ⁊ nega
tiuam. ¶ Secunda figura concludit parti-
cularem negatiuam ⁊ vniuerſalem negati-
uam. ¶ Tertia figura concludit particula-
rem affirmatiuam ⁊ negatiuam. ¶ Verſus
Barbara/ celarent/ darij/ ferio/ baralip-
ton. Celantes/ dabitis/ fapeſmo/ friſeſomo
rum. Ceſare/ cameſtres/ feſtino/ baroco/
darapti. Felapton/ diſamis/ datiſi/ bocar-
do/ feriſon. In his quatuor verſibus predi
ctis ſunt decē ⁊ nouē dictiones: decem ⁊ no
uē modis deſeruientes. Ita quod per pri-
mam dictionem ītelligitur primus modus
prime figure: ⁊ per ſecundam ſecundus mo
dus ⁊c. Unde primi duo verſus deſeruiunt
omnibus modis prime figure. Tertius ve
ro verſus/ preter vltimam eius dictionem/
dſeruit modis ſecunde figure: ita quod pri-
ma dictio dſeruit primo mō: ⁊ ſecūda ſecun-
do modo: ⁊ ſic de alijs. Ultima vero dictio
tertii verſus cū aliis dictionibus quarti ver
ſus deſeruit modis tertie figure. ¶ Sciendū
ꝙ per has vocales/ a/ e/ i/ ⁊ o: intelliguntur
quatuor genera propoſitionum. Itaqꝫ per
hanc vocalem/ a. intelligitur vniuerſalis af
firmatiua: ⁊ per/ e/ vniuerſalis negatiua/ ⁊
ꝑ/ i/ particularis affirmatiua: ⁊ per/ o/ par-
ticularem negatiuam intelligimus. ¶ Et
in qualibet dictione ſunt tres ſillabe: ⁊ ali-
ud reſiduū eſt ſuperfluum/ niſi. M. vt po-
ſtea patebit. Et per primā illarum ſillaba-
rum intelligitur maior propoſitio. Et per
ſecundam minor: ⁊ per tertiam concluſio.
Verbi gratia/ prima dictio. ſ. barbara: ha-
bet tres ſillabas in quarum qualiber poni-
tur. a. Et per. a. ter poſitū/ ſignificatur ꝙ pri
mus modus prime figure conſtat ex dua-
propoſitionibus vniuerſalibus affirmatiuis
vniuerſalē affirmatiuam ɔcludētibus. Et
ita intelligitur de aliis dictiōibus ſcōm voca
les ibi poſitas. ¶ Et ſciēdū ꝙ q̄tuor dictio-
nes ꝑmi verſus incipiunt ab his ɔſonanti
bus. b. c. d. ⁊. f. ſicut oēs alie dictiones ſequē
tes. Et ꝑ hoc intelligēdū ē: ꝙ oēs modi qui
incipiūt ꝑ dictionē inchoatā ꝑ. b. debent re
duci ad primum modum prime figure. Et
omnes que incipiūt per dictionē inchoatā
per li. c ad ſecundum: ⁊ per. d. ad tertium: ⁊
per. f. ad quartum. ¶ Item vbicunqꝫ poni
tur. s. in illa dictione ſignificatur ꝙ ꝓpoſi-
tio intellecta per vocalē immediate ꝓcedē
tē debet ɔuerti ſimpliciter: Et propoſitio
intellecta ꝑ vocalē immediate ꝓcedentem
illam literam. p. debet ɔuerti ꝑ accidēs. Et
vbicunqꝫ ponitur. m. ibi dꝫ fieri trāſpoſitio.

in premiſſis. Eſt enim tranſpoſitio in pmiſ-
ſis/facere de maiori minorem: ⁊ ecōtrario.
Et vbicunq̧ ponitur .c. ſignificatur ꝙ mo-
dus intellectus per illam dictionem in qua
ponitur debet reduci ꝑ impoſſibile. ¶ Un-
de verſus. Simpliciter verti vult. S. P. ve
ro per acci. M. vult tranſponi. C. per im-
poſſibile duci. Seruat maiorem/variatq̧ ſe
cunda minorem. Tertia maiorē variat/ſer-
uatq̧ minorem.

Sequitur gloſa.

In preſenti textu. P. H. ponit q̄dam ducumenta
ſiue notabilia/pro materia ſillogiſmorum ampli⁹
reſerāda. Dicit ergo primo/ꝙ nullus ſillogiſmus cō
cludens particularem negatiuam indirecte pōt eam
concludere directe: nec concludens directe/indirecte
Que regula eſt intelligenda/quando particularis ne
gatiua cōcludit īmediate qđ nō ſit hic/nullus homo
eſt equus/omne riſibile eſt homo: ergo nullum riſi-
bile eſt equ⁹/q̄ per legem ſubalternarum infert iſtā/
quoddam riſibile non eſt equus. Et poteſt etiam illa
vniuerſalis negatiua conuerti ſimpliciter in iſtam/
nullus equus eſt riſibilis: que infert iſtam ſubalter-
natam/aliquis equus non eſt riſibilis. Et ratio huius
eſt. Quia apud antiquos pticularis negatiua nō ꝯuer
titur niſi per cōtrapoſitionem. Sed quia ſimpliciter
loquendo illa poteſt conuerti cauendo ne committa-
tur aliquis defectus: ideo regula debet intelligi niſi
ſeruentur proprietates logicales: vt bene ſequitur/
nullus leo eſt equus: ⁊ omne album eſt leo: ergo nul
lum album ē equus: ⁊ vltra: ergo equus album non
eſt: vel equus nō oē album eſt: vel non omnis equus
omne album eſt: vel omnis equus album nō ē. ¶ Sil
logiſmus concludens particularem affirmatiuam
directe poteſt eam concludere indirecte ⁊ econtra. Et
ſimiliter ſillogiſmus concludens vniuerſalem nega-
tiuam. Sed concludens vniuerſalem affirmatiuā di-
recte/non poteſt eam concludere indirecte: vel econ
tra: niſi caueatur ne arguatur a non diſtributo ad di
ſtributum: bene tamen poteſt inferre duas particula
res affirmatiuas: vnam ſcilicet directe ⁊ aliam indi-
recte. At vero concludens vniuerſalem negatiuam/
poteſt inferre quatuor concluſiones/duas directe/ ⁊
duas indirecte.

¶ Secundum documentum eſt/ꝙ prima fi
gura concludit omnia genera propoſitionum. Secū-
da ſolum propoſitionem negatiuam. Tertia ſolū pti-
cularem. Et hoc đbet intelligi cū limitationibus poſi
tis in regulis harū figurarū. Un̄ patere pōt q̄ figura-
rum perfectior eſt.

¶ Conſequenter petrus hiſpanus enume-
rat omnes modos qui ſunt decem ⁊ nouem: licet plu-
res poſſint aſſignari (vt dictum) Et ſub barbara/con-
tinetur barbari/ſub celarent celaro/ſub ceſare ceſaro
ſub cameſtres cameſtrop. ¶ Alteri⁹. p. h. exponit di-
ctiones per quas modi aſſignati intelligunt adeo lu-
cide vt expoſitione non opus ſit. Simil̄r id quod đ re
ductionibus dicit per cōuerſionē ⁊ ꝑ impl̄e ex dictis
liquidum euadit.

¶ Sciendum etiam ꝙ hic communiter lo-
gici ſolent diſputare de poteſtatibus ſillogiſmorū/eo
ꝙ vnam illarum tetigit in textu. p: h. ſed q2 in eis nul
la eſt difficultas tantum illas enumerabo ⁊ ſignatio-
nem nominum explanabo. ¶ Sunt igit̄ ſex poteſta
tes ſillogiſmorum quas philoſophus in libris priorū
enumerat q̄ ſunt he. Poſſe plura cōcludere/ex falſis
ſillogizare verum/circulariter ſillogizare/conuerſi-
ue ſillogizare/per impoſſibile ſillogizare/⁊ ſillogiza-
re ex oppoſitis. Poteſtas ſillogiſmi in propoſito idē
eſt ꝙ virtus duarum premiſſarū bene diſpoſitarum/
qua mediante infert̄ cōcluſio: Et ſumit̄ in p̄ſenti ſillo
giſmus ꝓ premiſſis tantū: nam in illis talis virt⁹ re-
peritur. Prima poteſtas pz ex dictis. Secūda ē per ſe
nota cū nō repugnet bone ꝯñe illatiue hr̄e añs verū ⁊
ꝯñs falſum. Un̄ bene valet/oīs hō ē leo: rugibile ē hō
ergo rugibile ē leo. Dr̄ illatiue: nā ſi ſit ꝯña bona ꝓba
tiua oportet ei⁹ añs eē verū: nā falſum nihil ꝓbat. Cir
culariter ſillogizare ē accipere ꝯcl̄onē alicui⁹ ſillogiſ-
mi p̄us facti ꝓ vna p̄miſſa: ⁊ ꝯuertēdo eiuſdē ſillogiſ-
mi vnā p̄miſſam accipe illā ꝓ altera/inferendo p̄miſ-
ſam nō ꝯuerſam/vt pz hic/oē rugibile ē aīal: oīs leo ē
rugibilis: ergo oīs leo ē aīal. Ecce p̄mū ſillogiſmū: ⁊ hēc
ſic arguo: oīs leo ē aīal: oē rugibile ē leo: ergo oē rugi-
bile ē aīal. Et aduerte hāc poteſtatē nō reperiri niſi i ſil-
logiſmis ꝓcedētib⁹ ex t'mis cōuertibilib⁹: ad minus re
ſpectu p̄miſſe ꝯuertēde. Cōuerſiue ſillogizare ē ex ꝯdi
ctorio vel ꝯrio ꝯcl̄onis alicui⁹ ſillogiſmi prius facti cū
altera p̄miſſa inferre opp̄m alteri⁹ p̄miſſe. Scđm quem
modū examinātur modi ſecūde ⁊ tertie figure reducē-
do eos ad p̄mam: q̄ reductio dr̄ ꝑ impl̄e: ſed hic poni-
tur talis mod⁹ ſillogizādi nō vt ꝓbent̄ modi: ſed q2 ſi
ꝯña p̄ma ē bona ſcđa erit bona. Nā in omni bona ꝯña
ex oppoſito ꝯñtis pōt inferri oppoſitū añtis. Un̄ oēs
modi prime figure hn̄t hanc poteſtatem ſicut ⁊ cetere
due ⁊ oēs bone ꝯñe. Hoc pz aſſumpto hoc ſillogiſmo
in barbara/oīs leo ē animal: oē rugibile ē leo: ergo oē
rugibile eſt animal: ⁊ arguēdo ſic/omnis leo eſt aīal:
nullum rugibile eſt animal: ergo nullum rugibile eſt
leo. Per impoſſibile vel ad impoſſibile ſillogizare (vt
nunc ſumit̄) eſt probare veritatem alicuius ꝓponis
ab aliquo negate/aſſumpta ꝯdictoria talis propoſi-
tionis cum vna manifeſte vera inferendo vnam ma-
nifeſte falſam: vt ſi aliquis negaret hominem poſſe ri-
dere poſſem ſic arguere/omne animal rationale pōt
ridere: ſed hō non poteſt ridere: ergo homo nō ē aīal
rōnale: ꝯñs ē manifeſte falſum ⁊ non maior: ergo. b. q̄
eſt cōtradictoria tue aſſertionis: ergo ꝓpoſitio quam
negaſti eſt vera. Ex his patet ꝙ non ē idem reducere
ꝑ impoſſibile ⁊ ſillogizare per impl̄e. Secūdo pz non
eē idem conuerſiue ſillogizare: ⁊ ꝑ impl̄e. Tum quia in
ſillogiſmo cōuerſiuo ſumit̄ ꝯrium vel ꝯtradictorium
concluſionis. Hic autem ſumitur ſolum contradicto-
rium. Tū q2 ſillogiſmus conuerſiuus ordinat̄ ad ma-
nifeſtandū bonitatem ꝯñe: ſed ſillogiſm⁹ ad impl̄e du
cens ordinatur ad probandum veritatem ꝓponis ne
gate ꝑ falſitatem ſue contradictorie. Ex qua differētia
ſequitur altera ⁊ eſt. Quod ſillogiſmus ad impl̄e du
cens ſemper debet habere vnam premiſſam falſā: hoc
autem non eſt neceſſe in ſillogiſmo conuerſiuo: ⁊ iſte
ſillogiſmus per impoſſibile opponitur ſillogiſmo o-
ſtenſiuo: qui fit quando probatur veritas ꝓpoſitiōis
per premiſſas veras ⁊ bene diſpoſitas. Sillogizare
ex oppoſitis eſt conſtitui ſillogiſmum ex duabus con-
trarijs vel contradictorijs. Exemplum primi/om-
nis homo eſt animal: ⁊ nullus homo eſt animal: ergo
nullus homo eſt hō. Secūdi/oīs leo rugit: leo nō ru-
git: ergo leo non eſt leo.

Sequitur textus.

SEd quia Ariſtoteles in priori
bus oſtendit coniugationes
in quibus non ſequitur cõclu
ſio ex premiſſis eſſe inutiles ꝑ
inuentionem terminorũ/ qui
bus nõ tenet huiuſmodi coniugatio: ideo
vtilis eſt inuentio talium t̃ꝛorum vbicũqꝫ
fiat iutilis cõiugatio cõtra regulas ſillogiſ-
mozum prius aſſignatas. Accipiendi igitur
ſunt duo termini diuerſi/ ſcilicet due ſpecies
ſub vno genere differẽtia/ vel proprio / vel
accidẽte: vt homo/ equus/ animal/ ⁊ tales
terminos appellat Ariſtoteles in priori-
bus t̃ſ in quibus non/ ⁊ accipe duos ter-
minos quorũ alter de altero predicetur ſi-
ue conuertibiliter ſiue non: cum extraneo
vtriuſqꝫ: vt homo/ riſibile/ lapis/ vel acci-
piẽdi ſunt duo termini quorum alter de al-
tero prediceretur ſiue conuertibiliter ſiue nõ:
cum ſuperiore ad vtrunqꝫ: vt/ homo/ riſibi
le/ ſubſtantia/ vel/ homo/ animal/ ſubſtan-
tia. Et iſti ſunt termini in quibus ſic.

Per hanc enim regulam diſiunctiuam cui
cunqꝫ generi applicetur: ſiue ſubſtantie: ſi-
ue quantitati: ſiue alicui aliorum ſemper in
ueniuntur termini per quos inutilis coniu-
gatio demõſtrabitur nõ tenere. ¶ Et nota
ꝙ inuenire terminos in quibus ſic eſt acce
ptis tribus t̃ris facere coniugationẽ in qua
ꝑmiſſe ſunt vere ⁊ cõcluſio negatiua falſa:
manente eadem qualitate ⁊ quantitate ꝓ-
poſitionum. Verbi gratia: hec eſt inutilis
coniugatio/ nullus homo eſt equus: nullus
lapis eſt hõ: ergo nullus lapis ẽ equus. Cõ
tra hanc inutilẽ coniugationẽ accipiuntur
termini in quibus ſic: per ſecundum mem-
brum regule: homo/ equus/ riſibile: ⁊ argui
tur ſic: nullus equus eſt riſibilis: nullus ho-
mo eſt equus: ergo nullus homo eſt riſibi-
bilis: vbi premiſſe ſunt vere: ⁊ concluſio eſt
falſa: ſeruata eadem qualitate ⁊ quantitate
propoſitionum in vtraqꝫ coniugatione/ ⁊
vtrobiqꝫ manente eadem figura.

Sequitur gloſa.

POſtquam. P. H. conſtituit in q̃libet figura mo-
dos vtiles ⁊ bonos: forſan videns plures alios
reperiri poſſe primo poſuit quoddam fundamentum
quo certi eſſe poſſimus/ an aliqua combinatio dua-
rum premiſſarum ſit vtilis vel inutilis ad aliquã con
cluſionem inferendam: ne fallamur circa modos/ vel
a nobis inueniendos vel ab aliis proponendos/ ẽ au
tem fundamẽtũ tale. ¶ Omnis combinatio ꝑmiſſaꝝ
in qua poſſumus dare terminos in q̃bus/ omni/ ⁊ in
quibus/ nulli/ ẽ inutilis. ¶ Dare aũt terminos in qui
bus/ omni/ vel eos reperiri ẽ inuenire tres terminos
in q̃bus vel ex q̃bus poſſint conſtitui due premiſſe cũ
quibus ſtet in veritate vna propoſitio vniuerſalis af
firmatiua conſtituta ex duobus terminis illorũ triũ/
quales ſunt duo termini conuertibiles: vel quorum
vn⁹ predicetur ꝺ alio cum ſuperiori ad illos: vt ſunt/
homo/ animal/ ſubſtantia/ vel iſti: homo/ riſibile/ ani-
mal. Ex quibus cõſtitui poſſunt iſte premiſſe/ animal
eſt homo/ riſibile eſt animal: cum q̃bus ſtat hec in ve
ritate/ omne riſibile eſt homo. ¶ Reperire aũt termi
nos in quibus nulli/ ẽ reperiri tres t̃ros: ex q̃bus con
ſtitui poſſint due premiſſe cum quibus ſtet in verita-
te vna propoſitio vniuerſalis negatiua: quales ſunt (vt
P. H. dicit) duo termini quorum nullus predicatur
de alio cum extraneo vtriuſqꝫ: vt ſunt/ homo/ leo/ la
pis. Ex q̃bus conſtituuntur he premiſſe/ null⁹ homo
eſt lapis/ nullus leo eſt homo: ergo nullus leo ẽ lapis.
¶ Dicit ergo ꝙ omnis combinatio premiſſarũ i qua
ſunt reperibiles termini in quibus omni ⁊ in quib⁹
nulli ẽ inutilis. Non tamen eſt intelligendum ꝙ i eiſ-
dem numero terminis ſint reperibiles termini in qui
bus omni ⁊ in quibus nulli: ſed in diuerſis vel in di-
uerſo caſu: dum tamen habeant eandem formã: quod
deducitur vel probat̃ ſic. Et capio combinationẽ dua
rum premiſſarum: in quarum nulla mediũ diſtribuit̃.
Et arguo ſic/ omnis illa combinatio premiſſarum eſt
mala ex qua non poteſt ſequi aliqua concluſio/ q̃n op
poſitum talis concluſionis poſſit ſtare cum añte: Sed
combinatio conſtans ex duabus particularibus pu-
ris ẽ huiuſmodi: igitur. Maior ẽ liquida: cum in om-
ni bona ꝯña oppoſitum ꝯñtis repugnet añti. Sed mi
nor ꝓbatur/ ⁊ capio verbi gratia cõbinationẽ iſtã (ex
puris particularibus cõſtantem). ſ. animal eſt homo:
riſibile eſt animal: in qua ſunt reperibiles t̃ri in qui-
bus omni ⁊ in quibus nulli. Et probo ꝙ nulla propo
ſitio ſequatur/ quia non vniuerſalis affirmatiua/ q̃a
eius ꝯria ſtat cũ añte/ cum ſint dabiles termini in q̃-
bus nulli. Nec vlis negatiua: quia eius contraria. ſci
licet vlis affirmatiua ſtat i veritate cum añte cum ibi
reperiri poſſint termini in quibus omni. Nec ꝑticula
ris affirmatiua q̃a eius contradictoria ſtat in veritate
cũ añte cum ſint dabiles ibi t̃ri in q̃bus nulli. Nec ꝑti
cularis negatiua: quia eius contradictoria ſtat cũ an-
tecedente quia ſunt dabiles termini in quibus omni.
Et ſi volueris probare idem ꝺ vniuerſali affirmatiua
⁊ negatiua ſumendo oppoſitionem contradictoriam
dicito ſic/ ex tali combinatione non ſequitur vniuerſa
lis affirmatiua: qꝛ eius contradictoria. ſ. particularis
negatiua ſtat cũ añte. Hoc p̃: q̃a vlis negatiua īfert
ꝑticularem negatiuam ꝑ legem ſubalternarum: ⁊ ta-
mẽ vniuerſalis negatiua (vt probatum ẽ) ſtare poteſt
cum añte: igitur. Nec vniuerſalis negatiua/ quia eius
contradictoria. ſ. ꝑticularis affirmatiua ſtare põt cum
añte/ illa videlicet que infert̃ ab vniuerſali affirmati-
ua per eandem legem ſubalternarum. Et attende pe
trum hiſpanũ vocare terminos in q̃bus ſic eos quos
nũc vocamus terminos in quibus omni: ⁊ terminos
in quibus non/ eos qui nũc vocantur in quib⁹ nulli.
Correxi autẽ textum eo ꝙ vicioſiſſimus reperiat̃ in om
nibus exemplaribus q̃ hucuſqꝫ videre potui.

¶ Alij aliter explanant hunc textum cuius
explanationis reſolutio tendit ad hoc quod ſciamus

iſtare ꝯñe in q̄ ꝯmittitur aliquis intrinſecus defectus in premiſſis inutilibus cum aliqua concluſione / que concluſio ſecundum aduerſarium bene ſequitur. Et pōt tunc probari ꝯñam eſſe nullam / eo ꝙ eſt dabilis cōtraria concluſionis ſtans in veritate cum premiſſis. Unde ſi aduerſarius dicat concludendum eē vl'r affirmatiue eundum ē ad terminos in quibus nulli: nam tunc dabitur vna vl'is negatiua vera ſtans cum premiſſis: ⁊ ꝑ ꝯſequēs ſi inferat vt aduerſarius dicebat / dabitur añs verum ⁊ ꝯñs falſum / At eſto / dicat aduerſarius: ex puris particularibus concludendam eē vniuerſaliter vniuerſalem affirmatiuā. Tunc accipiā ego has premiſſas / animal ē homo: equus eſt animal: ex q̄bus per aduerſarium concludendum ē: ergo omnis equus eſt homo: ſed tunc patet añs eē verum ⁊ nō cōſequens / eo ꝙ iſta / nullus equus eſt homo: ſtat in veritate cum añte / ac proinde cum ſit vera ſequitur reliquam concluſionem eē falſam. Et oportet aſpicere ꝙ ſecundum hunc ſenſum non poteſt reprobari omnis ꝯña per terminos in quibus omni ⁊ in quibus nulli / eo ꝙ primo debet inferri aliqua concluſio / ⁊ poſtea ſumi vna propoſitio vniuerſalis affirmatiua vel negatiua oppoſita prefate concluſioni / quod non reperietur in omibus: Ut patet hic. Nam hec ꝯña ē nulla / null' leo fuit currens: omne album eſt leo: ergo nullum album fuit currens / in q̄ nō dabit̄ vna vniuerſalis affirmatiua vera ſtans cum premiſſis: ſed bñ vna particularis affirmatiua: nam cū ꝑmiſſis ſtat hec; ſ. aliquod album fuit currēs. Et ī iſta / omnis homo fuit albus / oē animal ē homo: ergo omne animal fuit album: nō dabitur vna vl'is negatiua q̄ ſtet in veritate cū premiſſis ſed bene vna particularis negatiua qualis ē hec / aliquod animal non fuit album / vt patet in caſu ꝙ quilibet homo fuerit albus: ⁊ modo nullum animal ſit ꝑter hominem: ſed in preterito fuerint / alia animalia nigra. Quocirca addendum ē aliquid prefato ꝑncipio / vt dicat̄ eē inconueniens in aliqua ꝯña reperire t'os in quibus omni ⁊ in quibus nulli: vel terminos in q̄bus omni: vel alicui non / vel terminos in quib' nulli vel alicui ſic. ¶ Iſte aūt expoſitiones differunt inter ſe penes hoc ꝙ p'ma reſpicit ſolum inhabilitatem ꝑmiſſarum in q̄bus repitur aliquis defectus extrinſecus. Secunda vero reſpicit / eandem inhabilitatem ⁊ etiam malitiam ꝯñe ratione alicuius defect' intrinſeci: ita ꝙ omnis ꝯña mala ſiue hoc ſit ratione inhabilitatis premiſſarum ſolum: vel ratione male illationis ſolum: vel ratione vtriuſq; ſimul / poteſt oſtendi mala Et breuiter dicit̄ ꝙ ſecūda expoſitio nihil aliud docet niſi modū quo poſſimus alicui ꝯñe male inſtare. Prima vero expoſitio videtur conformior menti philoſophi in quarto priorum. Secunda magis accedit ad dicta. p. h. in textu. Quā ob rē q̄dā doctor dubitat totū textum prefatum eē. p. h. eo ꝙ. p. h. aſſerat ſe velle ponere principium quod ponitur a philoſopho: cum tamen non poſuerit ad mentem philoſophi: ſed hoc nō multū refert. Pōt. n. dici ꝙ cognito principio poſito ſm ꝑmā expoſitionē facil'r pōt extēdi vt itelligat̄ iuxta ſecundam expoſitionem: dum tamen addat̄ quod ſuperadditum ē: ⁊ ob hoc pōt dici petrum hiſpanū breuiter tetigiſſe vtrunq; ſenſum talis principij formaliter vel elicitiue.

¶ De combinationibus vtilibus ⁊ inutilibus.

NUnc congruum erit ponere modum quo vnuſquiſq; poſſit īuenire cōbinatiōes vtiles ⁊ reiſcere inutiles ſcdm ſupra poſitas regulas. Pro quo ſunt ꝑnotāde diuiſiones due. ¶ Prima / Propoſitionum categoricarum / alia vniuerſalis / alia ꝑticularis. Et ſub particulari intelligo indeſinitam ⁊ ſingularem. ¶ Scda diuiſio / Propoſitionum cathegoricarum / alia affirmatiua / alia negatiua. Nūc ſcdm has duas diuiſiones poſſumus combinare premiſſas in vnaquaq; figura. Et primo in prima ſic. Quia aut āmbe ſunt affirmatiue aut negatiue: aut vna affirmatiua ⁊ alia negatiua. Si ſecundum / ē inutilis combinatio. Si primū / hoc dupliciter: aut ambe ſunt vniuerſales / aut ambe ꝑticulares: aut vna vl'is: ⁊ alia ꝑticularis. Si primum / ſic eſt in barbara: Si ambe ꝑticulares eſt inutilis combinatio. Si vna particularis ⁊ alia vniuerſalis / vel prima eſt particularis ⁊ ſecunda vniuerſalis: ⁊ ſic eſt inutilis combinatio: ſi prima vniuerſalis ſecundaq; particularis ⁊ ſic ē in darij. Si vero vna ſit affirmatiua ⁊ alia negatiua: hoc dupliciter: vel ambe ſunt vniuerſales vel ambe particulares: vel vna particularis ⁊ alia vniuerſalis: ſi ambe ꝑticulares / cōbinatio ē nulla: ſi ambe vl'es / aut prima eſt affirmatiua ⁊ ſecūda negatiua vl' econtra: ſi primum / combinatio ē inutilis: ſi ſecundum / eſt celarent Si vero vna ſit vniuerſalis ⁊ alia particularis / hoc q̄druplr / vel prima ē vniuerſalis negatiua / ⁊ minor ꝑticularis affirmatiua: vel prima ē vniuerſalis affirmatiua: ⁊ ſecunda particularis negatiua: vel prima ē particularis negatiua ⁊ ſecunda vniuerſalis affirmatiua: vl' prima ē particularis affirmatiua ⁊ ſecunda vniuerſalis negatiua. In omnibus iſtis quando prima eſt ꝑticularis qualiſcunq; ē combinatio ē inutilis. Et ſimiliter quando minor eſt negatiua cuiuſcunq; quantitatis ſic erit nulla combinatio. Si vero ꝑma ſit vniuerſalis negatiua ⁊ ſecunda particularis affirmatiua erit combinatio de ferio. Et hoc intelligo de combinationibus vtilibus ad inferendum concluſionem directā in terminis communibus: ⁊ in propoſitionib' d' modo loquendi conſueto ⁊ in predicationibus directis / quibus vtebātur antiqui / ¶ Proportionabil'r poteris facere combinationes in ſecunda ⁊ tertia figura. Et aduerte ꝙ ſumendo ſillogiſmum pro ꝑmiſſis tantum non ſunt tot modi quot ponuntur a p. h. Nā ſic barbara ⁊ baralipton non differunt ſaltem eſſentialiter. Dixi eſſentialiter / quia poſſumus fingere habitudinem inter illas premiſſas ⁊ cōcluſionem directā: que differet ab habitudine que eſt inter eaſdem premiſſas ⁊ concluſionem indirectam. Si vero ſumatur ſillogiſmus pro premiſſis ⁊ concluſione etiā ſunt plures modi reperibiles ſicut ſunt barbari / celaro / ⁊ celantop: ⁊ in ſecunda figura ceſaro: ⁊ ſic de alijs vt ſupra dictum eſt. Sed hi faciliter poſſunt a quouis formari conuertendo concluſionem modorū poſitorum a magiſtro. p. h. ⁊ arguendo ab vl'i ad ꝑticularē ꝑ legē ſubalternarum.

¶ De arte iueniēdi mediū.

SOlet ab aliq̄bus i fine textus huius q̄rti exponi ars inueniēdi mediū q̄ a philoſopho ponit̄ in libris priorū / ⁊ a D. S. opuſculo. 50. Et ponuntur ſex regule deſignate ꝑ has dictiones. ſ. fecana / cageti / dafenes / hebare / gedaco / gebali: que omnes terminantur in aliqua iſtarū q̄tuor vocaliū. ſ. a / e / i / o: a ſignificat vniuerſalem affirmatiuam concludendam: e. vniuerſalem negatiuam / i. particularem affirmatiuam / o. particularem negatiuam. Incipiuntur etiam ⁊ mediantur prefate dictiones per has vocales duas e / ⁊ a. Et deſignat li. a. predicatum propoſitiōis inferende: ſiue ponatur in prima ſiue in

ſecunda ſillaba. Et li e. denotat ſubiectum eiuſdem p̄poſitionis etiam ſiue in prima ſiue in ſecunda ſillaba locet. Ponunt inſup in dictis ſex dictionibus ſex conſonantes que ſunt: b/c/d/f/g/h: quarum tres p̄me ponunt ante li. a. ⁊ tres vltime ponunt ante li. e. ſignificat q̄ li. b. conſequens ad predicatum/ ⁊ li. c. antecedens ad predicatum: ⁊ li. d. extraneum ad predicatū. Et vero li. f. deſignat ꝯñs ad ſubiectum: ⁊ li. g. añs ad ſubiectum: ⁊ li. h. extraneum ad ſubiectum: Conſonātes vero poſite in ſcd̄a ſillaba nil ſignificant. Vocat autem añs ad aliquem terminum ille terminꝰ q̄ alium infert: ⁊ illatus dr̄ ꝯñs: Et ſi mutuoſe poſſent inferre vnuſquiſq; poterit eſſe añs ⁊ ꝯñs reſpectu alterius licet non in eadem conſequētia. Exemplum p̄mi. ſ. q̄ndo ſunt termini non ſe mutuo inferentes/ reperitur in his terminis/ homo/ animal. Exemplum ſecūdi/ in li riſibile/ homo. Extraneus vero terminus dicitur ille qui nō pōt verificari d̄ alio. ¶ Reſolutorie igit̄ habetur ex dictis q̄ circa propoſitionem quam concludere volumus/ poſſumus. ſ. conſiderare. ſ. ſubiectum ⁊ p̄dicatum/ qualitatem ⁊ quātitatem/ ⁊ medium p̄ quod debet probari. Vltima vocalis cuiuſlʒ dictionis ſignificat qualitatem ⁊ quantitatem talis concluſiōis ſeu propoſitionis inferende. Li e/ ſiue ponat in p̄ma ſillaba ſiue in ſecunda ſignificat ſubiectum/ ⁊ li. a. predicatum. Due vero conſonantes quarum vna ponit̄ ante li e. ⁊ reliqua ante li. a. ſignificant medium. Vna dicit qualiter ſe debeat habere tale medium ad ſubiectū p̄poſitionis inferende: ⁊ reliqua/ qualiter ſe debet habere ad eiuſdem p̄pōnis predicatū. Deueniēdo igit̄ ad dictiones dr̄ q̄ ſi volueris concludere p̄ponem vniuerſalem affirmatiuam: Sit exempli gratia hec/ omnis leo ē ſubſtantia: debes accipere dictionem finitam in a. ⁊ eſt li fecana: ⁊ videre q̄ in ea ante. li. e. ponit̄. f. ⁊ ante li. a. li. c. ex quo denotat̄ medium debere eē ꝯñs ad ſubiectum: ⁊ añs ad predicatum: ⁊ ſic medium poterit eſſe/ li animal: ſic arguendo/ omne animal ē ſubſtantia: omnis leo eſt animal: ergo omnis leo ē ſuſtantia: vel li rugibile: ſic/ omne rugibile eſt ſubſtātia: oīs leo ē rugibilis: ergo: ⁊c. Cōſimilr̄ alie dictiones intelligēde ſunt: Et p̄ has ſex dictiōes intelligūt̄ ſex regule. Vnde eſt prima regula.

¶ Fecana denotat q̄ ad concludēdum vniuerſalem affirmatiuam opʒ accipere mediū ꝯñs ad ſubiectū: ⁊ añs ad p̄dicatū cōcluſionis p̄bāde: vñ li aīal/ valebit cōcludere hāc/ oīs leo ē ſuſtantia: vt patuit in exemplo ſupra poſito.

¶ Secunda cageti/ ſignificat q̄ ad concludendum particularem affirmatiuam in tertia figura ſumi debeat mediū añs ad ſubiectū ꝯñs ad p̄dicatum cōcluſionis: vñ li riſibile poterit eſſe mediū i p̄batiōe huius. ſ. homo eſt animal.

¶ Tertia dafenes/ ſignificat q̄ ad concludēdendam vniuerſalem negatiuam in celarent: aut i ceſare/ potes ſumere mediū q̄d ſit extraneū ad p̄dicatū ⁊ ꝯñs ad ſubiectū: vt li aīal pōt eē mediū ad p̄bandum hanc/ nullus homo eſt lapis.

¶ ¶ Quarta hebare/ denotat quod ad p̄bandum vniuerſalem negatiuam in cameſtres debet ſumi medium q̄d debet eſſe extraneum ad ſubiectū ⁊ ꝯñs ad predicatum: vt li homo ſumi valet ad probandum hanc/ nullꝰ lapis ē riſibilis. Idē mediū vlʒ ad p̄bandam eandem in celantes indirecte.

¶ Quinta/ gedaco/ q̄ d̄ſignat q̄ ad probādam particularem negatiuam in tertia figura debet ſumi medium quod ſit añs ad ſubiectum ⁊ extraneū ad predicatum. Vnde li riſibile valebit inferre hanc/ animal non ē lignum. Idem medium valebit ad inferendam eandem indirecte in prima figura.

¶ Sexta gebali/ deſignat q̄ ad inferēdam p̄ticularem affirmatiuam indirecte debet ſumi mediū q̄d ſit añs ad ſubiectum ⁊ conſequens ad predicatum vñ ad concludendam iſtam/ ſubſtātia ē homo/ pōt ſumi li aīal. ¶ Et ſi dubites quare non ponunt̄ regule pro concludēda particulari affirmatiua in darij/ aut nec pro p̄ticulari negatiua in ferio? ¶ Ad hoc reſpōdeo ideo eſſe/ quia dictio que deſeruit ad inferandam vniuerſalem affirmatiuam poteſt deſeruire ad inferēdam eius ſubalternam que eſt p̄ticularis affirmatiua. Vnde in fecana pōt intelligi/ fecani. Idem dicit̄ d̄ p̄ticulari negatiua: ⁊ ſic ſub dafenes poteſt intelligi dafeno: ⁊ pro baroco poteſt deſeruire hebaro. Non ſunt autem reperibiles plures combinationes vtiles in p̄poſitionibus rectis ⁊ veris de modo loquendi cōſueto: ideo non ponuntur plures dictiones. Hoc pōt probari: quia ſi alique eſſent maxime eſſent ille in quibꝰ vel medium eſt ꝯñs ad ſubiectum ⁊ predicatum cōcluſionis: vel quando eſt extraneum ad vtrunq;: vel quādo eſt extraneum ad ſubiectum: ⁊ añs ad predicatum. Primum denotatur p̄ li febas: ſecundum p̄ li hedas: tertium per li hecas: ſed omnis iſte tres combinationes ſunt inutiles: igitur. Nam in prima combinatione oportet ambas premiſſas eſſe affirmatiuas cum debeat eē conſequens ad ambas extremitates. Dico oportere ambas eſſe affirmatiuas/ ad hoc q̄ ſint vere/ nam d̄ iſtis loquimur (vt dictum ē) ⁊ tunc arguet̄ ex puris particularibus ac p̄ conſequens combinatio eſſet nulla. Per ſecūdam vero denotat̄ ambas premiſſas eē negatiuas ad hoc q̄ ſint vere: ⁊ iam ſimiliter cōbinatio nulla eſſet. In tertia vero denotat̄ medium d̄bere negari de minori extremitate ⁊ affirmari de maiori: quod ſi fieret in modis concludentibus directe/ combinatio nō eſt vtilis ad concludēdum illo modo ſcilicet directe. Pro indirectis vero poſita ē regula. ¶ Hec ars cōmuniter dicit̄ pōs aſinorum forſan q̄a ingenio tardi ſe habēt ad illam tanq̄ aſinus ad liram vel quia ſemiaſinus erit qui neſciuerit concludere p̄poſitionem aliquam niſi adiutꝰ per illam: quam certe non ponerem niſi ab aliquibus hic poneret̄. Videtur enim non admodum ad propoſitum conducere/ tum q̄ hic reſpicitur ſolum ſillogiſtica forma: ad quā nihil refert propoſitiōes eſſe veras/ ſeu falſas: ⁊ tamē p̄pōnes p̄ hāc artē concludende p̄ſupponunt̄ vere/ tū quia ſolum habet verum (vt dictū eſt) in p̄dicatiōibus directis ⁊ conſuetis.

## ¶ De ſignis incompletis.

Nunc determinādum eſt de ſignis incōpletis: p̄ quo proponit̄ q̄ſtio talis. ¶ An diſtributio proueniens a talibꝰ ſignis ſit ſufficiens ad hoc q̄ non arguat̄ ex puris p̄ticularibꝰ? Et videtur q̄ nō. Nō valet/ vterq; hō currit/ ſortes ē homo: ergo ſortes currit: ⁊ non ob aliud niſi q̄ medium incōplete diſtribuit̄: igit̄: Quod non valeat pʒ/ q̄a ſi ſint tres homines tantum quorum duo currāt ⁊ vnꝰ non qui vocetur ſortes/ antecedens eſt verum ⁊ non conſequens.

¶ Secundo nō valet/ omne animal fuit in arca noe: adam fuit animal: ergo adam fuit in arca noe: ⁊ nō ob

aliud niſi propter dictum defectum: igit. Quod non ſequatur liquidum eſt.

¶ Tertio non ſequitur/ quaſi quilibet homo ē albus petrus eſt homo: ergo petrus eſt albus eadem rōne: igit. Quod non ſequatur patet in caſu ꝙ ſint decem homines quoꝝ tantū octo ſint albi ⁊ alij non: quoꝝ vnus ſit petrus.

¶ Sed contra/ bene valet/ vterqꝫ homo ē albus: ſortes vterqꝫ homo eſt: ergo ſortes eſt albus: ⁊ ⁊ tñ mediū nullibi diſtribuit cōplete: igit: Quod bñe valeat probat: quia nunꝙ̄ repietur inſtantia.

¶ Pro huius queſtionis expeditione tres difficultates decident q̄ in argumētis tanguntur. Et prima eſt quam ingerit li vterqꝫ eiuſqꝫ cōtradictoriū. ſ. li alter. ¶ Pro quo ſciendum primo/ ꝙ quodlibet illorum ſignorum poteſt ſumi complete ⁊ incomplete. Quando li vterqꝫ ſumitur complete diſtribuit ſicut li omnis: reſtringit tamen terminum cui adiungitur taliter ꝙ facit ipſum ſtare pro quolibet pluriū. Vñ iſta eſt falſa: vterqꝫ ſol lucet: non autem iſta/ omnis ſol lucet: ⁊ hec diuerſitas eſt ſolum ratione reſtrictionis/ ſicut eſt inter has duas/ omnis ho nō currit/ null' homo currit. Quando vero ſumit incomplete tūc ad veritatem propoſitionis vbi ponitur ſufficit ⁊ requirit quātum eſt ex pte ipſius ſigni ꝙ propoſitio reddat vera pro duabus deſcendentibus in quib' demonſtrentur duo ſuppoſita tm̄ cui tale ſignum apponit/ ſcilicet li vterqꝫ. Et ad hoc ꝙ ſit falſa/ oportet omnē deſcendētem eſſe falſam vel ad minus omnem preter vnam: ita ꝙ non habeat duas deſcēdentes veras. Et hoc dilucidatur ꝑ deſcenſum clare: ⁊ etiam per vnam cathegoricam/ hoc pacto/ vterqꝫ homo currit: ergo aliquorum duorum hominum quilibet homo currit: qui modus patit calumniam (vt communiter dicitur) i caſu ꝙ ſint ſortes ⁊ cicero currētes ⁊ ꝙ ex materia ſortis ⁊ forma ciceronis fiat plato quieſcēs/ q2 eſt añs verū ⁊ ꝯñs falſum. De veritate añtis nullibi dubium eſt: falſitas vero conſequētis probatur/ bene valet/ nullam deſcendentem hēt veram ſub li hominum: igit: Antecedēs probo/ ſi aliquam haberet/ eſſet illa maxime in qua demonſtrantur ſortes ⁊ cicero: ſed iſta nō: igit. Prima ma pars añtis ꝓbatione minime indiget. Secūda ꝓbatur/ bene valet/ iſtorum duorum hominum quilibꝫ homo currit: ⁊ iſti duo homines ſunt iſti tres homines: ergo iſtorum triū hoiuꝫ quilibet homo currit: cōſequens eſt falſum: igitur ⁊ añs: non minor: ergo maior: ꝙ nō minor patet: quia iſti duo homines ſunt iſte quatuor ptes (ſignatis duab' formis ⁊ duabus materiis) ⁊ iſte quatuor ptes ſunt iſti tres homines: ergo iſti duo homines ſunt iſti tres homines: ⁊ loquor ſecūdum nominales. ¶ Propter hoc alij dicunt ſenſum eſſe explicandum ꝑ hāc propoſitionem. ſ. duorum hominum vn' homo ⁊ alius homo currit. Sed etiam cōtra hoc nō deſunt ſophiſtice iportunitates ⁊ in relatiuis reciprocis/ ⁊ i terminis iſinitis. ¶ Preterea non valet/ vterqꝫ homo eſt totalis: ergo aliquorum duoꝝ hoiuꝫ quilibet hō eſt totalis: ⁊ loquor tenēdo ptē hominis eſſe hominē. ¶ Prefatas calumnias bñ poſſet effugere aliqs dicendo ad primū ſillogiſmū/ ꝯñam eē nullam/ eo ꝙ arguat a min' amplo ad magis amplum cū diſtributione. Nam li hō in maiori ſtat tantū pro homine q̄ eſt ſortes vel cicero: ⁊ in cōſequēte ſtat pro homine qui eſt aliquis illoꝝ triū: Oporteret ergo ſic cōcludere: ergo iſtorum duorum hominum qui ſunt iſti tres quilibet homo currit/ ⁊ concluditur ſicut ſeruet reſtrictio ⁊ appellatio. ¶ Adſm dicit ꝙ li hominū nō debet dicere habitudinem ptis/ ſed habitudinē numeri binarij. In relatiuis reciprocis/ oportebit aliquod ſignum addere tali relatiuo: vt ſeruet ſenſus propoſitionis in qua ponit li vterqꝫ. In terminis infinitis oportet ſupponere ꝙ negatio iſinitās addita termino pluralis numeri non debet infinitare vnice/ ſiue vnica negatione: ſed plurib'/ plurimum enim refert hoc Nam ſi dicam/ non alba currunt/ in caſu ꝙ ſit ſortes albus ⁊ plato niger currentes: ꝓpoſitio eſt vera/ ſi vnice infinitet li non. Si vero non vnice/ erit falſa: cuius ſenſus erit/ nō albū ⁊ non albū currit: ⁊ ſub hoc ſenſu alba ⁊ non alba non ſunt termini cōtradictorij/ ⁊ ſic ꝺbet ſumi in hac ꝓpoſitione/ duoꝝ non alborum quodlibet nō album currit/ ſcōm ꝙ exponit hanc/ vtrunqꝫ non album currit: ⁊ ſic dicat de ſimilib'. Licet igitur aliquis ſic poſſet reſpondere: meli' tamē ⁊ efficati' ſenſus talium propoſitionum colligit ꝑ deſcenſum/ cognito pro quot ſuppoſitis tales propoſitiones exigūt verificari. ¶ Conſimiliter dicitur de li alter nā qñ ſumitur complete/ facit tm̄ cui adiūgit ſtare ꝓ aliquo plurium: q̄ diuerſitas eſt ratione reſtrictionis ⁊ manifeſtat in iſtis/ alter ſol non lucet/ aliquis ſol nō lucet/ quarum prima eſt vera: q2 ſubiectum non ſupponit ⁊ ſecunda eſt falſa. Quando vero ſumit incomplete facit ſenſum contradictorium reſpectu de li vterqꝫ. Unde ad eius veritatem ſufficit ⁊ requirit veritas oium ſingularium: vel ad minus oium preterꝙ̄ vnius. Unde ad veritatem huius/ alter homo currit requiritur quemlibet hominem vel quemlibet preter vnum ſolum currere/ ⁊ ad eius falſitatem/ ſufficit ⁊ requiritur dari duas ſingulares falſas. ¶ Conſimiliter pōt eius ſenſus dari ꝑ vnam contradictoriam cathegorice q̄ exponit propoſitionem de li vterqꝫ. Unde hec propoſitio alter homo currit poteſt ſic exponi/ quorumlibꝫ duoꝝ hoium aliquis hō currit: vel ſic: quorumlibet duorum hominum quilibet vn' homo vel quilibet alius currit. Et hoc intelligitur conformiter ad dicta de li vterqꝫ.

¶ Sciendum ſecundo / li alter includere maiorem vniuerſalitatē ꝙ li vterqꝫ: quamuis li vterqꝫ vocet vniuerſale ſignum ⁊ li alter pticulare: vt deduci poteſt ex requiſitis ad veritatem propoſitionū vbi talia ſigna ponunt/ quo fit vt ab inferiori ad ſuum ſuperius cum li vterqꝫ affirmatiue valeat ꝯña: ⁊ nō cū li alter. Nam bene valet/ vterque homo currit: ergo vtrunqꝫ animal currit: non tamen valet ab ſuperiori ad ſuum inferius negatiue vel affirmatiue etiam cū conſtantia. Non enim ſequitur/ vtrunqꝫ animal non currit: ergo vterqꝫ homo nō currit. Nam caſu ꝙ duo equi non currant cunctis hominibus currentibus/ añs eſt verum ⁊ ꝯñs falſum. Etiam non valet/ vtrūqꝫ animal currit/ ⁊ vterqꝫ homo eſt: ergo vterqꝫ homo currit. Nam dat inſtantia in caſu quo duobus equis currentibus nullus homo currat. Econtra accidit in li alter: etenim ab inferiori ad ſuum ſuperi' non valet ſed bene a ſupiori ad ſuū inferi' negatiue ⁊ ſine cōſtātia vel affirmatiue cū illa. Exēpla ſunt facilia intellectis immediate poſitis.

¶ Sciendum tertio/ eſſe duplicem opinionem (vt ex dictis in paruis elici pōt) circa ꝓbationem propoſitionum vbi ponūtur p̄dicta ſigna. Verbi gratia in hac propoſitione/ vterqꝫ homo ⁊ vtrunqꝫ riſibile vtrunqꝫ animal ⁊ vtrunqꝫ album eſt: deſcendendū eſt ſuo ordine ſecundum quoſdam/ eo ꝙ primū ſignū

nõ confundat ꝑticularitatem incluſam in ſecundo ſi-
gno: niſi tantum reſpectu ſui. Unde cum diſtributio
remoueatur in ordine ad quam ſtabat q̄ñ deſcenditur
ſub li vterqꝫ ꝑmo/ opꝫ non remanere talē confuſam.
Alij vero oppoſitum affirmant aut ſupponunt. Sed
quamuis opinionem primā crediderim verā. Tamen
oppoſitum in preſenti (vt communiter) ſequar: quia
loquendum eſt vt plures/ ſentiendum vero vt pauci
neceſſe eſt. Et ſic ſupponere li. a. vel aliquod aliud ſi-
gnum in deſcenſu. Et ſic in prefata propoſitione ꝑmo
deſcendendum eſt ſub li homo: ſecundo ſub li album/
tertio ſub li animal: ⁊ quarto ſub li riſibile. Debet ta-
mē poni li. a. ſemꝑ ſuꝑ li vterqꝫ riſibile quandiu man-
ſerit aliqua vĺitas alterius termini.

❡ Sciendum quarto/ hec ſigna habere ſpe-
cialem difficultatem: ⁊ q̄ñ determinant ſolum mediū/
⁊ q̄ñ ſolū d̄terminā̄t extremitates: ⁊ q̄ñ d̄terminā̄t am-
bas extremitates vĺ aliquā eaꝝ ⁊ mediū ſimĺ. Et ꝑmū
poteſt eſſe multipliciter: Primo quando mediū ē ter-
minus incomplexus: Secundo quando cōplexus. Et
hoc ſecundum multipliciter. Primo quādo quelibꝫ
eius pars diſtribuitur incomplete. Secundo quādo
pars diſtribuiĺ vna complete ⁊ alia incomplete. Ter-
tio/ quando vna ꝑte nullatenus diſtributa/ alia icom-
plete diſtribuitur. Diceĺ igiĺ ꝑmo q̄ñ mediū determi-
naĺ ab iſtis ſignis: ſc̄do q̄ñ extremitates ⁊c: pro pri-
mo ſit ꝯclō prima ⁊ fundamentalis.

❡ Diſtributio proueniens a li vterqꝫ ex ꝓ-
pria natura ⁊ per ſe eſt inſufficiens ad ſillogizandum
Hoc patet/ quia in tali combinatione ꝑmiſſarum itur
contra gn̄ale fundamentum intrinſecum: quia queli-
bet ꝑmiſſa poterit verificari ꝓ diuerſis ſuppoſitis ex
ꝑte medij: Ut patet hic/ vterqꝫ homo currit: ſortes eſt
homo: ergo ſortes currit. Nam ſi ſint tres homines
quorum ſortes non currat ſed alij duo: liquet maiorē
⁊ minorem ꝓ diuerſis verificari: ac proinde non mi-
rum ſi antecedens ſit verum/ conſeq̄nte exiſtente fal-
ſo. Similiter non valet in darapti: vterqꝫ homo cur-
rit: vterqꝫ homo eſt albus: ergo album currit. Nā ca-
ſu ꝙ ſint quatuor homines duo albi ſedentes ⁊ duo ni-
gri currentes: antecedens eſt verum ⁊ non conſeq̄ns
eadem ratione. Dixi ex propria natura ⁊ ꝑ ſe/ quia ali-
quando pōt contingere non poſſe dare antecedēs ve-
rum ⁊ conſequens falſum: non ex vi connexionis ex-
tremitatum cū medio ſed aliūde: vĺ quia ē añs impĺe
⁊c. vt dictum eſt ſupra circa illam regulam. ſ. opꝫ me-
dium in vna ꝑmiſſarum diſtribui. Quam ob rem i ſil-
logiſmo poſito in contrarium in ꝑncipio q̄ſtionis nō
poteſt dari añs verum ⁊ ꝯñs falſum. Et ratio eſt/ quia
minor eſt impoſſibilis de forma acceptionis t̄minorum.
Nec in diuinis dabiĺ vera ſ ſimili: Licet eni hec ſit ve-
ra/ eſſentia diuina vtraqꝫ ꝑſona eſt: non tamē ē eiuſdē
forme: eo ꝙ minor extremitas non ē terminus ſingu-
laris ſicut li ſortes. Similiter dato hanc eſſe veram/
pater vtraqꝫ ꝑſona eſt (ſec̄dum nominales) ſumpto li
pĺ cōplete/ nō ē eiuſdē forme: licet bñ ſit q̄ñ ſtat incom-
plete. Et habebis pro regula.

❡ Quod oīs ꝓpoſitio cuius p̄dicatū totale
determinatur a li vterqꝫ ſi ſit affirmatiua in creaturis
eſt impĺis: vt iſta/ omnis homo vtrunqꝫ animal eſt:
Propoſitio vero cuius totale p̄dicatum determina-
tur a li alter ſemꝑ eſt falſa: ſi tale p̄dicatū habeat plu-
ra ſuppoſita ⁊ ſit vltimo ꝓbabile. Inſuꝑ dĺ ꝓpōnes
in quarum vna poniĺ li alter: ⁊ in altera li vterqꝫ cete-
ris paribus: ſi terminus cui addūĺ talia ſigna ſint nō
hñtia niſi tria ſuppoſita ſunt ſemꝑ eiuſdē v̄itatis/ nō
tū ſi duo tantū vel plura q̄ tria habeant.

Secunda concluſio que ſequitur ex dicta ē.
Si medium ſit terminus complexus: ⁊ vtraqꝫ ꝑs de-
terminetur a li vterqꝫ/ conſequentia non tenebit. Hoc
patet/ quia ex geminatione talis ſigni nihil aliud fit/
niſi multiplicatio defectuum. Unde nō valet/ vtrūqꝫ
animal ⁊ vtrūqꝫ animal ſunt alba: ſed vtrūqꝫ animaĺ
⁊ vtrunqꝫ aĺ ſunt nigra: ergo nigra ſunt alba. Nam ī
caſu ꝙ ſint octo aīalia: q̄tuor alba ⁊ quatuor nigra: añs
eſt verum ⁊ non ꝯñs.

❡ Tertia concluſio: Si medium ſit ſimplex
⁊ in vna determinaĺ a li vterqꝫ/ ⁊ in alia a li alter cō-
ſequentia erit bona: Et ratio eſt: quia tunc ꝑmiſſe mi-
nime poterunt verificari pro omnino diuerſis. Un-
de bene valet/ vterqꝫ homo currit/ riſibile alter homo
eſt: ergo riſibile currit.

❡ Quarta concluſio. Si medium ſit copu-
latum ⁊ in vna ꝑmiſſarum q̄libet eius ꝑs determinaĺ
a li vterqꝫ: ⁊ in alia quelibet determinaĺ a li alter/ con-
ſequentia erit bona. Unde bñe valet/ vterqꝫ homo ⁊
vterqꝫ leo ſunt animalia/ omnia alba alter homo ⁊ al-
ter leo ſunt: ergo omnia alba ſunt animalia.

❡ Quinta concluſio. Si partes determinē-
tur quocunqꝫ alio modo ꝯñā eſt nulla ni ſeruenĺ con-
ditiones ſeu limitatiōes poſite ꝓ copulatis: ſcilicet ꝙ
in affirmatiuis nulla extremitas ſtet confuſe tantum
⁊c. Uideanĺ ibi. Uñ iſte conſeq̄ntie ſunt nulle/ vterqꝫ
leo ⁊ vtrunqꝫ. b. ſunt leo: oēs leones alter leo ⁊ vtrūqꝫ
b. ſunt: ergo omnes leōes ſunt leo. Et volo ꝙ li. b. eq-
ualeat huic diſiuncto/ leo vel materia: ⁊ non ſint niſi
duo leones in mundo in materia cōmunicantes. Se-
cunda/ altera ꝑs ⁊ altera medietas leonis ſunt pars/
⁊ omnis leo vtraqꝫ ꝑs ⁊ altera medietas leonis eſt: er-
go omnis leo eſt ꝑs/ ⁊ ſit ſolus vnus leo in mundo: vt
ſit facilior ꝓbatio. Tertia/ vterqꝫ leo ⁊ alterum. b. ſunt
leo/ omnes leones alter leo ⁊ vtrūqꝫ. b. ſunt: ergo oēs
leōes ſunt leo: ⁊ ſit caſus qui fuit poſitus in ꝑma cōſe-
quētia. Quarta/ altera medietas ⁊ vtrūqꝫ: b. ſunt ꝑs:
oīs hō vtraqꝫ medietas ⁊ alterū. b. ē ergo oīs hō ē ꝑs:
⁊ volo li. b. equiualeat huic diſiuncto/ hō vĺ ꝑs: ⁊ ſolū
ſit ſortes ⁊ plato in mundo.

Sexta concluſio: Quando vna pars diſtri-
buiĺ complete/ ⁊ alia incomplete: ꝯñā non erit ſillogi-
ſtica: niſi vna ꝑs incompleta determineĺ a li vterqꝫ/ ⁊
alia a li alter ⁊ alie ꝑtes diſtribuanĺ complete: ⁊ ſerua-
ta conditione poſita ꝓ copulatis. ṡ. Unde non valet/
omnis homo ⁊ alter equus currunt: ſortes ⁊ fauellus
omnis homo ⁊ alter equus eſt: ergo ſortes ⁊ fauellus
currit. Nam dato ꝙ ſit ſortes cum duobus equis quo-
rum vnus ſit fauellus quieſcens ⁊ alter currat: ante-
cedens eſt verum/ ⁊ conſequens falſum: ⁊ multo faci-
lius dabitur/ ſi altera pars non diſtribuatur vt luci-
dum eſt.

❡ Nunc dicendum eſt de iſtis ſignis quan-
do determinant ſolum extremitates. Pro quo poniĺ
diuiſio talis: quia vel ambe extremitates determinā-
tur a li vterqꝫ: vĺ ambe a li alterum: vĺ vna a li vterqꝫ
⁊ alia a li alterū: vel vna a ſigno cōplete diſtribuente:
⁊ alia a ſigno incōplete. Hac diuiſione habita ponunĺ
concluſiones due.

❡ Prima concluſio eſt/ q̄ñ nec medium to-
tale neqꝫ aliqua eius pars determinantur ab iſtis ſi-

gnis: ſed ſolum extremitates: conſequentia erit bona ſi vna extremitatū determinetur a li vterqꝫ particularitate in eo incluſa ſtante determinate/ ⁊ altera determinetur a li alter. Unde bene valet/ quilibet leo ⁊ leo alter leo eſt: vtrunqꝫ rugibile leo ⁊ quilibet leo eſt: ergo vtrunqꝫ rugibile eſt leo: non autem valeret ſi particularitas incluſa in ly vterqꝫ ſtaret confuſe qualitercunqꝫ teneretur alia extremitas/ Unde non ſequitur quelibet pars alba ⁊ pars alba vtraqꝫ ps ſunt: alterū animal pars alba ⁊ quelibet ps alba ē: ergo alterū aīl vtraqꝫ pars eſt:

¶ Secunda concluſio/ quando ambe extremitates determinantur a li vterqꝫ vel ambe a li alterum: vel vna a ſigno diſtribuente cōplete ⁊ alia ab incomplete conſequētia nulla erit: niſi forſan ſeruentur limitatiōes poſite ꝓ copulatis. Exemplum primi: nō ſequitur/ omnis ps ⁊.c/ vtraqꝫ ps ſunt/ vtrunqꝫ.b. ps ⁊ omne.c. eſt: ergo vtrunqꝫ.b. vtraqꝫ ps eſt. Nam aīs ē verum ⁊ non conſequēs: ⁊ volo ꝙ li pars diſtribuatur ꝓ ꝑtibus integralibus hominis ⁊ ꝓ ꝑtibus materie. Et ꝙ ly.c. valeat tantum ſicut li ps materie: ⁊ li b. valeat hoc diſiunctū/ ſortes vel materia ſortis. Exemplum ſecundi/ omnis leo ⁊ leo alter leo ſunt/ altera videntia ſeinuicē ois leo ⁊ leo ſunt: ergo altera videntia ſeinuicē alter leo ſunt. Daf.n. aīs verū ⁊ ꝯñs non: in caſu ꝙ ſint duo leones vidētes ſe mutuo ⁊ duo homines vidētes ſe mutuo. Exēplum tertij/ pōt ſumi in eiſdem terminis ſumpta iſta ꝓ minori/ omnia rugibilia.a. leo ⁊ quilibet leo ſunt. Dictum eſt niſi forſan ſeruentur limitationes/ quia ſi nulla extremitatum ſupponat confuſe tunc bñ valebit niſi obſtet aliūde

¶ Nunc dicendum eſt de iſtis ſignis quando ſimul determinant medium ⁊ extremitates vl' medium: ⁊ vnam extremitatem tantum. Pro quo ponitur concluſio hec.

¶ Si extremitates ſtāt icōplete vl' aliq̄ earū ⁊ vna ps mediū diſtribuitur complete ⁊ alia incomplete ſimiliter ꝯña erit nulla. Unde non valebit/ ois ps ⁊ vtrunqꝫ.c. vtraqꝫ pars ſunt: vtrunqꝫ.b. pars ⁊ alterū c. ſunt: ergo vtrunqꝫ.b. vtraqꝫ ps eſt/ aīs eſt verum ⁊ ꝯñs falſum ſignāntibus terminis ſicut in primo exēplo ſecūde concluſionis. Et hic intelligit niſi forſan ꝑticularitas incluſa in termino diſtributo incomplete ſteterit determinate formaliter vel equiualenter/ reſpectu cuiuſlibet vniuerſalitatis: vel ſaltem reſpectu alterius ꝑtis medij. Unde bñe valet/ vterqꝫ leo ⁊ leo ſunt leo: vtrunqꝫ album.b. alter leo ⁊ quilibet leo eſt: ergo vtrunqꝫ album eſt leo. Similiter ſi in minori diceret/ vtrūqꝫ album alter leo ⁊ quilibet leo eſt/ eēt bonus: quia confuſa incluſa in li alter equiualet ðterminate. Illa enim propoſitio equiualet huic/ vtrūqꝫ album.c. alter leo ⁊ quilibꝫ leo ē. Pluria alia poſſēt dici: immo in infinitū ꝓcedi/ q̄ cōſulto dimitto: eo ꝙ parui vel nullius ſint vtilitatis.

¶ Ad argumētum rūdetur negādo minorem: nō. n. eſt in barbara: eo ꝙ medium pōt ꝓ pluribꝰ verificari vbi nō diſtribuit. ſ. i maiori: q̄ vbi diſtribuit / ſcilicet ī minori: in qua ſtat pro illo quod neceſſario eſt. b. rōne appellationis ꝛ in maiori pro illo quod poſſibiliter eſt b. quod eluceſcet cōuertendo illas tres ꝓpoſitiones ꝛ conſtituēdo vnum ſillogiſmū ī quarta figura: quod qualiter fiat in ꝓbatione prime cōcluſionis hꝫ. Eodē defectu laborat hic ſillogiſmus. ſ. tātū leo pīr ē currēs tātū rugibile neceſſario ē leo: ergo tātū rugibile pīr ē currēs. Et ſi cōcluderet cū ly neceſſario eēt defectus illationis ex parte maioris extremitatis: nam argueret ab amplo ad non amplum ratione appellatiōis variate. Si vero ly neceſſario poneretur in maiori dicendo ſic / tantum leo neceſſario eſt currēs / tātū rugibile pīr eſt leo: ergo tantum rugibile poſſibiliter eſt currēs: argueretur a minus amplo ad magis negatiue virtualiter: ꝛ a particularitate ad vniuerſalitatem etiam negatiue. Hoc patet: nam in ſecūda exponēte aītis / negat ly neceſſario: ac ꝓinde equiualet ly pīr nō: ꝛ ī ɔ̄nte negatur ly pīr in ſcda / ꝛ equiualet ly nō pīr / vel impoſſibiliter / quod idem eſt.

¶ Secundo nō valet / omnis leo alterū animal ꝛ alterum al' ē: ꝛ tantum omne rugibile ē leo: ergo tātū rugibile alterum aīal ꝛ alterū animal ē: ꝛ tñ eſt in barbara / igitur.

¶ Ad argumētū negat. b. argt. n. a nō diſtributo ad diſtributū ex pte particularitatis incluſe in ly alterum.

¶ Sed ɔ̄ bñe vlꝫ / vterq; leo alterū rugibile ē: ꝛ tm̄ albū ē leo: ꝫ tātū albū alterū rugibile ē: ꝛ tñ cōmittit idē ꝺfect' / ꝫ ſolu. nulla. ¶ Ad hāc replicā diſtinguit illū defectū cōmitti vl' formalr / ꝛ ſic cōcedit: vl' virtualr / ꝛ ſic negat. Et. n. hāc ꝓpōnē / vterq; leo alterū rugibile ē / inferre hāc / a. leo vtriuſq; rugibile ē / ſumpto: li vtriuſq; ī ſcda cōplete. ſ. nō vt opponit ad li alterū / ſed tm̄ ꝙ valeat ſicut q̄libet plurium / ꝺ quo dictū ē ſupra in ꝓ ctiōe de ſignis incomplete diſtribuētibus: ꝛ ɔ̄ña dicta ſupra tenet de forma acceptionis trorū. ¶ Et ex hoc infert ꝙ in hac ɔ̄ña. ſ. tantum alter leo alterū aīal ē: ꝛ fauellus alter leo eſt: ergo tātū fauell' tātū alterū animal ē / nō arguitur ex puris particularibus virtualiter: quia illa maior infert iſtam / vterq; leo alterum al' ē: ſumpto ly vterq; cōplete in ſcda. Immo etiam iſtam / oīs leo alterum al' eſt. Unde nō obſtat medium formalr non

diſtribui cõplete/eo q̄ritur cõtra generale fundamentum intrinſecum.

¶ Tertio non valet/alicuius angeli leo eſt currẽs/tantum brunellꝰ cuiuſlibet angeli leo eſt:ergo brunellus eſt currẽs:⁊ tamẽ nullꝰ defectus committitur:igitur:ꝙ nõ ſequatur patet:quia caſu quod quilibet angelus copulatiue poſſideat vnum leonem quieſcentẽ q̄ vocetur brunellꝰ ita vt omnium ſit communis. Et inſuper q̄libet angelus poſſideat vnũ aliũ leonẽ currẽtẽ ꝓpriũ:an̄s verum ⁊ ꝯñs falſum.

¶ Pro huius argumẽti ſolutione elucidãda eſt vna difficultas peculiaris in hac materia ⁊ eſt. An diſtributio ꝓueniẽs a ly tãtũ/quãdo oẽs partes extremi ab eo non diſtribuuntur: nec ab alio ſigno: ſed vna a ly tantum:⁊ alia vel alie ab aliis ſignis ſit ſufficiẽs ad hoc ꝙ non arguatur ex puris particularibus?

¶ Pro hoc meminiſſe oportet prime vniuerſalis cõcluſionis in principio q̄ſtiõis poſite. Nam ſcd̃m eam eũdum ẽ ad exponẽtes:⁊ reſpiciẽdũ/an alique earum ſint bene diſpoſite:quod ſi fiat in prefato ſillogimo/inuenietur ꝙ non:vt facile eſt videre exponendo minorem/⁊ conferendo illius quamlibet exponentem cum maiori:arguitur enim ex puris ꝑticularibus. ¶ Sed contra ergo dicendo ſic in maiori/cuiuſlibꝫ angeli leo eſt currens/eſſet bona ꝯñ/conſequens eſt falſum:ergo. Et cõſequẽtia tenet:quia ſi ſumatur iſta maior/cũ ſecunda exponente iſta/ſcilicet/nullum non brunellꝰ cuiuſlibet angeli leo eſt/ſunt habiles/eo quod ꝑs medii non diſtributa in maiori diſtribuitur in minori. Cõſequentis falſitas patet in eodem caſu. ¶ Ad argumẽtum reſpondetur concludi poſſe ex illis premiſſis/hanc cõcluſionem/omne non brunellus currens non eſt/⁊ nullo modo primam. Si autem velis combinare maiorem:⁊ conuertentem minoris/dicitur premiſſas eẽ inhabiles/eo quod medium in maiore ſumatur non vnice/in minori vero vnice/conuertitur enim minor in iſtam/omne quod eſt cuiuſlibet angeli leo eſt brunellꝰ.

¶ Sed contra bene valet/omne coloratũ eſt leo:⁊ tantum equꝰ omne coloratum eſt:ergo equus ẽ leo:ſumpto ly coloratum incomplete:⁊ tamen committitur idẽ defectus/ergo ſolutio nulla. ¶ Ad hoc argumẽtum quidam negant maiorem/dicunt ſiquidem conſequẽtiam non valere::ſicut nec precedens valuit:dant ꝙ antecedens verum ⁊ conſequens falſum/in caſu ꝙ ſint tantum vnus leo ⁊ vnus equꝰ qui ſint eiuſdẽ coloris Sed in iſto caſu non poteſt dari an̄s verum ⁊ conſequẽs falſum:niſi in ſecũda exponẽte minoris ꝑdicatũ ſtet diſtributiue incõplete ſicut i maiori/ita tñ vt ſecũda exponẽs ſit hec/omne non equus de qualibet ſpẽ coloris aliquod coloratũ nõ eſt:qđ tñ falſum ẽ:cum in ſecunda exponente predicati debeat ſtare contradictorio modo reſpectu predicati prime exponẽtis. Unde ſecunda exponens erit hec/omne non equus de aliqua ſpecie coloris nullum coloratum eſt/q̄ manifeſte ẽ falſa in caſu dicto. ¶ Eſt tamen alius doctor cõcedẽs maiorem ⁊ negans minorem. Pro quo dicit eſſe notandum quod prima exponens minoris ſcilicet/equꝰ omne coloratum eſt/non poteſt eſſe vera niſi vnico exiſtente ſuppoſito determinatiõis predicati ſcilicet ſpecie colorati(in q̄ caſu id ẽ erit dicere in ſubiecto maioris de qualibet ſpecie coloris aliquod coloratum ẽ leo vbi eſt acceptio non vnica/⁊ dicere aliquid quod eſt de qualibet ſpecie coloris coloratum eſt leo/vbi eſt vnica:ac proinde conuertens maioris q̄ eſt hec/omne quod eſt de qualibet ſpecie coloris coloratum ẽ equꝰ/cum maiore inferunt in diſamis prefatam concluſionem. Hec ſolutio nõ põt ſtare/nam in caſu ꝙ ſint duo leones quorum vnus ſit albus ⁊ alius niger:⁊ ſit vnꝰ equus in duobus locis:in vno albus ⁊ in alio niger:⁊ non ſint alii colores in mundo/dabitur clariſſime antecedens verum ⁊ conſequens falſum: tam in ſillogiſmo dicto/q̄ in illo qui poteſt ex conuertente minoris cum maiori/fieri in diſamis. Patet etiam hinc illam minorem poſſe eſſe veram etiam exiſtentibus pluribus coloris ſpeciebus:cuius oppoſitum dicebat ꝑfatus doctor. Nec valet fugere dicendo caſum eſſe impoſſibilem:tum quia impoſſibiliores caſus paſſim ponuntur in hac materia:tum quia ſi li coloratum imponatur ad ſignãdũ tm̃ ſicut hoc.ſ. đ q̄libet ſpecie coloris aliquid coloris habens: ſiue ſufficiens denominare totum ſiue non/dabitur an̄s verum ⁊ ꝯñs falſum:leonibus exiſtentibus vt dictum eſt:⁊ equo exiſtente partim albo ⁊ partim nigro. Dicendum ergo ſicut ad precedentem ſillogiſmum.ſ. ꝙ nullo modo ſequitur illa cõcluſio:rõne defectus aſſignati/q2 vł illa ꝯclõ denotatur inferri ex maiori ⁊ ex prima exponẽte minoris:⁊ tũc arguitur ex ꝑticularibꝰ:vel ex.a.⁊ cõuertente minoris ⁊ tũc variatur acceptio:vel ex.a.⁊ ſecũda exponente minoris:⁊ tũc non infertur illa/ſed iſta/ergo omne nõ equus leo non eſt.

¶ Sed cõtra hoc replicatur/bñ valet/tantum cuiuſlibꝫ angeli leo eſt a:⁊ tantũ fauellus cuiuſlibet angeli leo ẽ:ergo tãtũ fauellus ẽ a:⁊ tñ mediũ tenetur diuerſimode quoad acceptionẽ:igitur. Forſan dices ſubiectũ i maiori virtualr̃ ſtare vnice:cũ fiat excluſio a toto ſubiecto qđ in ſcđa exponẽte infinitatur vnica infinitatiõe:ac ꝓinde ſumitur vnice ſaltẽ equiualẽter in exponibili:eo ꝙ requirat veritatẽ illiꝰ exponẽtis vbi ſumitur vnice. ¶ Sed cõtra/nõ valet/tãtũ cuiuſlibꝫ hoïs leo cuiuſlibꝫ angeli leo ẽ:tãtũ fauellꝰ cuiuſlibꝫ hoïs leo ẽ:ergo tãtũ fauellus cuiuſlibꝫ angeli leo ẽ:⁊ tñ nõ põt aſſignari aliꝰ defectus:niſi q2 ſubiectũ maioris ſumitur nõ vnice: ⁊ non eſt potior rõ đ iſto q̄ đ illo:igitur:ꝙ aũt nõ valeat ꝑꝫ:in caſu ꝙ ſint duo hoïes poſſidẽtes copłatiue fauellũ/ita ꝙ a nullo alio hoïe nec ãgelo poſſideatur. Inſuper pono ꝙ illi duo homines habeãt ſingulos leones nõ communes inter ſe:ſed quilibet illorum communicet ſuũ leonem gabrieli:qui ſolus ſit angelus in mundo tũc/an̄s eſt verum ⁊ ꝯñs falſum:vt notum ẽ. ¶ Ad hanc replicam cõceſſo ꝯñam eſſe nullam/negatur non eẽ diſcrimẽ inter hanc ⁊ aliam/in hac enim ſubiectum ſumitur nõ vnice ⁊ nõ in prima. Et ſi petas quando cognoſcere valebis ſubiectum excluſiue ſumi vnice vł nõ vnice/reſpondetur per hanc regulam.

¶ Omnis excluſiua in qua fit excluſio a toto non potẽs habere vlẽm de terminis trãſpoſitis hñt ſubiectum ſumptum vnice/niſi forſan in predicato vel in aliqua eius parte ponatur aliqua confuſa quia tũc non ſtabit vnice:licet nõ poſſit habere vniuerſalem dictã/⁊ quando dico vnice:intelligo formaliter vł equalẽter ⁊ equiualẽtia eſt quia vna acceptio infert aliam de forma acceptiõis terminorũ:⁊ ideo ſubiectũ huiꝰ/tm̃ cuiuſlibꝫ angeli leo.b.hoïs q̄libꝫ leo ẽ:equiualẽter ſtat vnice. Et idem dico de ſubiecto ſillogiſmi penultimi. Iſta.n.ẽ bona ꝯñ/tm̃ cuiuſlibꝫ ãgeli leo ẽ a:ergo tm̃ aliq̄đ qđ cuiuſlibꝫ ãgeli leo ẽ/ẽ a:⁊ an̄s fuit maior ſillogiſmi dicti. Nõ aũt poteris ꝓportionabilr̃ arguere ex maiore iſtiꝰ vltimi ſillogiſmi ad aliã i q̄ ſubiectũ ſumatur vnice.

¶ Et ſi q̄ras q̄ mõ cognoſces excluſiuã hr̃e vlẽz.ſ.nõ? Reſpõdeo ꝙ hoc poteſt haberi ex dictis i exponibili=

bus. ¶ Sed prīūnc p̄rio dr̄/ꝙ nulla ꝓpositio exclusiua i cuiꝰ prima exponēte ſubiectū vl̄ ps ſubiecti ſtat cōfuſe pōt hr̄e vl̄em / ſi in eius p̄dicato vna ps diſtribuitur ⁊ alia non / vl̄ ſi diſtribuit̄ nō tamen complete/nulla in ꝓ talis pōt habere vl̄em. ¶ Dr̄ ſc̄do ꝙnulla ꝓpo in qua ſit excluſio a pte niſi fuerit diſiūctū pōt habere vl̄em. Dr̄ niſi fuerit diſiūctū: qꝛ bn̄ ſequit̄: tm̄ leo vl̄ angelus eſt al̄. ergo oē al̄ ē leo vel angelus. Et d̄ his dictum ē in paruis. ¶ Sed dices contra/qꝛ in paruis dictū ē hāc non poſſe habere vl̄em/tātū deus cōtingenter ē creās/qđ falſum ē ſi hec vera ſint/cum hic nō excipiat̄. Et inſuper eſſe falſum cōprobatur: eo quod habeat iſtam/omne qđ contingenter eſt creās pīr ē deus ¶ Ad hoc dicitur/me ibi locutum eſſe de conuerſione excluſiue ꝓprie dicta: ⁊ ſic verū eſt p̄ſatam ꝓpōnē nō poſſe cōuerti: eo ꝙ extrema non ſunt ſolum trāſmutata: ſed inſuper aliquid addatur. Et de hoc dictum fuit in primo.

¶ Sed contra hec etiam ad huc arguo/bene valet/cuiuſlibet angeli alter leo cuiuſlibꝫ hominis al̄ ē: ⁊ tm̄ fauellꝰ cuiuſlibet āgeli alter leo ē: ergo fauellus ē hominis al̄: ⁊ tn̄ mediū in maiori tenet̄ nō vnice vt ex dictis patet: ⁊ in. b. vnice: igit̄. Et ſi dicas non eē inconueniens/eo quod non concluditur excluſiua. Cōtra ſi d. catur ſic/fauellus/cuiuſlibet hominis al̄ ē: non valet: ergo non eſt ratio hec.

¶ Ad argumentū dr̄/ꝯñam primam eē bonā: ⁊ nō ſecūdā. Tales. n. p̄miſſe ⁊ ſimiles pñt inferre vnā ī q̄ ps predicati nō diſtribuit̄. Et ſi queras quo modo cognoſcet̄ hoc. Rñdetur/ꝙ qñ li alter d̄terminat ptē mediū poſitam in recto (aliis partibus complete diſtributis) licet inferre vnam in qua nulla pars predicati diſtribuitur. Et ratio eſt in aperto. Nam tunc vel predicatum habet vnum ſuppoſitum tantum / ⁊ tunc maior erit falſa. Si habuerit vero plura/cōcluſio erit vera: qꝛ nō ponitur diſtributio.

¶ Aduertes etiam ſi aliqñ vnica equipolleat nō vnice/qꝛ tūc nō impedit̄ ꝯñe bonitas: vnde iſta conſequētia eſt bona/tātum homo ⁊. a. leo quilibet homo ⁊ leo ſunt: ⁊ tantum omnia alba homo ⁊ leo ſunt: ergo tantum omnia alba quilibet homo ⁊ leo ſunt: eo ꝙ minor equipolleat vni in qua copulatum ſumitur nō vnice: ſicut ſumitur in maiori. Et ſi q̄ras qñ equiualeat vnica non vnice? Dicitur quod quando licet d̄ſcendere ⁊ aſcendere indifferenter ſub toto ⁊ ſub qualibet parte: vel quando infert vnam in qua quelibet diſtribuitur a ſignis ſpecialibꝰ/nō effectibꝰ partis extremi. Vñ bn̄ valet/tātū oīa alba ſunt hō ⁊ leo: ergo oīs hō ⁊ oīs leo omnia alba ſunt

¶ Difficultas etiam eſt. An iſte argumētandi modus valeat in ſecunda figura? Ad quam reſpondetur per has concluſiones.

¶ Prima concluſio. Omnes premiſſe exponibiles quarum medium eſt terminus complexus/ſi ipſius medium vna pars diſtribuatur in prima exponente vnius premiſſe: ⁊ alia in prima exponente alterius/ſunt habiles ad inferendam vnam nō excluſiuā affirmatiuā: dū tn̄ ambe extremitates minime cōfundantur: nec vtriuſqꝫ aliqua pars.

¶ Secunda concluſio. Omnes premiſſe habentes medium diſtributum vt dictum eſt: etiam ſi extremitates vel earum partes ſtent/confuſe poſſunt inferre vnam negatiuam de ſubiecto vel predicato infinitato. Et ſi queras quare non ſequitur tunc vna affirmatiua cū ex negatiua poſſimus inferre vnam affirmatiuam? Reſpondetur rationem eſſe/quia negatiua non infert affirmatiuam ēt adhibita conſtantia quādo terminus infinitatus ſtat confuſe. Non enim valet/a. homo non eſt animal: ⁊ homo eſt: ergo homo eſt non animal. Et quia quando extremitates ſtāt confuſe vel earum partes/conſequentia predicta non tenet: iō lꝫ poſſit inferri vna negatiua/non tamen vna affirmatiua. Hoc patet ſic exemplariter. Nam he premiſſe/tantum cuiuſlibet hominis leo cuiuſlibet angeli animal eſt: ⁊ tantum cuiuſlibet hominis equus cuiuſlibet angeli animal eſt/inferunt hanc/cuiuſlibꝫ hominis equus non eſt hominis leo. Et ꝙ iſta inferatur ex premiſſis patet: quia infertur ex prima exponente minoris ⁊ ſecunda maioris: que tamen nō valent inferre hanc affirmatiuam/cuiuſlibet hominis equꝰ cuiuſlibet hominis leo eſt: etiam poſita hac conſtantia/cuiuſlibet hominis equus eſt/que includitur in p̄miſſis: eo ꝙ terminus infinitatus ſtat confuſe: vt dictum eſt. In tertia autem figura talis modus arguendi inualidus erit: eo ꝙ ſemper ex parte exponētiū q̄liter cūꝙ cōbinētur arguetur ex puris particularibꝰ: vt vnuſquiſqꝫ experiri poteſt.

¶ Quarto arguitur. Non valet/tantū aīa ⁊ omnis materia vtrunqꝫ ens ⁊ omnis homo ſunt/tātum materia ⁊ omnis anima anima ⁊ oīs materia ſūt: ergo tantum materia ⁊ omnis anima vtrunqꝫ ens ⁊ omnis homo ſunt: ⁊ tamen nullus defectus committitur: igit̄. Quod nō valeat pꝫ. Nam in caſu ꝙ ſint tātū due anime ⁊ vna materia cui vna anima eſt coniuncta ⁊ alia ab ea ſeparata/añs ē verū ⁊ nō cōſeqñs: vt pꝫ exponendo p̄miſſas ⁊ concluſionem.

¶ Pro huius argumēti ⁊ aliorum ſimilium enodatione/oportet declarare qualiter habeat verum regula ſillogizandi in copularis complexiue captis. Pro quo ponit̄ regula gñalis ꝓ oī figura q̄ ex dictis haberi poterat.

¶ Omnes premiſſe excluſiue quarum prime exponentes habentes copulatum pro medio diſpoſito ſecundum tenorem regule ſupra poſite/ſunt habiles ad inferendam concluſionem regule ſupra poſite ē cōditionibus ſpecialibus: etiam ſeruatis fundamentis generalibus/ſeu conditionibus ſupra poſitis/vt bn̄ valet/tantum oīs leo ⁊ oīs ⁊ equus oē animal ē ⁊ tātū vtrunqꝫ currēs oīs leo ⁊ equus eſt: ergo tātum vtrunqꝫ currens oē animal eſt.

¶ Secūda concluſio. In prima figura tenebit ſillogiſmꝰ: medio exiſtēte copulato: dūm̄. a. totale p̄dicatū: aut q̄libet eiꝰ ps diſtribuat̄ complete in vna ⁊ eadē exponēte: ſiue illa ſit prima ſiue ſc̄da: ⁊ ēt dummodo minor extremitas nō cōfundat̄. Vñ nō valet/tantū omnis hō ⁊ hō vterqꝫ hō ſunt: ⁊ tantū omnis hō totalis/hō ⁊ omnis homo eſt: ergo tātū hō totalis vterqꝫ hō eſt. Nā añs eſt verum ⁊ ꝯñs falſum: in caſu ꝙ ſolꝰ ſortes ſit hō ⁊ li homo ſtet ꝓ partialibus hominibus niſi quando determinatur a ly totalis. Et ratio eſt/qꝛ ſemper ē aliq̄ particularitas ſtās confuſe in aliqua exponēte: tam in prima quam in ſecunda/ratione d̄ ly vl̄. Si vero predicatū determinetur a ly alter/bene poſſet ſequi vna nō excluſiua: vbi ēt remoueat̄ ly alter ſi: vt bn̄ valet / tm̄ oīs leo ⁊ leo alterum al̄ ſunt: ⁊ tm̄ oīa alba ſunt leo ⁊ leo: ergo omnia alba ſunt animal. Et hoc etiam habet verum in tertia figura: ſed nō in ſecūda. Similiter ꝯña erit bona/quando p̄dicatū maioris eſt complexum: ſi quelibet pars determinet̄ a ly alter

vel vna pars diſtribuatur complete ⁊/altera a ly alter ⁊ nõ aliter. Unde non valet/tantum omne.a. ⁊.a. vtrũq3.a.⁊ alterum.b.ſunt: ⁊ tãtum omnis homo oẽ a.⁊.a.ẽ:ergo homo.a.⁊.b.ẽ. Nam in caſu ꝙ ſit tãtũ ſortes ⁊ vna anima ſeparata a materia/⁊ poſito ꝙ ly.a.tãtum valeat ſicut li pars integralis/⁊ ly.b.ſicut ly forma/añs eſt verum ⁊ non ↄñs.

¶ Tertia concluſio. Si pars medii in maiori non diſtributa ſupponat mixtim/etiam ↄña erit bona:qualitercunq3 ſupponat maior extremitas/dũmodo minor extremitas nõ cõfundatur: Unde bene vʒ/tãtum omnis homo ⁊.c.homo omne album ⁊ omne nigrum ſunt/tãtum omnia animalia homo ⁊ quilibet homo ſunt: ergo tãtũ omnia animalia omne album ⁊ nigrũ ſunt. Et ratio eſt/quia illa maior equiualet vni ĩ qua totale predicatum diſtribuitur:infert.n.hãc/tãtum omnis homo ⁊.c.homo omnia q̃ quodlibet albũ ⁊ nigrum ſunt/ſunt.

¶ Circa copulatum in prima figura quando fit excluſio ex parte vltra ea que dicta ſunt/ponitur concluſio hec.

¶ Quando fit excluſio ab oppoſito partis tis diſtribute/ↄña eſt bona. Et ſimiliter ſi nulla extremitas nec eius pars ſupponeret in maiore confuſe tãtum valet ↄña:nõ autem ſi oppoſitum accidat. Unde minime vʒ/tãtũ.a.homo ⁊ quilibet homo ſunt hõ ⁊ omnia riſibilia omnis homo ⁊ homo ſunt/ergo oĩa riſibilia ſunt homo.

¶ Pro ſecunda figura alie concluſiones ponuntur. Quarum prima eſt.

¶ Quando fit excluſio a toto: ⁊ ſi ſumatur pro medio copulatum ⁊ altera extremitas vel eius ps ſtat confuſe/ſit extremitas quam volueris vel eiꝰ ps/ↄña erit nulla. Non enim valet/tãtũ.a.leo/leo ⁊ oĩs leo ẽ:⁊ tãtum omnia rugibilia leo ⁊ oĩs leo ſunt/ergo tantum omnia rugibilia leo ſunt.

¶ Secunda pro conſequentia vbi fit excluſio a parte ẽ. Si excluſio fiat ab oppoſito partis diſtribute: ⁊ ibidem ponatur extremitas vel eius pars ſtãs determinate/ↄña erit bona. Unde bene valet/tantum omnis leo et.b.equus omnia alba ſunt: ⁊ tantum omnia currentia omnia alba ſunt:ergo omnia currentia omnia alba ſunt.

¶ Pro tertia figura ponitur prima concluſio. ¶ Quãdo in tertia figura fit excluſio a toto valet omnibus modis/quibus valere dictum eſt in prima figura/ſcilicet quando nec predicatum nec pars eius aliqua ſtat confuſe tantũ/infallibiliter: ⁊ valebit quando predicatum vel omnes eius partes ſtant diſtributiue/aut collectiue/aut determinate exẽpla ex p̃dictis haberi poſſunt.

¶ Secunda concluſio ponitur pro copulatis in quibus fit excluſio a parte: ⁊ etiam dicit ↄñam eſſe bonam ſi fit excluſio ab oppoſito prime partis in vtraq3: vel in ea in qua pars prima diſtribuitur. Exẽplum eſt facile. Ratio huius cõcluſionis eſt/quia cõfuſa ſecũde partis/in talibus equiualet determinate: vñ ſi dicatur/tãtum omnis homo ⁊ homo ſunt homo: vł ſic/tantum omnis homo ⁊.b.homo ſunt homo (ly tãtum excludente ab oppoſito prime partis) non refert quoad veritatem vel falſitatem. Et ob hoc partes copulati indiſtribute non ſtabunt cõfuſe ſed determinate ſaltem virtualiter. Unde quãdo hoc nõ fuerit/ↄña nulla erit. Et in hac figura aſpiciẽde ſunt prime exponẽtes:quia ex illis habetur diſpoſitio/vel indiſpoſitio exponibilium quando fit excluſio a parte. His habitis colligitur ſolutio ꝓ argumento. Liquidũ ẽ enim capi copulatum pro medio/cuius partes indiſtribute/ſtãt confuſe tãtum in exponibili vel in aliqua exponentiũ: ⁊ maioris extremitatis vna ps ſtat ↄfuſe rõne particularitatis incluſe in li vtrunq3.

¶ Quinto arguitur. Non ſequitur/tãtum angelꝰ amatus a deo nõ fuit deꝰ: ⁊ tãtũ creatura ſpũalis nõ fuit deꝰ:ergo creatura ſpiritualis nõ fuit nõ angelꝰ amatus a deo/⁊ tñ in caſu ꝙ deus nũc amet angelos: ⁊ antea nunq̃ amauerit/inſtatur.

¶ Ad argumẽtum breuiter dicitur in eo arguiſ ex pte illius aggregati.ſ.angelꝰ amatus a deo: ab amplo ad nõ amplũ: ⁊ ex parte totius tñi infinitati ab inferiori ad ſuperius negatiue virtualr. Et patet hoc ĩ ly animal ⁊ ly homo. Nam liquidum eſt/non animal eẽ inferius ad ly non homo. Et proportionabiliter pro pluribus ſtat ly homo/in iſta/homo fuit vel erit albꝰ: quam in iſta/homo erit albus/tamen ſi vtriq3 ſubiecto addatur negatio infinitans: ꝓ pluribus ſtabit aggregatum in ſcđa q̃ in prima/infinitãte negatione ſcđm contradictionis exigentiam.

¶ Sexto non ſequitur/tantum omnis angelus nõ eſt deus/⁊ omnis angelus eſt ens:ergo tantum ens non eſt deus:tamen nullus defectus committitur igiſ. Et quod nõ ſequatur patet/quia vnico exiſtente angelo cum deo/añs eſt verum ⁊ nõ ↄñs. Forte dices cõſequẽtiam eſſe nullam/eo ꝙ minor extremitas ẽ terminus communis non diſtributus/quo ſtante/ſiue talis minor premiſſa ſit excluſiua ſiue non/non ſequitur excluſiua. ¶ Sed cõtra/vñ valet cõcludendo ſic/ergo non tantum ens eſt deus. Et volo ꝙ ly non/impediat diſtributionem de ly ens ita vt ſtet determinate/tamen committitur idem defectus/igitur ſolutio nulla.

¶ Ad argumentum bene reſpõſum eſt vſq3 ad hanc replicam. Ad quam diciſ verum eſſe conſequentiam eſſe bonam quando talis extremitas cõcludiſ ſtans determinate/dum tamẽ non exponaſ immediate: vel ſi exponiſ/debet addi relatiuũ identitatis/alioquin cõſequẽtia nõ eſſet neceſſaria. Sed contra in prefata conſequentia arguiſ a confuſa ad determinatam ex pte minoris extremitatis:ergo conſequentia eſt nulla. Negaſ ↄña. Nam hoc minime incõuenit (medio ſtante diſtributiue vtrobiq3) nec ẽ reſpectu eiuſdẽ diſtributionis:de quo dictum eſt ſupra.

¶ Septimo non valet/tantum cuiuslibet hoĩs oĩs leo currit: ⁊ tm̃ cuiuſlibet hoĩs oẽ alꝛ ẽ hoĩs leo/ꝗ tm̃ cuiuſlibʒ hoĩs oẽ alꝛ currit (ly tm̃ excludẽte a pte) ⁊ tñ arguiſ in barbara:igiſ. Quod non valeat ꝓbo. Nam poſito ꝙ ſolus ſortes ſit poſſidens vnicũ leonẽ currẽtem: ⁊ ſit vnꝰ angelꝰ poſſidẽs equũ currẽtem/añs eſt verum ⁊ ↄñs falſum.

¶ Ad argumẽtũ diciſ/argui a nõ diſtributo ad diſtributũ. Nã in prima exponẽte.a.nõ diſtribuitur ly currẽs ſed bene in ſecunda exponẽte concluſionis. ¶ Sed cõtra/quia etiam diſtribuiſ in ſecunda exponẽte maioris. ¶ Ñdeo hoc nihil iuuare in propoſito/eo ꝙ illa ſecunda exponens maioris nihil valeat ad cõcluſionem illam inferendam. Uñ ex hoc ⁊ ex ſupradictis patet/ſi non velit aliquis cecutire in defectibus aſſignãdis/oportet ſemꝑ reſpicere exponentes antecedẽtis ⁊ ↄñtis ⁊ defectꝰ quos repererit explicitos in eis/

debet aſſignare exponibilibus tanquam ibidem im
plicitos.

Nunc ponuntur pauca argumenta in
quibus ponitur multiplex tantum.

¶ Primo/ non tenet / tantum leo vel tātū
equ⁹ currit: tantum rugibile eſt leo: ergo tantum ru-
gibile vel equ⁹ currit/ ⁊ tn̄ null⁹ defectus interuenit/
igit. ꝙ nō ſequat pꝫ. Nam in caſu ꝗ oīs leo ⁊ oīs equ⁹
currat: an̄s eſt verum ⁊ non ꝯn̄s.
¶ Ad argumentum negat minor/ arguit enim a non
diſtributo ad diſtributum ex parte maioris extremita
tis. Nam in ſecunda exponēte maioris ꝑdicatum nō
diſtribuitur ⁊ in ſecūda conſequentis diſtribuit: vt pꝫ
exponenti illas. Et ſi dicas cōtra/ quia diſtribuit i pri-
ma exponente. Reſpondetur hoc nihil referre in pro-
poſito/ eo ꝙ ſecūda exponēs cōcluſionis nō denotatur
inferri ex prima maioris: ſed ex ſecūda in qua non di-
ſtribuitur. Valeret autem conſequētia ſi maior eēt iſta
tantum leo vel tantum equus omne currens ē: vel di
catur ſic in ꝯn̄te/ tantum rugibile vel tantum equ⁹ cur
rit. Et hec ſolutio ſortit verum/ tenēdo illas ꝓpoſitio-
nes ꝓbandas eſſe immediate ꝑ expoſitionem ⁊ non ꝑ
reductionem ad diſiunctiuas. Nam tunc non eſſet ali
qua difficultas preter eam que reperitur qn̄ eſt vnum
ſimplex tantum.

¶ Secundo nō ſequitur / omnis anima eter
na ⁊ tantum omnis equus ſunt animalia: ⁊ oīs equus
tātum omnis equus ē: ergo tātum omnis anima eter
na ⁊ omnis equus ſunt animalia: ⁊ nullus cōmittitur
defectus in eo: igitur. Et quod non valeat/ patet / qa
in caſu ꝙ tantum ſint ſortes ⁊ vnus equus cōmunicā
tes in materia/ inſtabitur:
¶ Ad argumētum reſpondet negādo minorem: nam
ly tātum tenēs ſe in an̄te cū medio in maiore/ debꝫ ſe
tenere ex parte minoris extremitatis in cōcluſione: vn̄
ſic eſt cōcludendum: ergo omnis anima eterna ⁊ tan-
tum omnis equus ſunt animalia. Et ſi queras qđ in-
conueniēs erit ſi ponatur vt antea? Dicit inconueniēs
eſſe/ quia arguit a termino finito ad ipſum met infini
tum/ vt patet ꝑ exponētes. Ob hoc enim nō valet/ ho
mo eſt ſortes: ergo tantum homo eſt ſortes. Et ꝓpter
ea ſimiliter cōſequētia nō valeret: ſi in ſillogiſmo pre-
cedenti concluderetur ſic/ ergo tantum equus ⁊ tan-
tum rugibile currit: argueretur enim a termino non
infinitato ad ipſum infinitatum ratiōe dicta: Et inſuꝑ
a ly tātū affirmato ad ipſūmet negatū: eo ꝙ ꝑpoſtero
ordine ꝑtes ſituāt. debent enim ordinari ſic/ tm̄ rugi
bile vel tātum equ⁹ currit. ¶ Sed contra dicēdo ſic/
tantum leo vel tantum equus currit/ ⁊ tantum ens ē
equus: ergo tantum leo vel tantum ens currit: null⁹
committitur defectus/ ⁊ n̄ ꝯn̄a eſt nulla: igit. ¶ Ad hoc
negat prima ꝑs an̄tis / arguit enim a non diſtributo
ad diſtributum/ rōne de li ens. Et aduerte expoſitio-
nes deberi exerceri ſecūdum ordinem quē ſigna hn̄t:
nam plurimum refert inchoare expoſitionem a ly tā-
tum in ſcđo loco prius ꝙ̄ a ly tātum primo poſito: im
mo ſi inchoetur prius expoſitio a ſecunda parte: ly tā
tum in primo loco cōſtituet excluſiuam ſecundi ordi
nis: vt patet in ſecūda exponente prime partis / que
erit hec/ tantum leo vel nullum nō equus currit. Ad
uerte inſuꝑ diſtributionem ꝓuenientem a duplici ly
tantum non eſſe ſufficientem ad hoc ꝙ non arguatur
ex puris particularibus: He enim ꝑmiſſe ſunt inhabi-
les/ tātum ens eſt angelus/ ⁊ tantum anima ⁊ anima ē
ens: ergo/ dabit an̄s verum ⁊ ꝯn̄s falſum: in caſu ꝙ nul
la anima ſit cōiuncta materie/ ſed ſit aliqua anima ſe-
parata. Siue concludat cum ſignis excluſiuis ſiue ſi-
ne illis. Et ſumo ly ens vt ſtet tantum ſingulariter: ita
vt binarius entium non dicat ens ſedentia.

¶ Hic poteſt queri ꝓ clauſura excluſiua-
rum. An hec ꝯn̄a ſit ſillogiſtica/ omnis leo ⁊ hō cur-
runt/ omnia alba leo ⁊ omnis homo ſunt/ ergo nō tan
tum alba currētia nō ſunt? Et videt ꝙ nō/ quia error ī
trinſecus ē in ꝑmiſſis: eo ꝙ copulatum habet partes
indiſtributas ſtātes confuſe tātum. ¶ Sed in cōtra-
rium pugnat ꝙ eſt impoſſibilis reperire inſtantiā. Si
forſan dicas ꝯn̄am eſſe bonā ſed nō ſillogiſticā. ¶ Cō-
tra ē bona: ⁊ non exemplū/ nec inductio/ nec enthime
ma: ergo ſillogiſmus.
¶ Ad argumentū reſpondetur tripl'r. Primo dr/ cō
ſequentiā eſſe ſillogiſticam ſecundum quid: ⁊ non ſim
pliciter / ⁊ premiſſas eſſe diſpoſitas ſcđm quid ⁊ non
ſimpliciter. Et ratio eſt quia ꝑmiſſe vniunt cū medio
affirmatiue: ⁊ in ꝯn̄te affirmatiue ⁊ negatiue virtuali
ter ⁊ ſub diſiunctione. Et idem poteſt dici ſi aliqua cō
ſequētia reperiatur tenens de forma acceptiōis termi
norum habens aliquem defectum intrinſecum.
¶ Secūdo dicit/ ꝯn̄am teneri ēthimematice (hoc ter
mino enthimematice ſumpto large) ſcilicet ꝓ oī con-
ſequentia que nō eſt ſillogiſm⁹/ inductio/ vl' exēplum.
¶ Tertio dr/ ꝯn̄am illam reduci ad ſillogiſmū hypo
theticum/ ſicut ⁊ hoc/ animal eſt equus: ⁊ homo ē ani
mal: ergo homo eſt equus: vel homo equus nō eſt: in
qua illa diſiūctiua infert ex duabus ꝑticularib⁹: nam
ꝯn̄a ē bona nō virtute mediū vniri cum extremitatib⁹
nec poſſibile eſt ſtante veritate an̄tis falſificare conſe-
quens. Tene tādem ꝯſeq̄ntiam non eſſe ſillogiſticam
cathegoricam / quia hec eſt veritas. Et ſic ſatis de
excluſiuis.

¶ De ſillogiſmis in exceptiuis.

Conſequenter ad exceptiuas deſcen-
dendo ponitur queſtio. An ex eis valeat fieri
ſillogiſmus tenens de forma acceptionis ter
minorum? Et videtur ꝙ non. Nam nō valet/ omne a-
nimal ꝑter equum currit/ omne album eſt animal: er-
go omne album preter equum currit: ⁊ tamen eſt in
barbara: igitur.
¶ Scđo nō ſequit/ omne nigrum preter equū non ē
animal/ aliquod animal omne nigrum eſt: ergo aliqđ
animal preter equum non eſt animal/ tamē arguitur
in ferio: igit. Quod nō valeat pꝫ: in caſu ꝙ ſolus vnus
equ⁹ ſit niger: ⁊ ſint cetera animalia in mūdo. Falſitas
cōſequentis ē nota: ſed veritas an̄tis pꝫ quoad primā
exponētem/ ꝗ eſt iſta/ omne nigrum non equus nō eſt
animal: que vera eſt/ eo quod ſubiectum nō ſupponat
Veritas aliarum exponentium ⁊ minoris ex ſe liqui-
da eſt.
¶ Tertio non ſequitur/ omne animal non preter e-
quum ē album: ⁊ omnis leo omne animal non equus
eſt: ergo omnis leo non eſt albus/ ⁊ tamen arguitur ī
celarent igitur: ⁊ ꝙ nō valeat ꝓbo in caſu ꝙ ſint tātum
duo aīalia alba. ſ. vnus leo ⁊ vnus equus: an̄s ē verū
⁊ ꝯn̄s falſum.
¶ Quarto nō valet/ omnis leo eſt animal/ non omne
nigrum preter ſortem nō ē leo: ergo omne nō nigrum
ꝑter ſortem non ē animal: ⁊ tamen arguit in darij/ cū
minor ſit affirmatiua in hac materia ⁊ particularis: g.
ꝙ nō valeat probo. Nā in caſu ꝙ ſint tria entia in mū-
do. ſ. vnus lapis ⁊ vnus leo ⁊ ſortes: ⁊ lapis ⁊ ſortes

ſint nigri ⁊ leo albus/antecedens eſt verum ⁊ conſequens falſum.

¶Sed contra/ bene valet/ omnis ſubſtantia p̄ter hominem currit:oē aīl oīs ſubſtātia ē: ergo oē animal preter hominem currit: ⁊ tamē maior eſt ꝓpō exceptiua:igitur.

¶Pro huius queſtionis enodatione p̄habitis notabilib⁹ communib⁹ q̄ſtionis ſupradicte/ſciē dum ſpecialiter nunc eſt/q̄ in hac materia communiter nō obſeruātur due ꝓprietates de quib⁹ dictum eſt in paruis. Nam iſta hic reputat̄ ꝓpria/omnis hō preter equum currit:cum nec equus cōtineat̄ ſub ly homo quoad ſignificationem nec quoad ſuppoſitionem Item ⁊ hec admittit̄ tāquam propria / animal preter hominem currit/in qua nullum ponitur ſignum vniuerſale. Et hec duo ſi preſupponant̄ poſſunt admitti licet ſecūdum grammaticam ſint incongrue: quemadmodum admittit̄ deſcēſus ad eūdem hominem ſub li homo ſecundo in hac/omnis homo ⁊ homo currunt in qua ſcđm communem concipiendi modum/ly homo in prima parte ⁊ in ſecūda nō debet verificari pro eodem. Sic enim eſſet nugatoria locutio. Vn̄ quando dr̄ in eſaya/fecit foſſas ⁊ foſſas/ ſenſus ē/fecit foſſas ⁊ alias foſſas. Sed quicquid verū ſit/ q̄r loquēdū eſt vt plures:de hoc non eſt habenda cura.

¶Sciendum vltra ſubſumptionem poſſe fieri in ꝓpōnibus exceptiuis quatuor modis ſcđm q̄tuor terminos in illis repertos qui ſunt/ Ille a quo fit exceptio/ille qui excipit̄/⁊ille reſpectu cuius fit exceptio ſcilicet predicatum / Nam reſpectu illius fit exceptio/⁊ totum aggregatum:ſ. ex termino a quo fit exceptio/⁊ ex t̄ro qui excipit̄. Et pōt hoc reperiri in vno quoq̧ ordine exceptiuarum. Sint ergo ꝓ primo ordīe concluſiones.

¶Prima Sub t̄ro a quo fit exceptio vꝫ ſubſumptio/dum tamen medium vtrobiq̧ ſtet ꝓ eiſdem: aut diſtribuat̄ vbi ſtat ꝓ plurib⁹/valet inquam ſubſumptio/ſed nō ſemꝑ ad inferēdam cōcluſionem eiuſdem ordinis. Si enim medium diſtribuatur vbi ſtat ꝓ plurib⁹ ſequit̄ exceptiua primi ordinis. Recte enim tenet/omne animal p̄ter hominem currit: omne albū omne animal eſt:ergo oē album preter hominem currit. Si vero nō diſtribuat̄ vtrobiq̧ ſed ſtet pro eiſdē/ſequit̄ vna de quarto ordine: vel vna non exceptiua. Vn̄ bene valet/omnis equus preter fauellum currit/ omne nigrum eſt equus non fauellus/ergo omne nigrum currit:Hoc patet/q̄r p̄ma exponēs maioris ⁊ p̄ma minoris inferunt illam cōcluſionem / vt exponēti patet. Similiter ſequit̄:ergo nō omne nigrum preter fauellum nō currit:Hoc patet/nam ex p̄miſſis illis ſeq̄tur prima exponens concluſionis: ⁊ exponitur diſiunctiue:igitur ⁊ tota infertur. Et pōt vr̄ ꝓ regl̄a haberi q̧ omnes p̄miſſe valētes inferre vnā de primo ordine pn̄t inferre vnam de quarto. Si autem neutrum iſtorum interueniat/ꝯña nō ſillogiſtica reputabit̄. Vnde non valet / omne animal p̄ter rationale eſt irrationale: ⁊ omnis hō eſt animal :ergo omnis hō p̄ter rationale eſt irrationale.

¶Secunda cōcluſio. Subſumptio ſub parte extra capta eſt valida/dum tamē inferatur cōcluſio ꝑticularis de primo ordine aut vna de quarto. Vnde bn̄e valet/omne animal p̄ter hominem currit : omne album ē homo:ergo animal preter album currit:vel ſic nō omne animal p̄ter album nō currit. Poteſt etiam ſequi vna in qua ps a qua fit exceptio p̄dicet̄ de minori extremitate. Vn̄ ex p̄dictis premiſſis pōt ſequi iſta/ album ē animal:ſed ſic cōcludēdo nō fit ſimplicit̄ ſillogiſtica ꝯña. ¶Et aduerte diligenter ſi aliquādo minor extremitas fuerit termin⁹ nō diſtributus: ne diſtribuatur in cōcluſione. Vnde ſi in minore predicte ꝯñe dixiſſes/album eſt homo/ nō dicturus eras in cōcluſione/animal preter album currit: alioquin argueres a nō diſtributo ad diſtributum. Poſſes vero dicere / animal preter. b. album currit: vt ly. b. impediret diſtributionem illius termini.

¶Tertia concluſio. Subſumptio facta ſub p̄dicato ē valida:dum tamē alicubi complete diſtribuat̄ Nō.n. diſtributio ꝓueniēs a ly p̄ter ē ſufficiens vt nō arguat̄ ex puris ꝑticularib⁹: Vn̄ nō valet/currēs ē petr⁹: ⁊ oīs hō p̄ter ſortē currit: ergo oīs hō p̄ter ſortem eſt petrus/valeret tamen ſi maior eſſet hec/omne currens eſt petrus. Cauendum ſimiliter eſt hic/ne arguatur a non diſtributo ad diſtributū:qđ cōtingere pōt ſi loco de ly petrus/poneret̄ ly aīal.

¶Quarta concluſio. Quando ſubſumitur ſub toto aggregato ꝯña eſt valida:ſi recte ſubſumat̄/ ⁊ pōt ſequi cōcluſio vniuerſalis/aut ꝑticularis ſecundum exigētiam minoris extremitatis. Vt bene valet/ omne animal p̄ter equum currit:omne album animal p̄ter equum eſt:ergo omne album currit: ⁊ etiam ſeq̄retur dicēdo in minori/omne album ē animal nō equ⁹ ſi alia teneatur incongrua / ⁊ ſi iſta ponitur/ aduerte eē ſinonimitatem intrinſecam īter mediū ſ.b. ⁊ i maiori. Non autem poteſt eſſe cōcluſio exceptiua quia ſignum efficitur pars medij.

¶Quinta concluſio. Quando ambe p̄miſſe ſunt exceptiue/pōt ſequi vna cōcluſio quarti ordinis:vt bene valet:omnis homo preter ioannem eſt currens: ⁊ omne currens preter album eſt homo p̄ter ioannem:ergo nō omne currēs p̄ter album nō eſt currens. Nō autem ſequeretur hec/omne currēs preter album eſt currens . Nam in caſu q̧ tantum ſint ſortes ⁊ ioannes ⁊ brunellus: ⁊ brunellus ſit omne albū ⁊ ipſe ſortes currat/ioannes autē nō/aн̄s eſt verum ⁊ nō ꝯñs. Hic autem aduerte/ q̧ ambabus p̄miſſis exiſtentibus exceptiuis:nō pōt fieri ſubſumptio ſub parte extra capta tātum/nec ſub termino a quo fit exceptio tm̄/ſed ſub toto aggregato vt factum eſt. Vn̄ iſte premiſſe.ſ.omne ens p̄ter finitum eſt deus : omne bonum preter increatū eſt finitū/nō ſunt habiles ad inferēdū cōcluſionē aliquā i q̄ ponat̄ ly p̄ter bis ſicut fuit poſitum in an̄te.

¶Sexta ꝯcluſio. Ex maiori vl̄i negatiua nō exponibili ⁊ minori exceptiua:pōt ſequi vna concluſio negatiua in qua loco de ly preter ponatur negatio infinitans. Et etiam vna exceptiua tertij ordinis:vt bene valet/nullus leo ē currēs:omne rugibile preter album eſt leo: ergo omne rugibile nō album nō eſt currens. Quod autem ſequat̄ vna tertij ordinis pꝫ/quia iſta infert̄ ex predicta cōcluſione. ſ. omne rugibile nō preter album ē currēs/q̄ ē tertij ordinis/q̄ ꝺ primo ad vltimum ex p̄miſſis p̄mis infert̄. Quod autem nō ſe q̄l vna ſecūdi ordinis patet/quia nō tenet/nullum riſibile eſt album:omne animal preter brutum eſt riſibile: ergo omne animal preter brutum eſt album . Nam in caſu quod nullum animal ſit album/aн̄s eſt verum ⁊ ꝯñs falſum.

Pro exceptiuis autem ſecundi ordinis ſit prima concluſio.

¶ Si ſubſumptio fiat ſub toto aggregato pñia eſt valida nullo interueniēte defectu. Ut bene ſequitur / omne animal preter leonē non eſt album: ⁊ oē nigrum eſt animal nō leo / ſeu pter leonem (nam ꝓ eodem vtrunqꝫ recipio in ꝓpoſito) ergo nullum nigrū eſt album. Et ſi minor eſſet particularis ſequeretur cōcluſio eiuſdem quantitatis.

¶ Secunda concluſio. Subſumēdo ſub termino a quo fit exceptio / pñia erit valida: ⁊ poteſt inferri vna exceptiua eiuſdem ordinis ſi medium ⁊ minor extremitas diſtribuantur: aut ſi medio diſtributo minor extremitas diſcrete ſteterit / vel collectiue. Ut bñ valet / omne animal pter hominem nō currit: ⁊ omnis ſubſtātia omne animal eſt: ergo omnis ſubſtātia pter hominem nō currit. Si autem minor extremitas ſteterit particulariter nō ſequitur cōcluſio exceptiua eiuſdem ordinis / ſed tertij: aut vna non exceptiua. Añ nō valet / omne nigrum preter leonē nō currit: ⁊ animal omne nigrum eſt: ergo animal pter leonem non currit. Nam poſito quod ſit vnus leo currēs qui ſit omne nigrum: ⁊ ſint cetera animalia currētia / añs eſt verum ⁊ pñs falſum. Ueritas añtis patet quoad minorem ⁊ duas vltimas exponētes maioris: ſed quoad primam pꝫ / quia ē negatiua de ſubiecto nō ſupponēte. Cōſeqñtis vero falſitas liquet / deſcēdendo ſub ly animal ad omnia animalia preter leonem pro quibus ſupponit / ſequeret autem hec / nō ois ſubſtātia pter leonē currit: aut hec / ſubſtantia non currit.

¶ Tertia concluſio. Si ſubſumptio fiat ſub parte extracapta / pñia eſt bona inferēdo vnam exceptiuam eiuſdem ordinis: dum tamē medium ⁊ minor extremitas diſtribuatur in. b. Exēplū ē facile. Si vo hoc nō ſeruet nō oportet pñiam valere. Unde nō valet / oē animal pter leonem nō ē rugibile: ⁊ fauellus ē leo: ergo omne animal pter fauellum non eſt rugibile. Nam caſu ꝙ ſint plures leões in mūdo / quoꝝ vnus ſit fauellus / datur inſtātia. Ualeret autem ſi mediū vtrobiqꝫ diſtribueret / et minore extremitate ſtāte diſcrete aut collectiue / nullo errore commiſſo.

¶ Quarta cōcluſio. Sub termino reſpectu cuius fit exceptio (aut quod idē eſt) ſub predicato exceptiue valet ſubſumptio / ſi nullus accidat defectus vt ſequit / ois ſubſtātia pter leonem nō eſt animal / ⁊ omne riſibile eſt animal: ergo omne riſibile nō omnis ſubſtātia pter leonem eſt. Non autem pōt ſequi exceptiua eiuſdem ordinis: niſi mediū vtrobiqꝫ diſtribuatur. Unde ſi in minori diceret / omne riſibile omne animal eſt: bene ſequeretur hec / omnis ſubſtātia preter leonem nō eſt riſibile. Ratio eſt: quia ſi medium nō diſtribuat / ex puris particularibus rōne ꝓpoſitionū: ex quibus cōcluſio hec vltima ferri dnotat: ille añt ſunt vltima exponens maioris ⁊ propoſitio minor.

Pro exceptiuis tertij ⁊ quarti ordinis ponitur concluſio communis.

¶ Ex nullis duabꝰ exceptiuis tertij / aut qrti ordinis pōt ſequi ɔclo ſilogiſtice / eo ꝙ tales ſint ꝓpoſitiones negatiue in ꝓpoſito. Exemplū primi non valet / nō omne animal pter hominem eſt ens: ⁊ nō oē animal preter hominem eſt ſubſtantia: ergo ſuſtantia nō ē ens. Exemplum ſcđi / nō omne animal pter brutum nō eſt rōnale: ⁊ non omne animal preter brutum non eſt rationale / ergo rationale non eſt rōnale.

¶ Pro exceptiuis tertij ordinis / ſit prima concluſio ſpecialis.

¶ Sub toto aggregato nō valet ſubſumptio: Ut nō valet / oē albū nō pter leões currit: ⁊ ois homo oē album pter leonē eſt / ergo nullus homo currit. Nam caſu ꝙ ſit ſolus ſortes ⁊ ſit albus ⁊ currat / añs ē verum ⁊ pñs falſum. Hoc patet: quia nō quelibꝫ exponens maioris infert cum minore cōcluſionē / quod oportet: vt ſupra dictum eſt.

¶ Secunda concluſio. Sub dictione a qua fit exceptio vꝫ ſubſūptio: ⁊ ſub tꝰo reſpectu cuiꝰ fit exceptio nullo defectu cōmiſſo. Exēplū primi: bñ ſequit / oē animal nō pter leonem currit: ⁊ oē rugibile oē aīal eſt: ergo omne rugibile nō preter leonem currit. Secundi / oē nigrū nō pter hoīeꝫ ē aīal: ⁊ oē aīal omne currēs eſt: ergo oē nigrum non pter hoiem eſt currēs: arguitur in quarta figura.

¶ Tertia concluſio. Sub dictione extracaptā ſvꝫ ſubſumptio: niſi mediū ⁊ maior extremitas diſtribuāt vł ſtēt diſcrete. Añ nō ſequit / oē aīal nō pter equum currit: fauellus ē equꝰ: ergo oē animal preter fauellum currit. Nam caſu quo omnis equus curat / fauello quieſcēte ⁊ cetera animalia ſimiliter quieſcātia: añs ē verum ⁊ nō pñs. Si vero. d. eēt hec / fauellꝰ omnis equus eſt: pña eſſet bona.

¶ Pro exceptiuis quarti ordinis / ſit vnica concluſio ſpecialis.

¶ Ex vna non exceptiua affirmatiua ⁊ alia exceptiua huius ordinis pōt ſequi vna eiuſdem ordinis nullo cōcurrēte dfectu. Ut bñ valet / omnis leo oē currens ē: ⁊ non oē albū pter bibēs nō eſt leo: ergo nō omne albū pter bibens non eſt currens. Si vero diceretur in maiori / omnis leo ē currēs / daret antecedēs verum ⁊ pñs falſum: in caſu ꝙ tāntū ſint tria animalia alba. ſ. vnus leo ⁊ vnus equus currētes p riuulum ⁊ bibētes: ⁊ vnus ceruus nec bibens nec currēs. Et ratio eſt / quia arguitur a non diſtributo ad diſtributū ex parte maioris extremitatis: nō autē refert ꝙ in prima exponēte pñtis ly currēs nō diſtribuat / eo ꝙ diſtribuitur in tertia / que denotat inferri ex maiori ⁊ ex vltima exponēte minoris. ¶ Solutiones argumentorum patent ex dictis.

Contra iſtas autem conditiones arguitur primo ſic. Non valet / omne album pter irrationale. b. medietas animalis vel homo ⁊ omnis medietas materie eſt: ⁊ omne irrationale aliqđ irrationale eſt: ergo omne album preter irrationale. a. medietas animalis vel homo ⁊ omnis medietas materie eſt: ⁊ nullus dfectus interuenit: igitur. Quod autem nō valeat patet: caſu ꝙ ſolū ſit plato cū multis irrōnabilibus ⁊ nō ſit niſi vnica materia / in qua cōmunicent iſta oīa animalia ⁊ oīa ſint alba / dabitur añs verum ⁊ cōſequens falſum.

¶ Ad argumētum dicit pñam nō valere / eo ꝙ arguat a cōfuſa ad determinatam ex pte vltimarum exponētium quod hic eſt inconueniens / eo quod confuſa habeat ſuam vim.

¶ Secundo ſic arguitur. Non valet / omne ens pter creaturam eſt deus: ⁊ omnis leo eſt creatura ergo oē ens pter leonē eſt deus: ⁊ tamē in eo nullꝰ interuenit defectus: igitur.

¶ Ad argumētū negatur minor / arguit enim ab inferiori ad ſuū ſuperius cū diſtributione: in plus enim

ſe habet ens preter leonē: ꝙ ens ꝑter creaturā. Ex pre
miſſis autem prefatis poſſunt inferri he concluſiões
ſ. nõ oē ens nõ preter leonem ē deꝰ: ⁊ iſta / oīs leo ē ens:
⁊ iſta / nullus leo eſt deus.

**Tertio non valet / omne animal ꝑter ho**
minem eſt rationale: ⁊ omne ſenſibile eſt animal: er-
go omne ſenſibile eſt rationale: tñ nullus defectꝰ com
mittitur: igitur. Cõſequētis falſitas ē nota: ⁊ veritas
minoris. Sed maioris veritas patet ꝑ ſuam contradi
ctoriam / q̄ ē iſta / non oē animal ꝑter hominem nõ ē ra
tionale. Et ꝙ iſta ſit ſua cõtradictoria pꝫ: quia exponit
diſiunctiue: ⁊ ſcđa exponens cõtradicit ſcđe exponēti
maioris: igit ē ſua cõtradictoria: ꝯña tenet ꝑ regulam
poſitam in exponibilibus: in qua dicit oēs ꝓpoſitio-
nes ſic ſe habētes / ꝙ vna exponitur copulatiue ⁊ alia
diſiūctiue: ſi alique exponētes eax participant legem
contradictoriarum / ⁊ ipſe exponibiles eandem legem
participant.

Ad argumētum negat minor: mediū enim tenet ꝓ
pluribus in minori q̄ in maiori: ⁊ nõ diſtribuitur in
ea. Et ſi ꝯña ſit nulla / negat tñ añs eē verū. Nã maior
ē falſa: ⁊ ad rationem dicit / regulā illā intelligendā eē
de exponētibus habētibus extrema cõſtituta ex termi
nis quorum vnus ponit in ſubiecto exponibilis ⁊ al-
ter in predicato. Itaqꝫ volo dicere ꝙ nõ ſufficit aliq̄s
exponētes ꝑticipare legem cõtradictoriarū: ſi cõponā-
tur ex terminis poſitis in vno extremo exponibilis /
hoc patet in ꝑfatis ꝓpoſitionibus: quarum ſecūde ex
ponētes ſunt cõtradictorie: q̄ ſunt iſte / omnis homo ē
animal / ⁊ hõ nõ ē animal: qꝛ tñ hax extrema ponunt ī
ſubiectis exponibiliū: vt notū eſt: nõ põt inferri expo-
nibiles contradicere inter ſe.

**Quarto non valet / cuiuſlibet hominis ꝑ**
terquam petri quilibet leo currit: oē rugibile ꝑter fa-
uellū ē hominis nõ petri leo: ergo oē rugibile ꝑter fa-
uellum currit: ⁊ tamē nullus defectus eſt in eo: igitur
ꝙ nõ valeat patet / in caſu ꝙ petrus nõ habeat leonem
ſed omnis alius homo poſſideat vnū leonē currētem
⁊ ſit fauellꝰ leo nõ poſſeſſus ⁊ currēs: tūc. n. añs ē verū
⁊ ꝯñs falſum.

Ad argumētum dicitur ꝙ nõ debꝫ cõcludi excepti
ua qñ ambe ſunt exceptiue primi ordinis: ſed bñ hec /
.ſ. oē rugibile non fauellus currit: vel ſi concludit ex
ceptiua / ðbet eē quarti ordinis. Unde põt inferri hec /
non oē rugibile preter fauellū non currit. Et de hoc di
xi in concluſione quinta. Et hactenus de exceptiuis.

### De ſillogiſmis in reduplicatiuis.

**Poſt hec mouenda eſt queſtio de re**
duplicatiuis. Quo circa queritur / an in eis
teneat ſillogiſmus? Et videtur ꝙ non / qꝛ non
valet / omnis homo inquantum rationalis eſt riſibi-
lis: ⁊ omne riſibile eſt album / ergo omnis homo in-
quantum rationalis eſt albus: ⁊ tamē argr in barbara
quarte figure: igitur.

Secundo nõ valet / nullus hõ ē lapis / ⁊ omne riſi-
bile inquātū homo nõ eſt lapis: ergo nullum riſibile
inquātum homo eſt homo: nec ſequitur hec / oē riſibi
le inquantum hõ non eſt homo.

Tertio: nõ tenet / oē ſenſibile eſt animal: ⁊ nõ omne
coloratum inquantum coloratum eſt animal: ergo nõ
omne coloratum inquantum coloratum eſt ſenſibi-
le: igitur.

Quarto nõ ſequitur / nõ oīs homo inquātum ho-
mo mouetur: ⁊ non omnis homo inquantum homo
currit: ergo nullum currens mouetur: ⁊ nullus com-
mittitur defectus: igitur:

**Sed contra / optime valet / omne animal**
inquātū al' ē ſenſibile: oīs hõ ē al': ergo oīs hõ inquātū
animal eſt ſenſibilis.

**Ad queſtionē (ꝑmiſſo ſubſumptionē poſ-**
ſe fieri quadrupliciter ſicut in exceptiuis) reſpõdetur
per concluſiones.

**Prima concluſio vniuerſalis eſt. Quan**
do ſubſumptio fit ſub toto aggregato. ſ. ex terminis
ꝑcedēte ⁊ ſequēte immediate ly inquātum / bñ inferri
poteſt vna vniuerſalis vel ꝑticularis nõ tñ reduplica
tiua / quia ſillogizatur ſub toto ⁊ ly inquātum ꝑtinet
ad mediū. Unde bñ valet / oē album inquātum albū diſ-
gregat viſum: oīs cignus eſt albus inquātum albus:
ergo omnis cignus diſgregat viſum: ⁊ ſumit ly inquā
tum cõcomitāter. Minor enim eēt falſa ſi diceret cau-
ſalitatem: in quo ſenſu philoſophus dixit ꝓpõnem af
firmatiuam de reduplicato predicato eſſe inītelligibi
lem / eo quod non poſſit intelligi aliquid eſſe cauſam
ſui ipſius.

**Secunda vniuerſalis eſt. Sub termino**
ꝑcedēti ly inquātum / bñ valet ſubſumi inferēdo vnā
propoſitionem eiuſdem ordinis cum premiſſa: vt fit in
argumento in contra.

**Tertia vniuerſalis. Sub dictione ſequē-**
te ly inquātum / nõ valet ſubſumptio / ad minus ſecū
dum quā poſſit vna reduplicatiua eiuſdem ordinis cū
ꝑmiſſis inferri. Unde nõ valet / oīs hõ inquātum rõnale
ē riſibilis / ⁊ oē currēs oē rationale ē: ergo omnis ho-
mo inquātum currēs ē riſibilis. Et ratio eſt quia vir-
tualiter ſubſumit ſub cõditionali in ordine ad totā cõ-
tionalem: quod nõ licet: vt ſupra dictū ē. Dicit ad mi-
nus ſcđm quā: ⁊c. quia aliquādo põt ſequi vna de ter
tio ordine: vt bñ valet / oē album ē leo / oē rugibile in-
quātum album nõ eſt leo: ergo non oē rugibile inquā
tum leo nõ eſt leo. Et ſi inſurgas dicēs ſic concluden
do etiā ſubſumi ſub cõditionali / ſicut aliter concludē
do: igit ratio aſſignata ē nulla. Ad hoc rñdet nõ eē ſi-
mile / quia quādo cõcluſio ē de tertio ordine põt veri-
ficari ꝓ alijs exponētibus a conditionali: ac proinde
virtus illatiua non innitetur tali ſupſumptioni / ſed ꝓ
vt fit ſubſumptio reſpectu aliarum exponentium a
conditionali.

**Quarta concluſio vniuerſalis. Sub predi-**
cato reduplicatiue nõ valet ſubſumptio duplici rõne:
⁊ quia eiꝰ diſtributio ē incompleta: ⁊ quia virtualiter
ſubſumit ſub conditionali. Unde nõ ſequit / ſubſtātia eſt
equus: ⁊ oīs bos inquātum animal ē ſubſtātia: ergo
omnis bos inquātum animal ē equus. Nec refert di
cere nõ valere / eo ꝙ ex ꝑte de ly equus arguit a nõ di
ſtributo ad diſtributum. Nam poſito ly. b. vt non di-
ſtribuatur: vel dicēdo in maiori / omnis equus / et ꝯña
erit nulla. Si vero medium diſtribuat cõplete ⁊ nõ in
feratur vna reduplicatiua / ꝯña erit bona: quia vtrūqꝫ
incõueniēs tollit. Unde ſi in maiori diceret / omnis ſub-
ſtātia ē equus / ſequeret hec cõcluſio / omnis bos eſt
equus: ⁊ hoc ratiõe prime exponētis minoris cum ma
iori: ⁊ ēt ſequeret hec / oē animal eſt equus: ⁊ hoc rõne
exponentis tertie.

**Quinta concluſio ſpecialis. Ex ambabꝰ**
reduplicatiuis ſumpto ꝓ medio termino precedēti re
duplicationem nõ põt fieri ſubſumptio / ob ineptitudi
nem concluſionis q̄ deberet inferri / oporteret. n. vnā

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

reduplicatiōem immediate ſequi aliam: vt hic / omne aīal inquātū albū ē coloratū: ⁊ oē corpꝰ ſenſibile inquātū ſenſibile ē aīal: ergo oē corpꝰ inquātū ſenſibile inquātum album eſt coloratum.

¶ Sexta concluſio. Ex ambabus premiſſis reduplicatiuis tertij / aut quarti ordinis nō valet fieri ſillogiſmus: eoq̄ arguaꝉ ex puris negatiuis.

¶ Septima concluſio. Ex maiori non reduplicatiua / nō ſequiꝉ cōcluſio reduplicatiua: vti nō ſeqtur / omnis leo eſt niger: ⁊ oē rugibile inquātum rugibile ē leo: ergo oē rugibile inquātū rugibile ē nigrū. Nec ſequeretur ſi apponeretur ly. b. vt nō diſtribuaꝉ ly nigrum. Ratio eſt / quia quarta exponēs cōcluſiōis ex nullis exponētibus minoris cum maiori infertur Et variaꝉ appellatio de ly inquātum: eo q̄ variaꝉ illatio de ly ſi / quod ibidem claudiꝉ. Si vero cōcluſio p̄fata ſumereꝉ in ſenſu reduplicato / ꝯña eſſet bona: dum tamē equiualeret huic / oē rugibile eſt leo. Ex hac cōcluſione colligiꝉ ſolutio ꝓ primo argumento / ꝯña enim nō valet rōne nūc dicta. Nam idem ē iudiciū de illo ſillogiſmo ⁊ de iſto: eo q̄ quarta figura reduciꝉ ad p̄mā: trāſpoſitis p̄miſſis. Ex hoc eodem etiam ſumiꝉ ſolutio ſecundi argumēti. Aliorū vero duoꝝ ſolutiōes habentur ex dictis.

¶ Contra hec autem dicta / arguitur vnico argumēto. Nō valet / homo inquātum rationalis eſt riſibilis / ſortes ē homo inquātum rationalis / ģ ſortes inquantum rationalis eſt riſibilis: tamen arguiꝉ per regulas / igiꝉ: quod nō valeat pꝫ: quia arguiꝉ ex puris particularibus.

Sed contra hanc ſolutionem ſi replicatur/ nihil ē in intellectu qđ prius nō fuerit in ſenſu: ſed deus non poteſt eſſe cognitus ſenſu: igitur: nec intellectu. a. eſt philoſophi in multis locis. b. eſt beati dyoniſij: vt pꝫ per autoritatem ſupra inductam: igitur. Ad hanc maximam dicitur/ ſic eē intelligēdum nihil eē in intellectu quin prius fuerit in ſenſu. ſ. vel ſecundum totū vel ſecundum ſuas partes: vel ſecundum ſimile/ vľ diſſimile: vel ſecundum ſuum fundamentū ꝓximum: vel remotum. Exemplum ꝓmi/ hec albedo q̄ intelligi pōt ⁊ ſi reflexe que ſcđm ſe totam fuit in ſenſu. Exemplum ſecundi/ dom⁹/ quam poteſt cognoſcere hōſi viderit eius ptes. Exemplum tertij/ poſſum cognoſcere vnū leonem cognito alio. Dicitur quarto/ quod poſſum cognoſcere tenebras viſa luce. Dicitur quinto/ ꝙ poſſumus intelligere ſpeciem cognitis indiuiduis. Diciẗ ſexto/ ꝙ poſſumus intelligere chimeram non poſitiue ſed abnegatiue/ cognitis ꝑtib⁹ q̄ nō pñt cōiungi. Dicitur ſimiliter ſecundum fundamentū remotū: ꝓpter illud qđ intellectus intelligit/ đducens ſua viuacitate ex reſenſata illud qđ nullo pacto poteſt ſub ſenſu cadere/ arguitiue ⁊ ꝑ plures medias ꝯñas/ quemadmodum philoſophus in octano phiſicorū ⁊ in. 12. methaphiſice: ex iſtis rebus ſenſatis plures deducens cōcluſiones: concluſit vnicum eſſe primum motorem. Unde ⁊ apoſtol⁹ ad romanos primo dicit/ Inuiſibilia. n. ipſius. ſ. dei ꝑ ea q̄ facta ſunt intellecta cōſpiciuntur: ⁊ i libro ſapientie/ cap. 13. a magnitudine enim ſpeciei ⁊ creatoris poterat cognoſcibiliter horū creator videri. Et ſi queras quomodo igitur formamus conceptū dei reſpondetur ſecundum mentem beati dyoniſij ꝙ potius negatiue q̄ poſitiue/ ſic. ſ. Primo formamus conceptum entis: quod ſecundum auicenam ē ꝑmum quod in apꝑhenſione noſtri intellectus cadit. Poſt hoc remouemus ab eo omnem conditionem materialem/ ⁊ omnem finitatem/ ⁊ omnem impꝑfectionem: ⁊ ſic de alijs proprietatibus creatis: ⁊ tunc reſultat conceptus quidam ſoli deo cōueniēs: licet eum non ꝑfecte ⁊ diſtincte repñſentet. Sed eo modo quo debilitas noſtri intellectus patitur: attribuimus tamen illi rei repñſentate ꝑ talē conceptū oēꝫ ꝑfectiōeꝫ q̄ ſimpľr ē ꝑfectio/ ⁊ alia ꝑdicata q̄ ſoli creatori conueniunt.

Ad ſcđm negatur añtis ꝑma ps: ⁊ ad ꝓbationē negaẗ añs: ⁊ ad ꝓbationem negaẗ .b. ⁊ ad eius ꝓbationem negaẗ ꝯña: ⁊ ad eius ꝓbationem diſtinguitur añs. ſ. ꝙ nulla creatura poſſit deum repñſentare vel perfecte ⁊ clare ſicut ipſe eſt ⁊ ſic concedo: ⁊ ſic loquitur doctor ſanctus: vel impꝑfecte ⁊ ſic negaẗ: ⁊ ſic loquimur in preſenti.

Pro tertij ſolutione ſciendum/ ꝙ terminus tam cōmunis q̄ ſingularis in rebus creatis exigit in reb⁹ de quibus dẗ ꝑfectionem ⁊ impꝑfectionem. Uerbi gratia/ ly homo dicit cōmunitatē nature ꝑ eū ſignificate ⁊ hoc ꝑfectio ē/ q2 oē bonum ē communicabile. Sed hec cōitas ē cum diuiſione vľ multiplicatione nature ⁊ hoc eſt impꝑfectio: cuius ſignum ē ꝙ q̄libet res naturaľr repugnat ſue diuiſioni ſed nō ſui cōmunicationi. Primū pꝫ ꝑ beatū dyoniſium dicētem/ oē bonum eē ſui cōicatiuum. Scđm pꝫ ꝑ boetiū dicētē oē quod ē intantū ē inquantum vnum eſt. Unde ſicut omne ens repugnat ſue corruptioni/ repugnat ſui diuiſioni: ly ſortes autem dicit ſimiľr ꝑfectionē inquantum dicit indiuiſionem. Nam ob hoc dicitur ſortes indiuiduum quia in ſe indiuiſum: ⁊ ab alijs diuiſum: ſed quia hec diuiſio eſt cum incommunicabilitate dicit etiam imperfectionem/ quia talis incōmunicabilitas imperfectio quedam eſt. Et loquor de incōmunicabilitate nature nō ſuppoſiti: Uolo dicere ꝙ indiuiduū ꝑfectum omnino talis debet eē nature vt illa natura vna que eſt in illo ſuppoſito/ ſit communicabilis: lꝫ ipſum ſuppoſitum vt ſic/ ſit incommunicabile. Ex quibus elicitur illum terminum deus/ non eſſe omnibus modis terminum diſcretum nec terminum communem: ſed amplectitur vtriuſqꝫ ꝑfectionem excludens vtriuſqꝫ imperfectionē. Nam ſic dicit quandam naturam indiuiduam vt ſit etiam communicabilis pluribus ſuppoſitis non per diuiſionem ſed ꝑ identitatem. Et ſic dicit naturam pluribus communicatam realiter ⁊ idētice: vt ipſamet natura indiuiſa ſit in vnoquoqꝫ ſuppoſitorum ſuorum. Et ſic pꝫ ꝙ communicabilitas que erat ꝑfectio in termino communi ⁊ indiuiſio q̄ erat in termino ſingulari reperiuntur in ly deus. Sed diuiſio vel multiplicatio nature que erat impꝑfectio in termino communi ⁊ incommunicabilitas q̄ erat impꝑfectio in termino ſingulari excluduñẗ ab eo. Nec ex his ſequitur ly pater/ vel ly filius in diuinis dicere impꝑfectionem licet dicat incommunicabilitatē/ quia illa ſolum eſt ratione ꝑſonalitatis aut ſuppoſiti: non ratiōe nature numerice exiſtētis in ſuppoſito: quia illa communicabilis eſt: qđ nō reperitur in ly ſortes/ vľ ly plato. Et videaẗ ꝓ hoc: D. S. ꝓ. ſen. d. 4. q. 1. ar. 4. ad. 3. Et ꝑ hec patet ſolutio ad argumentum: conceditur. n. ly deus non eē omnibus modis terminum cōmunē aut ſingularē formaliter. Sed eminēter cōtinere vtriuſqꝫ perfectionem.

Pro ſolutione quarti ⁊ pro tota hac materia diligenter aduertēdū eſt Primo iter deū ⁊ alias creatas ſubſtantias eſſe diſcrimen maximum penes naturam ⁊ ſuppoſitum. Nam in creaturis non poſſumus cōſiderare naturam ⁊ ſuppoſitū niſi ſtricte. In diuinis autem poſſumus conſiderare naturam ⁊ ſuppoſitum large ⁊ ſtricte. Pro quo ſciendum: quod ſuppoſitum large eſt ſubſtantia indiuidua exiſtēs. Suppoſitum ſtricte eſt ſubſtantia indiuidua exiſtens incommunicabiliter. Primo modo deitas in concreto deſignata poteſt dici ſuppoſitum: quia eſt ſubſtantia ⁊ exiſtens ⁊ indiuidua: non tamen incommunicabilis: ⁊ tale ſuppoſitum aliquando dicitur abſolutum/ aliquando indiſtinctum. Non tamen ex hoc ſequitur quatuor eſſe ſuppoſita in diuinis: Nam hoc ſuppoſitū identificatur cum qualibet perſona/ ⁊ proinde nō conſtituit ſuppoſitum diſtinctum numero. Sicut deitas nō ponit in diuinis diſtinctā quartā entitatē a patre

⁊ filio ⁊ ſpiritu ſancto. Sed vna illa numero entitas eſt illa tria ſuppoſita: ⁊ hoc ideo eſt/ quia ly deus ⁊ ly deitas idem ſunt realiter/ differunt tamen ratione: eo ꝙ ly deitas ſignificat naturam diuinã prout habet: ⁊ ly de⁹ ſignat hñs naturã: ⁊ ḋ rõne ſuppoſiti ē ꝙ habeat aliquã naturã. In creaturis igit̃ nõ reperit̃ aliqd hñs naturam realiter: quin realr̃ ſit incõmunicabile. Hoc ſic pȝ: ⁊ ſumo iſta tria q̄ ſūt/ humanitas/ hõ/ ſortes. Humanitas eſt natura habita: homo hñs humanitatẽ: ⁊ ſi loquimur de habente humanitatem realiter nõ poteſt inueniri habens vnam humanitatem: vnam inquam realiter: quin ſit incommunicabile. Pȝ/ quia hoc nõ erit niſi ſortes vel plato: ⁊ ſi apphendat̃ humanitas vt communicabilis hoc erit ſcdm̃ rationẽ/ In diuinis vero inuenit̃ hñs naturam quod eſt communicabile: ⁊ illud ē hic deus (ſignata natura diuina in concreto) ⁊ hoc hñs naturam nõ ē pciſe aliqua pſona/ ſed idẽtice ē illarũ quelibȝ copulatim ⁊ copulatiue: ⁊ aliqñ dicit̃ tale ſuppoſitum/ ſingulare large vel indiuiduũ indiſtinctum vt dictum eſt. Et quia tale ſuppoſitum large/ eſt idem realiter cum natura diuina aliqñ ly deus dr̃ ſtare ꝓ natura in cõcreto: vt hic/ tres pſone ſunt vnus deus: ſumpto pdicato determinate. Et quia natura realiter ē idē cũ tribus pſonis ſimul: iõ aliqñ dicit̃ ſtare ibi ly deus pro pſonis indiſtincte vel confuſe/ ⁊ pro ipſis pſonis prout identificant̃ cum hoc deo/ ſignata natura diuina in cõcreto. Et quia etiam identificatur cum qualibȝ perſona diuiſiue ⁊ ſigillatim: aliqñ dr̃ ſtare pro vna pſona tantum: vt ibi/ deus generat: aliqñ pro duabus: vt deus ſpirat: ⁊c.

¶ **Sciendum ſecũdo./ quod li deus diuerſi**mode ſe habet ad ſtãdum pro natura vel ſuppoſitis: ⁊ alii termini creaturarum: Nam terminus ſignificans naturam in creaturis nunquam ſtat ſimpliciter (loquor de ſimplici ſuppoſitione in primo gradu) niſi aliud extremum ſit terminus ſcḋe intẽtionis: ⁊ ex ſe hẽt q̄liter ꝓ ſuppoſitis pmo ⁊ principalr̃: volo dicere ꝙ ly homo accipit̃ pmo ab intellectu in communi itellectione pro ſingularibus: Et ſi debet accipi pro homine in communi: oportet vt apponat̃ aliquod extremum illud denotãs. At vero ly de⁹ pmo ſtat pro hoc deo. i. pro natura/ diuina in concreto: ⁊ ſi debet accipi pro vna pſona vel pro alia/ opȝ vt apponatur aliud extremum ad hoc cogens: Nec obſtat huic quod. D. S dicit: p. pte. q. 39. art. 4. ꝙ ly deus ex mõ ſuo ſignificãdi hẽt quod poſſit ſupponere pro natura vel pſona: hoc enim verum eſt: quia loquitur de poſſe ſupponere que potentia poteſt reduci ad actum diuerſimode: ita vt pmo pro natura/ ⁊ ſecundario pro perſonis ſupponat.

¶ Et ſi dicas hoc idem eſſe in ſuppoſitione terminoꝝ creaturarum. Nam dicitur ſuppoſitionem ſimplicem eſſe acceptionem termini communis pro ſuo ſignificato vltimato pmario. ¶ Ad hoc dicitur non eſſe inconueniens id quod in vno ordine ē prius in alio ſit poſterius: Dicitur ergo ꝙ ly homo in ordine ſignificationis prius ſignificat hominem in communi ꝙ̄ homines ſingulares: ſed ordine ſuppoſitiõis prius ſupponit pro homine indiuiduo ꝙ̄ pro hoie in cõi. Et ratio eſt/ quia ſignificatio reſpicit rem vt intellecta eſt. ſuppoſitio vero prout eſt a parte rei/ quia vtimur tunc termino ꝓ re. Unde ſi dico/ homo currit: nolo dicere hominem vt intellectum a me currere: ſed prout eſt a parte rei. Et quia nullus homo eſt communis a parte rei: ideo ſtat primo pro ſingularibus: Sed in deo reperitur: hic deus communis realiter identice tribus perſonis/ qui eſt ipſa natura diuina in concreto: ideo pꝛimo ſtat pro hoc deo ꝙ̄ pro patre vel filio/ vel ſpiritu ſanto.

¶ Ex quibus colligitur ly deus in hac propoſitione pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus ſunt vnus deus (vt patet) ſtare proprie ſimpliciter. Nam redditur vera ratione vnitatis nature non ratione vnitatis perſone: ⁊ hoc ſiue ſumatur ly ⁊ complexiue ſiue diuiſiue. Non tamen nego illam eſſe veram ſumpto ly ⁊ diuiſiue/ etiam in ſuppoſitione perſonali. Et hinc oritur doctorem ſanctum dixiſſe pria. parte. q. 36. artic. quarto ad quintum ly principium in hac propoſitione confundi/ pater ⁊ filius ſunt vnum principium ſpiritus ſancti. Ex quo elici poteſt quod in alia ly deus ſtaret etiam confuſe tantum. Nam ibi ſuppoſitio confuſa ſumitur pro ſimplici: eo quod antiq quoſdam gradus ſuppoſitionis confuſe/ identificabant cum ſimplici: prout in paruis viſum fuit. Et loquor ſumpto ly ⁊ complexiue. Nam ſumpto diuiſiue poteſt ſtare confuſe: prout confuſa diſtinguitur a ſimplici. Nec refert quod totum copulatum precedat/ vel ſequatur quando ſtat pro natura: nam ſemper ſtat tunc ſimpliciter. Hinc etiam patet quare dixit beatus bonauentura ly deus ſtare determinate quando ſtat pro natura: eo ſcilicet/ quia pro vnica natura numero ⁊ realiter verificatur/ non quia ſtet pro vno ſuppoſito ſtricte ſumpto. ¶ Perſuadetur aũt hoc corolarium ſic. Nam ſic dicendo/ homo eſt ſpecies/ ly homo ſtat ſimpliciter/ eo quod verificatur non pro vno homine ſingulari ſed pro natura vna: vna inquam ſecundum rationem/ multo ꝗ fortiori ratione dicendo/ pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus ſunt deus/ ly deus ſtabit ſimpliciter: eo quod pro vnica natura numero realiter verificetur/ ſumpto ly ⁊ complexiue. Thomiſte autem vnum hic aduertant vt doctiſſimum capreolum (vt fas eſt) defendant illum ſumpſiſſe propoſitionem illã/ ſcilicet/ pater ⁊ filius ſunt vnum principium ſpiritus ſancti: in ſenſu ꝙ ly ⁊ ſumitur diuiſiue/ quando aſſerit ſub predicato poſſe fieri deſcenſum diſiunctum ad perſonas: Et ad argumentum gregorii probantis li principium/ non ſtare confuſe: eo quod non licet deſcendere patet ſolutio ex capreolo ſi ſumatur diuiſiue/ poſſumus enim deſcendere diſiunctim ad patrem ⁊ filiũ/ ⁊ erit vera ſicut hec/ Petrus ⁊ paulus eſt apoſtolus deſcendendendo diſiunctim/ cuius veritas patet/ reducendo eam poſtea ad copulatiuam in cuius qualibet categorica debet poni totum diſiunctum. Si vero ſumatur ly ⁊ complexiue (in quo ſenſu etiam ē vera) patet ſolutio ex dictis. Nam illa confuſa identificat̃ cum ſimplici: ideoq̧ nullo pacto deſcendendum ē: ſtat enim ly pncipium indiſtincte pro natura diuina: non autem abſolute pro natura vbicunq̧ ſit. Nam ⁊ ſic ſpiritus ſanctus etiam ſpiraret/ ſed pro natura diuina ꝓ vt eſt quedam virtus ſpiratiua indiſtincte in patre ⁊ filio: ⁊ ſic ſtat ſimpliciter pro illa virtute que eſt idem cum eſſentia realr̃. Pro oibus his videat̃. d. ſ. a. q. 36. prime partis vſq̧ ad. 39.

¶ Ad quintum reſpondetur/ diſtinguendo antecedens/ quia vel ly eſſentia ſumitur pro ſuo ſignificato formali. ſ. ꝓ natura: vel ꝓ identico ſignificato: ſcilicet pro ſuppoſitis. Si primum/ nego ly eẽntia diſtribui: immo aſſero eſſe propoſitionem ineptam/ ⁊ incongruam ⁊ male ſonantem. Et ratio eſt/ quia cum ſumatur pciſe ꝓ natura (intelligo pciſe. ſ. ſecũdum ꝙ ſcdm̃ rationẽ pcindit a ſuppoſitis) ⁊ illa natura ſit vnica numero inepte valde additur ſibi ſignum vniuerſale/ ſi-

eut inepte diceretur/omnis ſortes currit/aut omnis homo eſt ſpecies:ſuppoſito ly oīs non impedire ſimplicem ſuppoſitionem. Si vero ſtet ꝓ ſuppoſitis ⁊ cōcedatur (vt communiter fit) talis loquēdi modus/admittetur ly eſſentia ſtare diſtributiue: ⁊ diffinitio ſuppoſitionis ſic gloſanda eſt. Suppoſitio diſtributiua eſt acceptio termini pro ſuis inferioribus/aut ſuis ſuppoſitis copulatiue. An autem taliter loqui debeamus/dicetur infra.

¶ Ad ſextum negatur añs/⁊ ad eius ꝓbationem negat̃ ꝯña/⁊ ad ꝯñe ꝓbationē. Diſtiguo añs/ vel ex parte rei ſignātē ⁊ ſic concedo: vł ex pte termini ſignificātis ⁊ ſic nego. Nam ſi aliquis imaginaret̃ (licet falſe ⁊ peſſime) plures deos quorum vnus fuit qui nunc nō ſit/⁊ aliꝰ modo ſit/ly deus ſtaret ꝓ diuerſis ⁊ hoc ſufficit. ¶ Scd̄o dicitur ibi repiri ampliationem temporum ⁊ nō ſuppoſitorum. Tēporum inquā nō in quibꝰ deus exiſtat tanquā in menſura: ſed quibus coexiſtat quia deus coexiſtit omni tempore.

¶ Ad cōfirmationem/diſtinguo idem eē in deo/fore fuiſſe/⁊ eſſe/⁊ poſſibiliter eſſe: vel ſecundum rem: ⁊ ſic concedo: vel ſecundum rationem ⁊ ſic nego. Nam dicitur deum fuiſſe/quia coeſtitit tempori p̄terito. Dicit̃ fore quia coexiſtet. Dicitur eē/quia coexiſtit. Dicit̃ poſſibiliter eē/quia ptr coexiſtet. Nam ſi tempus eēt eternum deus illi coextiterat ⁊ coextitiſſet ab eterno: ſi ab eterno fuiſſet. ¶ Sed contra dicet aliquis/ergo ſi tēpus non eſſet aut fuiſſet aut foret/non diceretur deū eſſe/fore vel fuiſſe. ¶ Reſpondetur quia vel eſſe/fore/fuiſſe/dicit tempus noſtrum: vel reſpectum ad tēpus noſtrum p coexiſtentiam ⁊ ſic concedo: vel dicit eternitatem ⁊ ſic nego. Nam deus ſemper ē/licet nulla creatura ſit/ſed tūc non ꝓprie dicet̃/deus fuit/deus erit/ſed ſolum deus ē: quia tota eternitatis duratio ē ſimul.

¶ Ad dictum aūt philoſophi dicentis in ꝑpetuis nō differre eē ⁊ poſſe dr̃/illud intelligēdū ꝺ eē ⁊ poſſe ſecūdum potentiam paſſiuam ſubiunctiuam non actiuam. Nam liquidum ē hāc eſſe veram ſecundū thomiſtas/mundus potuit eſſe ab eterno: non tamen ſequitur illum fuiſſe ab eterno: eo ꝙ ly potuit dicit potētiam actiuam dei/nō paſſiuam aut ſubiectiuam ipſius mundi/q̄ eſt materia vł aliquid ei ꝓportionabile. Nam anteꝗ̄ res ſit/nullam habet potentiam paſſiuam: aut actiuā exiſtentem realiter in ea. ¶ Scd̄o dr̃/ſenſum illius dicti eē iſtum/non differunt eſſe ⁊ poſſe/id eſt non ſeparantur in perpetuis eſſe ⁊ poſſe eē. Nam ſi res eterna aliquando poſſet eſſe ⁊ tunc non eſſet/iam non eſſet eterna: ⁊ ſic eſſet eterna ⁊ non eterna/quod contradictionem implicat. Non autē vult dicere omnino non differre. Nam poſito mūdum fuiſſe ab eterno/nō ē idē fuiſſe ⁊ fore/alias mundus non haberet aliquas mutationes ⁊ eēt immutabilis ſicut deus: qđ ēt ſecundū philoſophum conſtat eſſe falſiſſimum. Et loquit̃ philoſophus de ꝑpetuis a parte ante ⁊ a pte poſt: in quo ſenſu vera eſt ſua propoſitio:

¶ Ad ſeptimum/negat̃ ſecunda ꝑ añtis. Nam in exceptionibus regule illius ponit̃: niſi ſubiectū ſit terminus abſtractus: nam tunc ſtat ꝓ natura ꝓut ibi ſtat. Et de hoc dicetur amplius infra.

SEcūdo queritur. An leges oppoſitionū i p̄ſenti habeāt verū? Et videt̃ ꝙ nō/qꝛ iſte ſunt contradictorie. ſ. omnis eēntia diuina ē pater: eēntia diuina nō ē pater: ⁊ tñ ambe ſunt vere/ꝗ. Maior patet/quia eis nulla deeſt conditio. Minor vero ꝓbatur: ⁊ primo de prima: bñe valet/eēntia diuina ē pater: ⁊ nō eſt niſi vnica eēntia diuina/ergo omnis eſſentia diuina ē pater. Secunda probat̃ p deſcenſum diſiunctiuū ſub eius ſubiecto ad tres ꝑſonas: ſignatis enim ꝑſona filij ⁊ ſpūs ſancti due deſcendentes erunt vere.

¶ Sed in cōtrarium eſt/ quia ſi ratiōe fidei concedende eſſent due contradictorie vere: pari ratione iſte concederentur/aliquid quod fides dicit eſt verum/omne quod fides dicit non ē verum: hoc ē maniſeſtiſſime hereticū/ꝗ. Cōſequentia autem tenet/qꝛ non eſt potior ratio ꝺ iſtis ꝙ̄ de illis. Nō.n. repugnātia cōtradictoriarum inſurgit ex materia ſed ex forma talis oppoſitionis.

¶ Pro huius queſtionis elucidatione/quatuor fient. Primo ponent̃ opiniones varie loquētiū in hac materia. Secundo ponent̃ quedam fundamēta cuilibet intellectui (ni fallor) conformia. Tertio/quod in hac materia tenendum ſit (ſub catholicoꝝ doctorū cenſura) ꝓponam. Quarto reſpondebitur ad argumenta propoſita.

¶ Primo igitur ſciendum/quoſdam doctores tenere; quamlibet ſciētiam exigere ⁊ habere ſuam logicam/ita ꝙ ſcientia moralis habeat ſuam ꝓpriam logicam/⁊ naturalis ſuam: ⁊ mathematica ſuam ⁊c: ⁊ iſti (licet nō eēnt fideles ad minus qui primo dixerunt inter quos fuit auerroys) tenerēt̃ dicere ſi materiam trinitatis crederent: ibi aliam diſtinctiſſimam logicā eſſe ponendam/ex quo ſecundum eos poni debeat in methaphiſica q̄ ē ſcientia de deo quoad ea que naturaliter cognoſci poſſunt. Que poſitio irratinabilior ē ꝙ̄ reprobari merear̃: cū opinio talis aperte ponat logicā nō formā/ſed materiā reſpicere ſeu docere. Stultitie enim arguendus eſſet qui vellet ⁊ tempus ⁊ operam in eius impugnatiōe ꝑdere: philoſopho aſſerente/de quolibet ꝓferente contraria opinionibus ſapientum ſollicitum eē/ſtultum ē. Poſſet tamē aliquis pie interpretari eorum dictum dicens illud eē intelligendum ꝺ logica materie applicata/non abſolute cōſiderata: vł ſumendo logicam ꝓ modo ꝓcedendi in ꝓbandis concluſionibꝰ: nā nō in q̄uis materia ē eque efficax probatio/vt philoſophus aſſerit in ethicis dicens. Nō vbiꝗ̄ ē expetenda ratio mathematica/ſed diſciplinati hoīs ē afferre rationes iuxta materiam ſubiectam. Sed qualitercunꝗ̄ ſenſerint/nō bñ loquuti ſunt: vł nō bñ expſſere ſuos conceptus.

¶ Alij autem ſunt qui dicunt nullum diſcurſum ſillogiſticum in creaturis eſſe formalem: eo ꝙ in diuinis poſſit ei in ſimili inſtari: vt pꝫ p magiſtrum holcot ordinis noſtri p̄mo ſenten. q. 4. vel. 5. Et magiſter ockā ordinis minorum ponit hanc concluſionem. ſ. nullus diſcurſus quē ariſtoteles poſuit ē formalis. Probat̃/(dicit ipſe) quia tali diſcurſui poteſt inſtari in ſimili ī diuinis vt dicit ſe feciſſe in p̄cedentibus: ⁊ eſt concluſio ſui centilogi. 56. Sed ſi hoc eēt verum/ſequeret̃ nil nos poſſe ꝓbare ex creaturis in diuinis: eo ꝙ ſemꝑ dicē poſſet: ꝯñam nō tenere in diuinis lꝫ teneat ī ceaturis niſi forte velis dicere dictum horum debere intelligi/niſi tr̄i in diuinis diſtribuendi/diſtribuant̃ complete ⁊ ꝑticularizent̃ cōplete/qꝛ tūc diſcurſus factꝰ in diuinis bñ ē eiuſdē forme cū diſcurſu facto in creaturis: ⁊ ſi ille q̄ i diuinis ē formalis erit ēt in creaturis: ⁊ econuerſo. Et hoc quod dicunt de diſcurſibus/etiā tenent in oppoſitionibus.

¶ Pro huius autem dicti enodatione / ſcito duplicem eē diſtributionem (put in pñti de ea loquimur.ſ. completam ꝛ incompletam. Completa ſecūdum aliquos ē quando terminus diſtribuit (vt eorū verbis vtar) in termino ꝛ extra terminum ꝛ extra numerum. Vñ dicendo / oīs eēntia ē pr̄ / ad hoc ꝙ ly eſſentia diſtribuat complete modo dicto / oportet ſic deſcēdere / omnis eēntia diuina ē pater / ſignata natura diuina / ergo hec res que ē eēntia ē pater / ſignato patre per ſubiectum: ꝛ hec res que ē eēntia ē pater: ſignato filio ꝛ hec res que ē eēntia ē pater: ſignato ſpiritu ſancto / ꝛ iſte res que ſunt eēntia ſunt pater / ſignatis patre ꝛ filio: ꝛ hec res que ſunt eēntia ſunt pater / ſignatis patre ꝛ filio ꝛ ſpiritu ſancto: ꝛ quia in pma deſcēdēte ſolum poſuimus ly eēntia ē diſtributio in termino quia ſeruauimus terminum deſcenſe: ꝛ quia in aliis trib⁹ aſſumpſimus traſcendētem terminum numeri ſingularis / dicitur diſtributio extra terminum. Sed nō dicitur extra numerum: eo ꝙ ſeruauim⁹ ſemp numerum ſingularem. Verum quia in duabus vltimis deſcēdētibus poſuimus li res pluralis numeri / dicit diſtributio extra numerum. Diſtributio vero incompleta ſecundum eoſdem erit quando non deſcendimus omnibus illis tribus modis: ſed in tīo tm̄: vel in tīo / ꝛ extra terminum tantum.

¶ Particularizatio vero ſimiliter ē duplex.ſ. cōpleta ꝛ incompleta. Completa eſt / quando terminus particularizatur in termino / ꝛ extra terminū / ꝛ extra numerum: ita ꝙ deſcendimus ad omnia ſuppoſita ſumpta vt ſupra dictum ē / diſiunctiue tm̄. Incōpleta vero qñ deſcendimus non oīb⁹ illis modis / ſed p tīm tm̄ aut p terminum ꝛ extra tīm: ſed non extra numerum diſiunctiue.

¶ Alij eandem diffinitionem ſub aliis nominib⁹ tradunt. Dicunt enim diſtributionem tunc eē completā quando terminus diſtribuit p omnibus ſuis ſuppoſitis immediatis ꝛ mediatis. Incompletam vero / qñ do tantum p mediatis. Conſimiliter dicendum eſt de pticularizatione.ſ. duplicem eē.ſ. completam ꝛ incompletam. Incompleta ē / quando ſtat diſiunctiue p ſuis ſuppoſitis immediatis tantum. Completa vero ē qñ do p omnib⁹ mediatis ꝛ immediatis. ¶ Significatū autem immediatum vocant illud p quo termin⁹ ſupponere pōt / poſito p ipſe: ꝙ eēntia ꝛ ſuppoſitū diſtinguerentur realiter. ¶ Mediatū vero illud p quo terminus ſupponere poteſt ſolum modo ob hoc ꝙ eēntia eſt idem cum ſuppoſito. Et ſic ſignificatum immediatum de ly eſſentia ē natura diuina / mediatum vero tres pſone: Significatum vero immediatum de ly pater ē pſona patris. Mediatū vero natura diuina. Et ſic dicatur de aliis terminis ſimilibus.

¶ Alius dicit illa ſigna / omnis ꝛ nullus / non ſufficere ad conſtituendam diſtributionem completam: ideo dicunt oportere accipere alia. Et ſic dicunt ꝙ hec completa / omnis res que ē / nulla res que ē / eē ſigna diſtributiua complete. Imaginant tm̄ illud aggregatum.ſ. omnis res que ē habere vim vnius ſincategorematis complete diſtribuentis. Unde ſi volumus diſtribuere ſubiectum huius ppoſitionis / eēntia diuina eſt pater / non ſufficit dicere / omnis eēntia diuina eſt pater: ſed dicere / oīs res que eſt eſſentia diuina eſt pr̄. Ubi debemus imaginari ly eēntia diſtribui a toto illo cōplexo / omnis res que ē / ꝛ non totum hoc / res q̄ ē eſſentia a ly omnis. Sed hoc dictum nō videt ſufficiens / quia ſecundum iſtum doctorē cōceditur hec / omnis res q̄ ē pr̄ / ē pater: vbi ly pater diſtribuitur a toto illo aggregato omnis res que ē / que tamen eſt falſa: vel diſtributio ē inſufficiens. Quod autem concedat pater (ni fallor) p doctorem cuius ē hec doctrina: qui ē dñs petr⁹ de aliaco cardinalis in primo.q.5. vbi arguens contra ſe dicit ſic: non valet / omnis res que ē pr̄ ē pater / ſed filius eſt res q̄ ē pater: ergo filius ē pater: ꝛ tamē añs ē verum ꝛ ꝯñs falſum / in cuius conſequentie ſolutiōe dicit / peccatum eē: eo ꝙ male ſubſumitur quia ſubſumit ſub ſigno ꝛ non ſub termino diſtributo. Nam ſignum ē totum illud / omnis res que eſt: ꝛ medium eſt tantum ly pater. Unde (vt dicit) in minori dicendum ē / filius ē pater / vbi videt concedere veritatem maioris. Quod autem talis ppoſitio ſit falſa vel diſtributio inſufficiens / ſic patet: ꝛ formo hunc ſillogiſmum / omnis res que ē pater nō ē filius: eēntia diuina eſt pater: ergo eſſentia diuina non non eſt filius / ſumpto ly eſſentia incomplete: quod ſecundum omnes poteſt fieri cum non ſit mediū. Tunc ſic arguo / ꝯclo ē falſa / vel ergo maior ē vera vel non. Si primum / ergo añs verū ꝛ cōſequens falſum: ergo ob aliquem defectum ꝛ non ob alium niſi quia diſtributio ē iſufficiēs: igitur. Vel maior ē falſa: ſi falſa / ergo p aliqua eius deſcendente: nō pro illa in qua oſtenditur pater: ergo p illa in qua oſtenditur filius: ergo ſub ly pater poſſum deſcendere ad filium: ergo iſta ē falſa / omnis res que eſt pater ē pater / eadē ratione. Conſequentia tenet / q2 ſubiecta illarū ſunt ſinonima / ac p inde poſſum⁹ in vtraqꝫ ad eadem ſuppoſita deſcendere.

¶ Alij dicunt / tale diſtributionem debere fieri p alia circumloquia.ſ. vt dicamus / omne idem patri ē filius vel omne idem deitati ē filius. Sed hi non omnino fugiunt calumniam.

¶ Alij (admiſſis deſcriptionib⁹ pdictis diſtributionis) ꝛ pticularizatiōis complete / aliter dicunt de diſtributione ꝛ pticularizatione incompletis. Dicunt ſiquidem ly eēntia tunc diſtribui incomplete / quādo deſcenditur copulatiue ſub diſiunctione: taliter ſcilicet ꝙ deſcendamus ad eſſentiam ita quod ſemp teneatur copulatiue cum qualibet pſona: ꝛ pcedendo ab eſſentia ꝛ vna pſona ad eandem eēntiam cum alia pſona pcedatur diſiunctiue vt patet hic / omnis eſſentia diuina ē pater: ergo hec eēntia ē pater: ꝛ hec eēntia ē pater / demonſtrando p primum pnomen eēntiam: ꝛ per ſecundum pſonam patris: vel hec eſſentia eſt pater / ꝛ hec eēntia ē pater: oſtenſa eēntia p primum pnomen ꝛ pſonam filij p ſecundum / vel hec eēntia ē pr̄ / ꝛ hec eēntia ē pater: p primum oſtendendo eēntiam / ꝛ p ſecundum pnomen pſonam ſpiritus ſancti. In termino autem particularizato incomplete modo contradictorio / pcedendum ē / ſic vꝫ / aliqua eſſentia ē pater: ergo hec eēntia ē pater / vel hec eēntia ē pater: ꝛ hec eēntia eſt pater / vel hec eſſentia eſt pater: ꝛ hec eſſentia ē pater / vel hec eēntia ē pater / p nominibus demōſtrātibus ſicut prius.

¶ Eſt aūt quidā doctor egregie doct⁹ qui iter alia q̄ in hac materia dicit / aſſerit quatuor.

¶ Primū ē / ꝙ non admittit ly eſſentia / nec ly deitas poſſe ſupponere aliquo modo p pſonis vel perſona. nec ly pr̄ nec aliud nomen pſonale poſſe ſupponere p eſſentia / ducens ad plura inconueniētia ſi oppoſitum admittatur. ¶ Sequeret enim (vt dicit) omnes ſequētes ppoſitiōes eē veras. Prima ē / eēntia diuina generat: Scđa / aliqua eēntia nō ē pater. Tertia / eſſentia diuina differt a parte; Quarta / pater eſt filius, Om=

nes iſte poſſunt ꝓbari/deſcendendo ſub earum ſub-
iectis ad ſuppoſita mediata: Quinta/pater eſt nō pa-
ter. Hoc ꝓbatur/quia ſub ly non pater pōt demōſtra
ri eēntia diuina: ꝛ tunc erit vera ſicut hec/pater ē eſſen
tia: Quod autem ſub ly non pater poſſit eēntia dmon
ſtrari pꝫ: quia ly non pater ſupponit ꝓ filio: ꝛ ly filius
ꝓ eēntia: tanquam ꝓ ſuo ſignificato mediato: igit. Et
multe alie faciliter poſſunt addaci: ꝙ omnes videntur
eſſe falſiſſime/ꝛ alique earum expſſe damnate: extra de
ſumma trinitate/capitulo firmiter.

¶ Secūdū ē/ꝙ ad hoc ꝙ aliquis terminus ſupponat ꝓ
aliqua re non ſufficit ꝙ in pdicatione identica verifice
tur de illa re: ſed oportet verificationem fieri in predi
catione formali. Unde infert ly eſſentia non poſſe ſup-
ponere ꝓ pſona: licet hec ſit vera/eēntia ē pater: quia
non ē vera formaliter ſed identice. Unde nullatenus ē
concedenda. ſ. eēntia diuina generat. Et ꝓbatur hoc
p. D. S. autoritatem ꝛ ex re ipſa. Conſimili ratione
aſſerit ly ſubſtantia in creaturis/non poſſe ſupponere
ꝓ relatione (etiam tento ſubſtantiam realiter non di-
ſtingui a relatione) quia iſta ē vera. ſ. ſubſtantia eſt re
latio identice nō formal'r. Unde finaliter infert modū
ſignificandi obſtare ne vnus terminus ſupponat ꝓ
aliqua re ꝓ qua alius terminus ſupponit: ſicut patet
in ly relatio ꝛ ſubſtātia vt dictū ē: Et addidit inſup ꝙ
licet admittatur ly eēntia ſupponere ꝓ pſona vel eō
tra: non tamen eſt admittēdum/vnum diſtribui ꝓ ſi-
gnificato alterius: ne concedantur propoſitiones
abſurde.

¶ Tertium ē: quod in omni ꝓpoſitiōe affirmatiua cu-
ius vnum extremum ē nomē pſonale diſcretum/nun-
quam redditur ſenſus de omni: etiam appoſito ſigno
vniuerſali. Unde iſte ambe ſunt vere. ſ. eēntia diuina ē
pater/ꝛ omnis eēntia diuina ē pater: econtra autem ſit
in negatiuis. ſ. ꝙ ſemp redditur ſenſus de omni. Un-
de iſte ſunt eiuſdem veritatis/eēntia diuina nō ē pa-
ter: ꝛ nulla eēntia diuina ē pater. Unde prima negati
ua equiualet huic/nulla res que ē eēntia diuina eſt pa-
ter. Et hoc intelligit' reſpectu cuiuſcūqꝫ pdicati. Pre
fata autem affirmatiua vbi ponit' ly omnis non equi-
ualet huic/omnis res q̄ ē eēntia diuina ē pr̄/ſed alteri
vbi nō ponitur tale ſignum vniuerſale vt dictum eſt.
Dictum ē autem in affirmatiuis quando predicatum
ē nomen pſonale diſcretum: quia ſi ſit commune/etiā
equiualet vni de omni. Unde hec/eēntia diuina ē pſo-
na/equiualet huic/omnis res que ē eēntia diuina ē p
ſona. Et hoc intelligitur niſi talis terminus commu-
nis ſtet determinate vt hic/omnis eēntia diuina ē. b.
perſona. Conſimil'r hec propoſitio/pater eſt filius/eq-
ualꝫ huic/omnis res que ē pater ē filius: ꝛ iſta pater
non eſt filius/huic/aliq̄ res q̄ ē pr̄ nō ē fili'. Itē intel
ligēdum ē vtrūqꝫ dictum de nomine pſonali abſoluto
(vt dicit pfatus doctor) nam hec/eēntia diuine nō ge
nerat non equiualet huic/nulla res que ē eēntia diui-
na generat: qꝛ pdicatū ē t'rs notionalis.

¶ Quartum ē/ꝙ ꝓpoſitio vbi ē diſtributio incōple-
ta/non eſt eiuſdem forme cum ꝓpoſitione vbi eſt di-
ſtributio in creaturis. Cōſimiliter ſi terminus ſtet de
terminate equiualēter tamē diſtributiue in diuinis/
nō erit ꝓpō vbi talis t'rs ſic ſtat eiuſdem forme cum
alia ꝓpōne vbi terminus ſtat determinate in creatu-
ris. Unde iſte nō ſunt eiuſdem forme/omnis homo ē
ſortes/omnis eētia diuina ē pater: Nec iſte/homo nō
ē ſortes: ꝛ eēntia diuina nō ē pater. ¶ Hec quatuor ſunt
inter alia que ex eius doctrina ſuccincte colligi pñt:
Quorum primum ꝓ omnia mihi placet: nullam enim
earum cēſeo catholico' fo. ꝛc cōcedēdā. ¶ Sed in ſcdō
dicto videt' eē difficultas: ꝛ ſi ſubtiliter dictum ſit quic
quid ibi dictum ē. Videt' enim illud eē neceſſarium di
cere: niſi aliquis vellet ꝓpoſitiones reprobatas cōce-
dere vel concedēdas negare: ꝛ ſaltem dicere logicam
non eſſe in omni materia formalem.

¶ Difficultas autem ē circa fundamētum cui innitur
doctor aſſerens ly eēntia non poſſe ſupponere ꝓ pſo-
na: nec ly pſona ꝓ eēntia: eo videlicet ꝙ nō ſufficiat ad
hoc ꝙ aliquis terminus ſupponat ꝓ aliqua re ꝙ d ea
verificet' in quauis pdicatione. Sed oportet hoc fieri
in pdicatione formali. Uocatqꝫ formalem pdicationē
illam in qua predicatum ē de ratiōe ſubiecti: vt homo
pdicat' de dominico: ꝛ deus ꝛ de ly pater. Videt' enim
hoc nō eē oīo verum quod aſſumit. ſ. ꝙ ad hoc ꝙ aliqs
t'rs ſupponat ꝓ aliqua re/opꝫ illū d illa re formal'r ve
rificari: ꝛ quod nō ſufficit ad hoc pdicatio identica vt'
.n. hoc nō poſſe defendi. Seq̄ret' nāqꝫ in nulla ꝓpōne ī
q̄ pdicatum ē t'rs connotatiu' extrinſece pdicatum ꝛ
ſubiectum ſupponere ꝓ eodem/ſi ſubiectum ſuppo-
neret ꝓ re ſubſtātiali. Hoc pꝫ: quia dicēdo/homo eſt
currēs/ly currens nō pōt verificari de ſubiecto forma
liter. Patet hoc/quia pdicatum nō ē d rōne ſubiecti/
ꝛ hoc ipſe aſſerit requiri in pdicatiōe formali. Item ſe
queretur pdicatum in hac ꝓpoſitione/deus actualiter
gubernat mundum/nō ſupponere ꝓ deo: ꝛ p pñs eaꝫ
eē falſam Pꝫ ſequela/quia nō dicit' de deo formaliter
ſecūdum illam doctrinam. Amplius/Illud quod dicit
infra nō videtur etiam verum. ſ. ꝙ ſi velimus tenere
ly eēntia ſupponere poſſe ꝓ pſona/nō tamē debemus
admittere diſtribui ꝓ pſona. Mirum enim apparet a-
liquem terminum poſſe ſupponere ꝓ aliquibus ſup-
poſitis diſiunctiue ꝓ quibus nō poſſit diſtribui. An
autem verum ſit abſolute ly eēntia nō poſſe ſuppone-
re ꝓ pſona ſtatim dicet': ꝛ exponent' verba. D. S. pma
pte. q. 39. art. 5. ad quartum.

¶ Tertium dictū ꝛ quartū vera ſunt. Et quo ad illud
quod dicit' de ꝓpoſitiōe negatiua. ſ. ꝙ licet nō diſtri-
buat equiualet diſtributioni habet' ex. D. S. in primo
diſtin. 4. Et iterum ī pmo ad annibaldum epiſcopū ea
dem diſtin. Et a ſancto bonauētura ibidē. Et a capreo
lo doctiſſimo. Et a reuerēdiſſimo hiſp. archiepiſcopo
ibidē. Et a gabriele ibidem. Et hoc maxime habet ve
rum in ly deus ſignificante eēntiam in concreto: cui
termino competit ex modo ſuo ſignificandi vt poſſit
ſtare ꝓ natura ꝛ ꝓ ſuppoſitis. Quandoquidem na-
tura vt ſic ſignificata. ſ. in concreto reſpicit ſuppoſi-
ta: ꝛ cū ſit vnica nūero ſi negat' aliqd d illa ex pñti ne-
gabitur a ſuppoſitis.

AD ſecūdum principale deueniendo/po
nitur primum fundamentum: id autem tale eſt.

¶ Et ſi omnia nomina vocalia ꝛ ſcripta ſi-
gnificent ad placitum: nō ob hoc inſequi debemus in
differenter cuiuſcunqꝫ beneplacitum in rebus nomi-
nādis/aut ꝓpoſitionibus concedēdis/vel negandis
Hoc pꝫ/quia nominibus vti debemus vt plures vtū
tur: ꝛ put communis vſus communitatis voluerit.
Unde poeta.

Multa renaſcentur que iam cecidere cadentqꝫ/
Que ſunt nunc in honore vocabula ſi volet vſus.

¶ Secundum. In rebus parui aut nullius
momenti ꝛ quarum intellectio facilis ē/etiam apud in
doctiſſimos quoſqꝫ/poſſumus libere (vt omnes cōmu
niter loquitur) pariter ꝛ nos loqui. In rebus tamen
difficilioris intellectionis/ꝛ quarum materia grauis

eſt/oportet nos viros ſanctitate ⁊ ſapiētia p̄ditos imi
tari. Hoc patet ex autoritate beati auguſtini dicētis/li
beris verbis loquunt̄ ph̄i ⁊ in rebus ad intelligendū
difficillimis piarum aurium offenſionem/non perti
meſcunt: nobis aūt ad certam regulā loq̄ fas eſt.

Tertium eſt/in his que fidei ſunt neceſſe ē
vt captiuantes intellectum in obſequium xp̄i cū omni
timore ⁊ reuerentia cōcedamus omnes ꝓpoſitiones
quas fore cōcedendas ſacroſancta mater eccleſia diui
na luce ꝑfuſa ſtatuit ⁊ determinauit: ⁊ rōne equa illas
quas damnauit totis conatibus negare.

¶ Quartum eſt/attentius ⁊ exactius debe
mus vti ꝓpoſitionibus: ex quarum affirmatione aut
negatiōe/pōt ſequi aliquid aut erroris aut hereſis (ēt
ſi in aliq̄ ſenſu vere ſint/ſaltem ratiōe ſcādali) q̄ aliis
ꝓpoſitionibus ex quarum aut aſſertiōe aut negatio
ne nullum periculum nec dicēti nec audienti suboriri
pōt: eo q̄ vterq̄ bene ſentiat circa id quod vnꝰ loquit̄
⁊ alter audit. Et a ſimili deduci pōt ex diuo paulo dicē
te. Multa licent que nō expediunt. Item ſi comede
re carnes ſcandalizat ꝓximum meū/nō comedā eas ī
eternum. Hinc factum eſt/q̄ multe ꝓpoſitiones agra
uiſſimis doctoribus fuerūt cōceſſe/antequam aliquid
erroris aut hereſis exortum circa illas eſſet: que tamē
poſt hereſis ortum fuerūt/negate: vt videre lz ī dictis
beati auguſtini ⁊ aliorum ſanctorum.

¶ Quintum/licitum eſt gloſare determina
tiones eccleſie ⁊ eius dicta p̄ſertim gloſa ex aliis eiuſ
dem eccleſie d̄terminationibꝰ aſſumpta: aut qn̄ apte
conſtat de ſancte matris eccl'ie intētione in talibus de
terminationibus. Huius ꝓbatio d̄duci pōt ex hoc q̄
ſacra ſcriptura licite exponi pōt/immo neceſſario de
bet: quum tamē ſacram ſcripturam ex determinatiōe
eccleſie credere debemus firmiter: vt pʒ ex d̄cret. cap.
Sancta mater eccleſia. Prima ps pʒ. ſ. q̄ licite poſſit/
q̄ quamplurimi ſancti hoc fecere/quorū vita ⁊ actio
ꝓ regula nobis p̄fixa ē. Scd̄a pʒ. ſ. q̄ neceſſario expo
ni debeat/pʒ: quia alias eēt cōtradictio ſi verba ſumen
da eēnt vt prima fronte ſonant/quod omnino ē impl'e:
alioquin teneremur credere duo contradictoria eē ve
ra. Hoc pʒ: quia ezechielis. 18. dicit̄ filius nō portabit
iniquitatem patris/nec pater iniquitatem filii. Cum
tamen exodi. 20. dictum fuerit. Ego deus zelotes vin
dicās peccata patrum vſq̄ in tertiam ⁊ quartam ge
rationem. Si ergo deus viſitat peccata patrum. ⁊c. er
go filius portabit iniquitatem patris: igit̄. Sed non
eſt cōtradictio: quia ſcd̄a autoritas intelligit̄ quo ad
penam temporalem mūdi huius: ⁊ p̄ſertim quando fi
lii ſunt imitatores patrum in peccatis. Prima vero ī
telligitur quo ad animam poſt hanc vitam/quod col
ligitur ex eiſdem verbis dei dicētis ſic/omnes anime
mee ſunt/ſicut anima patris ita ⁊ anima filii. Et ſtatim
ſubiungit/filius. ⁊c. Unde colligitur/primam autori
tatem loqui d̄ pena d̄bita animabus poſt hanc vitam
nō d̄ pena temporali ⁊ corporali in p̄ſenti vita/d̄ qua
loquebatur autoritas alia. Hinc ēt pʒ (nil mea ſi ad ꝓ
poſitum conducat necne) cecitas quorundam hereti
corum nūc inſurgentium aſſerentium q̄ eē ſtultiſſimū
⁊ p̄ſumptuoſiſſimū gloſare verba formalia dei. Nec
huic repugnat q̄ dicit̄ in apocalypſi. Quicunq̄ appo
ſuerit aliquid vltra ea que ibi ſcripta ſunt. ⁊c. Non. n.
apponit q̄ poſita exponit: dū tn̄ recte: ſed ille qui extra
nea ⁊ falſa illis adiūgit. Alie plures ꝓbatiōes ad hoc
addi valebant: quas breuitatis amore dimitto.

¶ Sextum ē/in propoſitionibus veris aut
falſis cognoſcendis/debet attendi formalitas ⁊ pro
prietas. Nam multe ꝓpoſitiones formaliter ſumpte
ſunt falſe/que identice ſunt vere.

¶ Pro q̄ ſciēdū q̄ p̄dicatio ē. 3. ſ. idētica/d̄nominati
ua ⁊ q̄dditatiua. Identica ē/quando p̄dicatum dicit
illā rem quam ſubiectum/ſiue dicat eam ſub eadem
ratione ſiue non: ⁊ d̄notat ꝓ re ſolum verificationem
fieri: ⁊ ſic iſta eēt vera/actio ē paſſio. Predicatio deno
minatiua proprie ē quādo p̄dicatum ē terminus cono
tatiuus ⁊ concretus dicens formaliter aliquam for
mam: ſiue illa forma ſit intrinſeca ſiue extrinſeca: vt ſi
dicā/homo ē albus/homo ē animatus: medicina eſt ſa
na. Quidditatiua p̄dicatio ē/quādo conceptus p̄dica
ti claudit̄ in cōceptu ſubiecti: vt hic/homo ē aīal/ ſor
tes ē homo. Et iſta p̄dicatio quidditatiua vocatur ab
aliis formalis. Sed meliꝰ dicit̄ q̄ formalis predicatio
amplectitur ſub ſe denominatiuam ⁊ quidditatiuam.
Unde poteſt diuidi p̄dicatio/p̄mo in identicam ⁊ for
malem. Et formalis in quidditatiuam ⁊ denominati
uam. Pro hoc videatur. D. S. in. 3. diſtin. 5. in expoſi
tione textus. Videatur ſimiliter noſter tractatus de
appellationibus in paruis.

¶ Dicit̄ ergo q̄ vna met numero ꝓpō poteſt eſſe ve
ra ⁊ falſa in diuerſis ſenſibus. Et ſic iſta/animal ē ho
mo eſt vera identice ⁊ falſa formaliter. Idem dico de
hac. ſ. eēntia diuina ē pater: ſcilicet q̄ in ſenſu identico
ē vera ⁊ ī formali falſa. Volo dicere/q̄ ſi ſenſus ſit q̄ pa
ternitas ſit forma eēntie diuine ſicut ē ꝑſone patris/ē
falſa. Si vero ſit ſenſus eēntiam eē idem quod eſt pa
ter eſt vera. Nec obſtat huic dicto quod in decretalib.
ca. firmiter: ⁊ capitulo Damnamus/affirmatur abſq̄
diſtinatione hāc eſſe veram/eſſentia diuina eſt pater.
Nam ex relucente intentione matris eccleſie conſtat
illum eē ſenſum. Nam intēdit d̄ſtruere aſſertionem ab
batis ioachim nolentis admittere vnam eē naturam q̄
realr̄ eēt pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus. Et ad hoc re
probandum ſufficit hanc eſſe veram/ſcilicet eſſentia
diuina (idētice) ē pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus. Nō
autem poteſt ſumi formaliter. Si enim eēntia formalr̄
eſſet pater/vt quid non generaret? Certe non vide
tur aſſignabilis ratio/q̄ autem liceat ſic gloſare decre
talem/pʒ ex quinto fundamento: nec pono iſtam glo
ſam tāquam meam/quia ex. D. S. elicit̄ p̄ma pte ⁊ ex
tertio ſent. vt ſupra. Ubi dicit hanc eſſe veram/eſſentia
diuina eſt homo: identice: vt patet. An autem predi
catio identica habeat aliū ſenſum ab iſto hic dicto. Di
cetur infra. q. 4.

¶ Amplius dicit̄ duplicem eſſe p̄dicationem. ſ. pro
priam ⁊ impropriam. Propria (vt in propoſito) ē quan
do neutrum extremorum excludit aliquid in ſua ſigni
ficatione quod alterum includit. Volo dicere q̄ non
ſufficit extrema ſignificare eandem rem: ſed opʒ conce
ptum vnius extremi non excludere conceptum alte
rius ex mō ſuo ſignificandi. Unde hec propoſitio/mi
ſericordia ē iuſtitia: ē vera in deo ſed impropria/eo q̄
conceptus iuſtitie non includit conceptum miſericor
die. Et aduerte me ſemꝑ loqui in hac materia ſcd̄m cō
ceptus quos formamus nos de deo. Et ſic licet deitas nō
includit conceptum paternitatis: licet cōceptus vel ra
tio deitatis ſcd̄m ſe includat omne quod ē in diuinis.
Volo dicere/q̄ ſicut impoſſibile eſt eſſe eēntiam diui
nam quin ipſamet ſint tres ꝑſone realiter: ita impl'e ē
ꝑfecte intelligere eſſentiam diuinam/quin etiam itel
ligantur perſone ⁊ omnia attributa.

¶ Impropria aũt ꝑdicatio ē/ qñ vnũ extremorũ excludit reliquũ ex mõ ſignãdi: vt hic/ hõ ē humanitas: nã ly humanitas excludit ly hõ ex mõ ſuo ſignificandi Simil'r in illa/ miſericordia ē iuſtitia/ q̃libꝫ extremũ excludit alterũ lꝫ vtrũq; realiter includat alterum. Dixi ꝙ vnũ excludere alium ex modo ſignificandi / quia poteſt cõtingere iſta excluſio dupl'r. Uno modo ex pte modi ſignificãdi. Alio modo ex pte rei ſignificate. Exemplũ p̃mi/ homo ē humanitas/ actio ē paſſio. Nã dato ſiue verum ſit ſiue non ꝙ natura ⁊ ſuppoſitũ ſit vna res: ⁊ actio ⁊ paſſio ſit vnus ⁊ idem motus: ambe ſunt falſe ſi ꝓprie ſumant'. Nam licet res ꝓ quibus accipiuntur earum extrema ſint eedem: tamen ex modo ſignificandi/ ſignificãtur ac ſi eſſent diuerſe. Exemplũ aliud/ album eſt currens/ in caſu ꝙ nullum albũ currat. Nam mutato caſu erit vera ⁊ ꝓpria remanente eodem modo ſignificandi extremorum. Diuerſus modus in p̃ſenti intelligit' maxime ſcd̃m abſtractionem ⁊ concretionem. Hec colligunt' ex. D. S. prima. p. q. 39. artic. quarto: in. c. ⁊ inde ente ⁊ eēntia. Hec autem ꝓpoſitio actio eſt paſſio/ erit falſa ⁊ im ꝓpria ſcd̃m philoſophũ ⁊. D. S. Contra/ illa ē vera/ licet impropria. ſ. miſericordia ē iuſtitia: ergo ⁊ iſta. Conſequentia tenet/ quia ſicut miſericordia ⁊ iuſtitia ſunt vna res ⁊ differunt ratione/ ita actio ⁊ paſſio. Ad hoc negatur conſequētia/ ⁊ ad ꝓbationem negatur ſimilitudo: Et ratio ē/ quia ly miſericordia ⁊ iuſtitia nullo pacto important duas res diſtinctas realiter. At vero ly actio ⁊ ly paſſio licet ſignificent vnum motum important tamen vltra duas relationes real'r diſtinctas. Nã ly actio importat reſpectum ad agens/ ⁊ ly paſſio ad patiens

¶ Septimum eſt / quod ly res in diuinis ſumitur dupliciter. Uno modo eēntialiter. Alio modo ꝑſonaliter. Si p̃mo modo ſumatur/ hec ē heretica/ pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus ſunt tres res. Scd̃o modo ē catholica Hec diſtinctio ꝓbari poteſt ex beato auguſtino li. p° de doc. chri. capitu. 5. dicente/ res quibus frui debemus ſunt pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanct'. Ecce ſumitur ly res ꝑſonal'r. Dicitur autem capitulo de ſumma trinitate/ vna ſumma res ē pr̃ ⁊ fili' ⁊ ſpũs ſanctus. Ecce ſumit' ly res eſſential'r.

ſtrabitur. Nec etiam dabitur inſtātia ſi in. a. dicas/om
nis eſſentia eſt perſona vel pſone: qꝛ eadē diſtinctio-
ne ſolui poteſt.

¶ Et ſciendū vltra/ ꝙ proprie ſenſus pre-
fatarum propoſitionum ſunt ſenſus quod faciliſit ſum-
ptis predicationibus formaliter ⁊ non identice: ideo
bonum eēt apponere aliquod ſignum illud denotās:
nec refert plures ſanctos vſos fuiſſe propoſitionibus
identicis abſqꝫ talium ſignorum dictorum appoſitio-
ne. Nam eorum dicta non carpere ſed reuerenter ex-
ponere debemus. Aliorum autem non ſic/non enim
eque tenemur reuereri eos de quorum ſanctitate ⁊ ſa
pientia liquido conſtat: ⁊ eos quibus aut vnum aut
alterum nec dicam vtrumqꝫ deeſt. Conſimiliter dica-
tur de hoc paralogiſmo in bocardo/ſcilicet/a. perſo-
na non eſt perſona: omnis perſona eſt. b. eſſentia/ergo
eēntia non eſt perſona: Nam ſumpta concluſione for-
maliter vera eſt. Inſuper minor propoſitio non ē ve-
ra/niſi improprie. Ad hoc enim quod predicatio pro
prie ſit vera/oportet non ſolum quod predicatum ⁊
ſubiectum idem ſignificent: ſed quod predicatum ex
modo ſuo ſignificandi non excludat aliquid quod ſub
iectum includit: vel econtra ſecundum modum ſigni-
ficandi vt ſupra dictum eſt. Unde oportet extrema di-
cere eandem rem ⁊ eodem modo ſignificatam. Pro
quo videatur. D. S. prima pte. queſtione. 39. articulo
quinto. Et ratio eſt/quia hec eſt condemnata/eſſentia
generat/iſta exiſtente vera/deus generat: ⁊ tamen ſub
iectum vtriuſqꝫ important eandem rem licet diuerſi-
mode ſignificatam. Si autem predicatio in conſequē-
te ſit identica variatur appellatio: cum in antecedēte
ſtet ly perſona formaliter: ⁊ ſi vis vt ſtet identice/appo-
ne ſignum/⁊ tunc erit falſa/quia eius contradictoria
erit vera.
¶ Contra hoc replicatur: non valet/a perſona non ē
perſona/omnis perſona eſt. b. deus: ergo deus nō eſt
perſona: ⁊ tamen nullus defectus committitur: igitur.
¶ Ad hanc replicam reſpondetur hic argui a non di
ſtributo ad diſtributū ex pte de ly deus virtualiter: ſecun
dum mentem doctoris: S. vt patet ex ſupradictis/niſi
velis cōſequēs facere hunc ſenſum/aliqua res que eſt
deus non eſt perſona: vt poſſit eſſe vera ꝓ eēntia ſub
conceptu abſoluto abſtrahente a perſonis: ⁊ tunc o-
portet ponere ly. a. vel aliud ſignum vt dicatur ſic/ꝙ
a. deus non eſt perſona: vt non confundatur ſed vt fa
ciat quod dictum eſt. Et hec ſolutio (vt liquet) poteſt
etiam dari alteri ſillogiſmo contra quē ē hec replica.
¶ Sed acriter replicatur contra hoc. Non valet/oīs
deus eſt perſona vel perſone: ⁊ omnis pſona eſt. b. deꝰ
ergo omnis pſona eſt. b. perſona vel perſone: ⁊ volo ꝙ
b. faciat totum diſiunctum cathegorematice ſtare de-
terminate: ⁊ tamen ſi predicta vera ſunt/nullus com-
mittitur defectus: igitur ⁊c. ¶ Ad hanc replicem que
certe magis vrget dicitur etiam/quod ſi maior com-
plete diſtribuatur eſt falſa. Ad cuius veritatem requi
ritur quod omnis res que eſt deus ſub quocunqꝫ con
ceptu/ſit perſona vel perſone: ⁊ ſimiliter quod omnes
res que ſunt deus etiam ſub quocunqꝫ conceptu ſint
perſona vel perſone: ⁊ hoc eſt falſum. Nam ly res ſu-
mitur ꝯmuniſſime. Unde ſtat pro re que eſt deus: ſiue
ſub conceptu abſoluto: ſiue ſub cōceptu relatiuo: ⁊ ſic
ly res verificatur de eſſentia/etiam in abſtracto: qꝛ iſta
eſt vera/eſſentia vt eſſentia eſt res: ⁊ tamen eſſentia (vt
dictum eſt) non eſt perſona/⁊ eadem ratione nec perſo
ne/ſumpta predicatione formaliter. Similiter bene va-
let/omnis res que eſt deus eſt perſona vel perſone/eſ
ſentia ē res que eſt deus: ergo eēntia eſt perſona vel p-
ſone: conſequens eſt falſum: ergo ⁊ antecedens: nō mi
nor ergo maior: ⁊ illa maior eſt ſenſus illius. ſ. omnis
deus eſt perſona vel perſone: ſi complete ſtat prout de
bet: igitur. Unde maxime reſpiciendū eſt ad quas res
⁊ ſub quibus conceptibus deſcendamus. Si vero pdi

cationes ſunt identice ſolutio pʒ ex dictis.

¶ Quinto arguitur / non valet / omnis homo eſt pſona: pater ꝛ filius non ſunt pſona: ergo pater ꝛ filius non ſunt homo: ꝛ tamen arguit in baroco: igitur ꝙ non ſequatur pʒ: in caſu quod pater ꝛ filius ſiml' aſſumant eandē numero humanitatem. De veritate an tecedētis conſtat: ſed ꝯñtis falſitas pʒ p. D. S. 3. par. in q. 3. art. ſexto. vbi dicit hāc propoſitionem / eſſe verā pater ꝛ filius ſunt vnus homo in illo caſu: qd pʒ quia ſunt hō: ꝛ ſi ſunt hō / ſunt vnꝰ homo. Nam ſecundum philoſophum idem ſunt homo ꝛ vnus homo.

¶ Pro huius argumēti ſolutione ꝛ aliorum in quibus termini formaliter ſignificātes creaturas ſupponunt ꝓ deo / habenda ē p̄re oculis cautela hec / ꝙ ſi illa natura creata quam ſignificat talis terminus ponatur aſſumpta tātum ab vnica pſona diuina / idem erit iudicium de ſillogiſmo vbi talis terminus ponitur / ꝛ de illo vbi ponitur terminus diuinus ſignās perſonam que talem creaturam aſſumpſit. Si vero ponat talem naturam vnam numero eē aſſumptam a duabꝰ vel ab omnibus tribus pſonis vel a natura diuina vt natura ē ꝛ non ab aliqua pſona (quorum ſecūdum an poſſibile ſit nec ne / nō eſt p̄ſentis inſtituti determinare) tūc idem iuditium ē habendum de tali termino ꝛ de termino eſſentiali diuino. Et intelligo idem eē iudicādum non omnino / ſed quoad bonitatem vel malitiā cōſequentie cognoſcendam. Et intelligo de terminis ſignificantibus naturam quādo valent ſupponere pro deo: vt dictum ē: quod dico / quia ly humanitas nō ſupponit pro filio dei / ſed bene ly homo. Si igitur velis videre an p̄fatus ſillogiſmus ſit bonus / loco illius termini homo pone ly deus: dicens ſic / omnis deus eſt pſona: pater ꝛ filius non ſunt pſona: ergo pater ꝛ filius nō ſunt deus: qui ē bonus: ſi ly deus teneatur vniformiter in añte ꝛ ꝯñte. Nam ſi in maiori diſtribuatur ꝓ ſuppoſito ſtricte ſumpto ꝛ pro ſuppoſito large. ſ. pro natura diuina: vt ſic / in cōcreto maior ē falſa ſicut concluſio. Nā deus / vt deus ē vnus numero nō ē pſona. Vnde ſi deꝰ vt ſic eēt pſona ſequeret tātum vnam eſſe perſonam numero in diuinis / quod eſt hereticum: ꝛ iſte ſenſus exigitur hic. Si autem aliquis velit vt ſtet tātum pro pſona vel ſuppoſito ſtricte quod eſt de nouo imponere vocabula / apponat aliquod ſignum i antecedēte ꝛ ꝯñte: ꝛ tūc ꝯñs erit verum / quia ſenſus erit ꝙ pater ꝛ filius non ſunt vna pſona diuina. Et hoc dicitur pro aliis ſillogiſmis: ſed pro p̄mo dicit ampliꝰ ꝙ ſignatis duabus pſonis ſimul hec ē falſa / iſte res q̄ ſunt deus ē perſona. Nam ly deus ſupponit pro qualibet pſona diuiſim: ꝛ pro omnibus ſimul. Dicitur ergo ꝙ maior prefati ſillogiſmi ē falſa in caſu dicto. Nā ſignatis patre ꝛ filio hec ē falſa / iſte res q̄ ſunt homo ſunt perſona.

¶ Sexto non valet / omnis perſona diuina eſt deus: ſed deus eſt trinitas: ergo omnis perſona diuina eſt trinitas: ꝛ tamen arguitur in quarta figura / nullo errore commiſſo: ergo. Forte dices medium nullibi diſtribui. ¶ Sed cōtra / volo ꝙ ly deus ſtet tantū pro natura diuina in cōcreto / tunc ſecundum dicta nō dʒ diſtribui / ſed tenebit virtualr expoſitorie: ꝛ tñ dat añs verum ꝛ ꝯñs falſum / ergo.

¶ Ad hoc bene reſpōſum ē vſqꝫ ad replicam: ad quā dr / nō eē negatum nō debere diſtribui: ſed ꝙ ſi debʒ diſtribui debet apponi ſignum denotās ipſum accipi ꝓ pluribus ſuppoſitis abſqꝫ multiplicatione. Dicit amplius ꝙ ly deus non poteſt eē medium ſillogiſmi expoſitorii nec formalr: nec virtualr: niſi addatur ſibi aliquid. Et ratio eſt / quia ex modo ſuo ſignādi pōt ſtare ꝓ natura ꝛ ſuppoſitis proprie. Non ſic aūt eſt in ly eſſentia diuina: eo ꝙ ly eētia ex modo ſignificādi habet quod tantum ſtet pro natura vt ſic / que ſingulariſſima eſt.

¶ Septimo nō valet / nulla perſona eſt trinitas: ꝛ omnis deus eſt trinitas / ergo nulle pſona eſt deus: ꝛ tamen arguitur in prima figura indirecte. ſ. in celātes: igit. Quod non valeat pʒ: q2 añs ē verū ꝛ conſequēs falſum / ſumpto ly deus incomplete. Si forſan dicas tūc minorem eē ineptam: quia tūc non ſtat niſi ꝓ natura in concreto que vnica eſt. ¶ Cōtra remoto ly omnis a minore nullus reſtat defectus: ꝛ adhuc nō valet. Si forte dicas argui a nō diſtributo ad diſtributū ex p̄te de ly deus. Cōtra / quia in ꝯñte nō diſtribuitur virtualiter. Amplius quādo ſic ſumitur terminus in rigore nō refert preponere aut poſtponere negationē vt ſupra dictū ē. igit ſolutio nulla.

¶ Ad hoc argumētum dicitur / ſillogiſmum eſſe nullum / niſi minor extremitas diſtribuatur complete addito aliquo ſigno id denotāte. Et ratio eſt / quia arguitur a non diſtributo ad diſtributum. In rigore enim ly deus in ꝯñte denotat negari de pſonis ꝓ quibus ſignificatis p̄mo vt ex ꝯñti: eo ꝙ negata natura diuina p̄ſertim in concreto negant ſuppoſita.

Quarto queritur / An ſillogiſmi expoſitorii valeāt conſtitui ex t'ris diuinis: ꝛ probat ꝙ non.

¶ Primo / nō ſequitur / pater generat: ꝛ p̄r eſt eſſentia diuina: ergo eētia diuina generat: igitur.

¶ Secundo / non valet / hec eētia non generat: ꝛ pater generat: ergo pater nō ē hec eētia.

¶ Tertio / nō valet / hec eētia eſt pater: ꝛ hec eētia ē filius: ergo filius ē pater: ꝛ tamen in omnibus iſtis arguitur expoſitorie igitur.

¶ Sed cōtra / termini diuini perſonales diſcreti ſicut ly pater / ly filius / ſunt eiuſdem forme cum t'ris creaturarum. Si igitur talibus ſumptis pro medio nihil ſequitur ſillogiſtice: ergo nec ſequetur ſi termini creaturarum pro modo ſumantur: quod eſt contra logicos.

¶ Pro huius queſtionis elucidatione neceſſarium eſt enodare robur illius dicti philoſophi. Quecunqꝫ ſunt eadem vni tertio / ſunt eadem inter ſe / qd eſt principium regulatiuum ſillogiſmi expoſitorii affirmatiui. Sunt autem tot limitationes ꝛ gloſe circa illud vt nunquam finem habeant. Limitāt enim illi quidam ſic. Quecunqꝫ ſunt eadem vni tertio ſingulari ꝛ actu / ſunt eadem inter ſe. Dicitur ſingulari / quia homo ꝛ equus ſunt eadem animali ꝛ non inter ſe. Dr actu / q2 duo cōtraria ſunt in potētia i vno ſubiecto: q̄ tñ non ſunt eadem inter ſe.

¶ Alii dicunt illud principium eē verum: ſi reddat ſenſum equiualentem vni de omni / ſin autem non. Senſus autem vni de oī equiualēs ē iſte. Quecunqꝫ ſunt eadem vni tertio ꝛ cuicūqꝫ rei q̄ ē illō tertiū talia ſunt eadem inter ſe.

¶ Alii dicunt / ꝙ ſi ly vni tertio ſumatur talr ꝙ equiualeat vni diſtributiōni complete / maxima eſt vera

ſin aũt non. Voluit itaqȝ dicere illam maxima eẽ veram in hoc ſenſu. Quecunqȝ ſunt eadem omni rei q̃ ẽ aliquod tertium ſunt eadem inter ſe: alias principium eſt falſum: ⁊ hic ſenſus ⁊ immediate p̄cedens nõ differunt niſi vocaliter.

¶ Tres vero limitationes ponuntur a. D. S: Prima eſt. Quecunqȝ ſunt eadem vni tertio ſunt eadẽ inter ſe/ quantum ad id in quo ſunt eadem cum tertio. ¶ Secunda eſt. Quecũqȝ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe: vel ſaltem id quod eſt idem vni eorum eſt reliquum. ¶ Tertia ẽ. Quecunqȝ ſunt eadem vni tertio/ re ⁊ ratione ſunt eadem inter ſe: nõ autem ſi ſunt eadem vni tertio re tantum. Prima ponitur: p. ſent. d. 33. q. 5. articulo primo ad ſecundum. Secunda ponitur de poten. q. 8. articulo ſecũdo ad decimum. Tertia ponit̃ prima. p. q. 28. ar. 3. ad primum. Alia eſt limitatio quam ponit capreolus: ⁊ ponitur ab eo ſic. Quecunqȝ ſunt eadem vni tertio adequate/ ſunt eadem etiã inter ſe: non autẽ ſi ſunt eadem vni tertio inadequate. Nunc autem pater ⁊ filius non ſunt idem adequate quod eſſentia diuina. Nam eſſentia ſic eſt filius vt non ſit tãtum filius/ ſed etiam pater. Et idem põt dici ꝺ patre ⁊ filio ⁊. ſ. ſ. diuiſiue ſumpto ly ⁊ in copulato ſicut debȝ ſumi. Et hoc voluit dare intelligere D. ſ. in expoſitionib⁹ p̄dictis. Põt ẽt ⁊ al̃r iſinuari mens S. per hec verba. ſ. Quecunqȝ ſunt eadem vni tertio incommunicabili per identitatẽ/ ſunt eadẽ inter ſe. Etiam iſto modo ſaluatur principium in lumine naturali abſqȝ preiuditio fidei. Et ſimiliter mens philoſophi. Nam cum ip̄ nuſquam vidiſſet vnicam naturam real̃r ⁊ numerice eſſe in diuerſis ſuppoſitis protulit illud principium/ propterea quod vt expoſitum eſt/ eſt veriſſimum. ¶ Et confirmatur hanc fuiſſe eius intẽtionem/ eo quod dixerit in prioribus medio exiſtente hoc aliquid neceſſe eſt extrema ꝯiungi. Hoc aliqd vocãs id quod omnimode eſt ſingulare. i. incommunicabile. Nam ſi ſit cõicabile: non ſolum eſt hoc ſed ẽt hec ſumpto ly hec perſonal̃r.

¶ Iſtis habitis dicitur primo/ ꝙ nullus terminus eſſentialis preſertim in concreto ſumptus valet eẽ medium ſillogiſmi expoſitoꝛij. Ratio eſt quia talis terminus ex modo ſignificandi habet quod ſupponere poſſit pro natura ⁊ pro perſona in concreto proprie ⁊ formal̃r. Nam hec predicatio eſt ꝓpria ⁊ formalis/ pater eſt deus: ⁊ iſta/ deus eſt bonus: ⁊ prima verificatur pro perſona: ⁊ ſecunda pro natura ⁊ pro perſonis. Dictum eſt preſertim in concreto ſumptus/ quia ex abſtracto formal̃r ſumpto valet fieri ſillogiſmus tenens virtualiter expoſitorie: vt ex ſupradictis patet. Fere autem omnes dicunt oportere medium ſingularizari complete ad hoc ꝙ ſillogiſmus teneat expoſitorie. Unde dicunt hunc eſſe bonum ſillogiſmum. ſ. hec eſſentia ẽ pater: ⁊ hec eſſentia ẽ filius: ergo filius eſt pater/ ſi ly eẽntia ſtet complete. ſ. vt ſenſus maioris ſit/ quicquid eſt eſſentia eſt pater: ⁊ minoris/ quicquid eſt hec eẽntia eſt filius. Sed in hoc ſenſu nõ video quare magis talis cõſequẽtia ſit ſillogiſmus expoſitorius: q̃ ex terminis communibus. Non enim refert dicere/ q̃cquid eſt eſſentia vel quicquid eſt hec eſſentia: cum eẽntia talis ſit vnica. Amplius ſi ly eẽntia habet aliq̃d termini communis illud eſt ratione ꝑſonarum/ que ĩ p̄fato ſenſu ſumũtur diſtributiue: ac proinde non ſillogizatur ſub ly eſſentia/ ſecũdum quod habet aliquid termini ſingularis: ſed vt ẽt hẽt aliquid t̃i communis.

¶ Alius doctor dicit/ ꝙ nõ poſſumus ſillogizare ſub ly eſſentia/ ſed bene ſub iſto aggregato/ res que eſt eſſentia/ ſic dicendo/ hec res que eſt eſſentia eſt pater: ⁊ hec res que eſt eſſentia eſt filius: ergo filius eſt pater. Nam ſi demonſtres vtrobiqȝ patrem minor eſt falſa: ſi filium maior erit falſa: ac ꝓinde non dabitur antecedens verum ⁊ cõſequens falſum. Hoc dictum verum eſt: addendo tamen quod ly res ſumatur ꝑſonaliter/ quia ly res cum ſit tranſcendens poteſt dici de eẽntia ⁊ de perſonis. Sed quicquid ſit de hoc videtur mihi ꝙ etiam ſub ly eſſentia poteſt ſillogizari expoſitorie ⁊ nõ dabitur añs verum ⁊ ꝯñs falſum/ ſi predicationes in añte ⁊ ꝯñte ſint eedem. ſ. aut vtrobiqȝ formales/ aut vtrobiqȝ identice/ aut proprie vel improprie: vt ex dictis patet. Unde ſi p̄miſſe ſupradicti ſillogiſmi ſumãt̃ formaliter ambe ſunt falſe/ ſi vero identice vere ſunt. ſed tunc nõ bñ cõcluditur (vt ſupra dictum eſt) ſed dȝ concludi. b. filius eſt. b. pater: vel ſic: eſſentia que eſt filius eſt pater. Nec poteſt aliquis dicere/ hoc eſſe refugium in hac materia. Nam peto ab hoc dicente ſolutionem huius paralogiſmi/ hec eſſentia eſt actio ⁊ hec eſſentia eſt paſſio: ergo actio eſt paſſio/ demonſtrando eſſentiam caloris fluentis ab eſſe imperfecto ad perfectum: in quo añs eſt verum ſecundum philoſophum ⁊ oẽs peripateticos ⁊ ꝯñs falſum. Eſt ergo danda eadẽ ſolutio vt ſupra dictum eſt.

¶ Sed contra arguitur/ etiam ſi premiſſe ſumantur identice/ non debet ſic concludi igitur ſolutio nulla. Hoc patet/ quia dictum eſt ſic eſſe concludendum: eo ꝙ hec propõ. b. filius eſt. b. p̄r/ facit hunc ſenſum/ res que eſt filius: eſt res que eſt pater: vbi ly res ſtat pro eſſentia vt ex dictis patet: ſed hoc non videtur verum/ quia tunc decretalis dicẽs eſſentiam diuinam eẽ patrem ⁊ filium identice nihil aliud diceret/ q̃ ꝙ eſſentia diuina eſt eſſentia diuina.

¶ Ad hoc dicitur ꝙ cõſequẽtia eſt nulla. Primo/ qȝ in hoc dicto/ eſſentia diuina eſt eſſentia diuina/ dicitur idem de ſeipſo ſub eodem conceptu: quod non fit in alia propoſitione. Secundo/ quia decretalis vult exprimere ꝙ non eſt ponenda quaternitas in diuinis: qꝺ ſatis exprimitur per hoc quod dicitur quod res que ẽ eſſentia non eſt quid diſtinctum realiter a tribus perſonis: Tertio dicitur/ amplius alium ſenſum poſſe dari/ ita vt non ſit ſenſus huius/ eẽntia eſt pater/ ꝙ eſſentia vt ſic/ informet̃ paternitate/ nec iſte/ eſſentia diuina eſt res que eſt pater/ ſumpto ly res eſſential̃r. Sed eẽt vnus alius in quo ly res ſumeretur ꝑſonaliter vel in qua ly pater ſumatur non ꝑ modum adiectiui/ ſed ſubſtantiui. Et finaliter qualitercunqȝ aliter ſumatur ſemper erit diuerſus modus predicationis in antecedente ⁊ cõſequẽte: ⁊ per conſequens aliquid debet poni in antecedente/ quando predicationes non fuerint formales/ ⁊ hoc idem etiam debet dici (vt ex dictis patet) etiam in creaturis: vt patet in argumento ꝺ actione ⁊ paſſione ⁊ motu ⁊ tenendo relationem non diſtingui a fundamento. Patet idem in hoc ſillogiſmo/ hec quantitas eſt equalitas: ⁊ hec quantitas eſt inequalitas: ergo inequalitas eſt equalitas: cuius antecedẽtis veritas patet: quia vna numero quantitas ẽ equalis: ⁊ inequalis reſpectu diuerſoꝝ/ opȝ ḡ cõcludere. b. inequalitas eſt inequalitas: vt ly. b. faciat ſtare terminũ pro quantitate ipſa/ vel ſic/ ergo hec quantitas que eſt inequalitas eſt equalitas.

¶ Item ſecundum opinionẽ platonis non valet/ iſte



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

homo eſt ſortes: ⁊ iſte homo eſt plato: ergo plato ē ſortes/ ſignata per ly iſte homo idea hominis: que dicebatur eſſe homo ꝑ ſe ⁊ predicari poſſe de quolibet indiuiduo vere. Multi dicunt ſenſiſſe platonem ideas eē in deo: ⁊ non eſſe quid creatum/ quod tamen an ſit verum ſic ſcilicet platonem ſenſiſſe impertinens eſt in ꝓpoſito. Concludendum ergo ē ſic/ iſte homo ꝙ eſt ſortes eſt plato. ¶ Dicitur ſecūdo/ ꝙ ſub terminis perſonalibus communibus ſicut ē ly perſona ly ſuppoſitum (ſumpto ly ſuppoſitum) ſtricte ſingulariʒando eos/ valebit ꝯñ a ſicut ſub aliis terminis communib⁹ ſingulariʒatis. ¶ Dr̄ tertio/ ꝙ ſub terminis ꝑſonalib⁹ diſcretis ſicut ly pater/ filius ſpiritus ſctūs valebit expoſitorie ſillogiʒari/ ſumptis tīs ꝓ ſuis ſignītis formalibus vt patere poteſt ex dictis.

¶ Sed cōtra predicta arguitur. Primo/ nō valet/ pater generat: eſſentia diuina eſt pater: ergo eſſentia diuina generat: ⁊ tñ arguit in prima figura ſine defectu igitur.

¶ Ad argumentum multi dicunt/ cōſequētiam eē bonam/ ſi ly pater ſtet complete ſingulariter ſcilicet/ vt illa maior equiualeat huic/ quicquid eſt pater generat: ⁊ conſimiliter dicunt de minori: ⁊ tunc ſicut ꝯſequēs ē falſum/ ita ⁊ concluſio. Sed hoc non eſt neceſſe: quia tunc potius eēt virtualiter ſillogiſmus ex terminis cōmunibus/ ꝙ͂ de medio ſingulari vt dictum eſt. dicitur ergo quod ſumpto ly pater formaliter ꝓ ſola perſona patris/ ſillogiſmus non habet defectum intrinſecum/ ſed extrinſecum: mutatur enim appellatio ex parte de ly generans. Añ dicēdū ē: ergo eſſentia ē pr̄ generans vt ſit p̄dicatio identica ſicut oportet eſſe ī minori: alioquin minor eſſet falſa.

¶ Secundo arguitur/ non ſequitur. hic pater non eſt filius: eēntia diuina eſt pater: ergo eēntia diuina non eſt filius: ⁊ tamen arguitur expoſitorie: igitur. Quod non ſequatur patet/ quia antecedens ē verum ⁊ ꝯſequens falſum: poſito ꝙ ly pater in maiori ſtet incomplete: ⁊ in minori complete: ⁊ ly eſſentia ſemper incomplete. ¶ Eſt quidā doctor cui hoc argumētum adeo magnam ingeſſit difficultatem/ vt ingenue fateatur ſe neſcire illud radicaliter ſoluere/ verum tamen laborans vt illud ſoluat/ dicit defectum ibi exiſtētem non poſſe in eo immediate videri. Unde neceſſe eſt vt eius. b. ſimplr̄ ꝯuerſa/ fiat vnus alius expoſitorius in tertia figura: ſic. ſ. hic pater non eſt filius: ⁊ hic pr̄ ē eēntia diuina: ergo eēntia diuina nō ē fili⁹/ hic añt nullus ē: eo ꝙ ſi reducatur ad darii per impoſſibile arguetur in darii ex puris ꝑticularibus: vt patet reducendo eum ſic/ omnis eſſentia diuina ē filius: hic pater ē eſſentia diuina: ergo hic pater ē filius. Sed hec ſolutio tam laborioſe data/ non videtur ſufficiens ſecūdum ipſum met doctorem/ qui in hoc ſillogiſmo/ ſcilicet/ omnis eſſentia diuina ē pater/ nullus filius ē pater: ergo null⁹ filius ē eēntia diuina (ſi medium ⁊ maior extremitas ſumantur incomplete) dicit duplicem eē defectum. Primus ē: quia medium nullibi equiualet vni de oī. Secūdus/ quia reducendo ad darii ꝑ impoſſibile etiam medium tunc nullibi diſtribuitur complete. Dicit amplius. Sed primus defectus melior ē: nam illo ſecluſo etiam ſecundo remanente cōſequētia eēt formalis.

¶ Aliter igitur videtur eē dicendum Et dico/ primo defectum eē/ q2 medium ſtat pro pluribus in premiſſa affirmatiua ꝙ͂ in negatiua. Nam maior ē negatiua/ ⁊ ly pater tantum ſtat pro perſona patris/ ideo negatur filius de eo: in minori autem affirmatiua ſtat ly pater pro re que ē pater. Unde ſtat pro eēntia diuina ⁊ ꝓ ꝑſona. Nec refert ꝙ eſſentia diuina ⁊ pater ſint idem realiter: nam ad hoc ſufficit ꝙ differant ratione. Unde eſſentia diuina ⁊ pater licet non ſint duo ſuppoſita phiſice/ poſſunt dici duo ſuppoſita grammatice ſeu logice ad quod ſufficit diuerſitas ſecundum modum ſignificandi. Et iſto etiam modo natura quelibet poteſt dici ſuppoſitum: vnde res que ē albedo/ ē ſuppoſitum illius termini albedo. Op3 ꝗ ſi medium nō ꝯplete ſtet ī vtraq͂/ quod ſaltem ſtet ꝯplete in negatiua. ¶ Secūdo dicitur/ ꝙ concluſio ē diſtinguēda: nā aut predicatio ē identica vel formalis. Si formalis/ vera ē concluſio ſicut ⁊ antecedēs. Si identica tunc variatur appellatio: eo ꝙ in maiori erat predicatio formalis. Unde ſi predicatio identica eēt vt faceret hunc ſenſum. ſ. hic pater non ē ens quod ē filius/ falſa eēt: nam pater ē eſſentia que ē filius: ſumo añt ly ens cōmuniſſime. ¶ Poteſt tertio dici ibi argui a non diſtributo ad diſtributū virtualiter: cum (vt dictum ē) de mēte. D. S. ⁊ capreoli ⁊ reuerendiſſimi hiſp. noſtri ſit/ ꝙ negatio poſtpoſita termino eēntiali/ eundem ſenſum reddit quem ſi ꝑponeretur vt eēt vniuerſalis diſtributio. Sed primus defectus abſolute facit conſequentiam non ſillogiſticam. Añ ſi iſte non remoueatur quantumcunq͂ nō poſſit dari antecedens verum ⁊ conſequēs falſum/ hoc non erit ex vi ſillogiſtice forme/ ſed aliunde. Non autē videtur mihi eſſe neceſſarium plura his argumenta proponere: eo quod ex dictis omnia que poſſunt fieri/ ſolui valeant.

Queritur quinto/ an conſequētia a conuertente ad ſuā ꝯuerſam: ⁊ ab affirmatiua ad negatiuam aut econtra Et etiam alie ꝯñe logice teneāt in diuinis. Et probatur ꝙ non.

¶ Primo/ quia non valet/ nulla eēntia diuina ē generans: ergo nullum generans eſt eſſentia diuina: ⁊ tamen ē ꝯuerſio ſimplex: igitur talis ꝯña nō tenet in diuinis: ꝙ nō valeat p3: q2 añs eſt verum ⁊ non conſequens.

¶ Secundo non ſequitur/ eēntia diuina ē pater: ergo eēntia diuina non ē non pater: ⁊ tamen arguitur ab affirmatiua ad negatiuam/ predicato variato ⁊c. igitur. Quod non valeat patet: quia antecedens ē verum ⁊ ꝯñs falſum. De antecedentis veritate notum ē. Falſitas ꝯñtis patet/ eēntia nō ē non pr̄: ergo eēntia non eſt filius: cōſequens ē falſum: ergo añs. Cōſequētis falſitas ē nota: ſed ꝯña ꝓbat: q2 arḡ a ſuꝑiori ad ſuum inferius negatiue. Nam non pater dicitur de filio ⁊ ſpiritu ſancto.

¶ Reſpondeo dicendum/ quod ſicut dictū fuit in principio/ non ē neceſſe ad ſaluandam fidē negare eas propoſitiones que ſunt in lumine intellectus naturali per ſe note: ⁊ quarum oppoſite implicant contradictionē: nec ſimiliter ꝯñas quarū bonitas ⁊ habitudo nitur primo principio logico ſeu methaphiſico/ ſcilicet qḋ due contradictorie nō poſſunt ſimul eē vere. Si. n. aliqua conſequentia bona abſolute ⁊ euidenter in lumine naturali eēt neganda ſcdm̄ fidem/ teneremur cōcedere duas contradictorias veras aut falſas in diuinis: quod blaſfemum ⁊ hereticum eſt. Dicitur ergo/ ꝙ conuerſiones ⁊ alie conſequētie ſi obſeruentur conditiones quib⁹ ſua habitudo innititur in creaturis exiſt

et iam bone in diuinis: licet aliſ oppoſitum opinētur in multis ꝯñtiis. ¶ Dicitur ſcdo/ ꝙ ſi arguēdo ab affirmatiua ad negatiuā taliter infinitetur pdicatū ī vna ꝙ ſumat̄ i vero ſenſu ī quo ē trs ꝯtradictorı⁹ alteri⁹/ ꝯña erit bona: ſin autem non oportet.

¶ Ad argumentum igitur primum in rigore reſpōdendo negatur ꝯña/ quia variatur appellatio. Nam ly generās in añte appellat formaliter ⁊ in conſequēte materialr̄: vt patet ex prima regula appellationum. Oportet ergo illam ſic conuertere/ nulla eēntia diuina generās ē eēntia diuina/ que vera ē: quia negatiua de ſubiecto nō ſupponēte. Cōſequēs autem dictū habebit hāc pro conuerſa. ſ. nulla eēntia diuina eſt aliquod generās. Cardinalis vero cameracenſis diſtinguit añs dicēs illam ppoſitionem/ nulla eſſentia diuina ē generās / dupliciter exponi poſſe: Uno modo ſic/ aliqua eēntia diuina nō generat: ⁊ nulla res ē eēntia diuina que generet: ⁊ ſic ē complete vniuerſalis: ⁊ poteſt ꝯuerti: ⁊ ſub ei⁹ ſubiecto ſubſumi ⁊ ſic ꝯñs eſt falſum: ita ⁊ añs: vt patet. Alio modo pōt ſic exponi: aliq̄ eēntia diuina nō generat: nec ē aliqua eēntia diuina q̄ generet: ⁊ ſi nō ē vniuerſalis completa: nec pōt conuerti/ nec ſub eius ſubiecto valet ſubſumptio. Proportionabiliter dicit de hac/ omnis eſſentia diuina generat/ ad hoc ꝙ poſſit conuerti per accidēs. Uerum licet hoc poſſit defendi/ tamē quia nō rationabile videt̄/ poſſe dari aliquam propoſitiōem mere cathegoricam ex ſimplicibus extremis q̄ non valet cōuerti/ pſertim ōn do oēs proprietates ſeruari poſſunt/ ſtādū eē vr̄ in pria ſolutione.

¶ Ad ſecūdum diſtinguitur de ly pater: quia vel capitur p ſuo ſignificato formali tantum. ſ. pro ſola perſona patris: ⁊ tunc nego/ añs eē verum/ immo falſum ē: vt ex ſupradictis patere pōt. Uel ſumitur pro re q̄ ē pater: ⁊ ſic cōcedo añs: ⁊ nego ꝯñtis falſitatem. Nam ꝯñtis ſenſus eſt: eſſentia diuina non eſt non res que eſt pater: qui verus ē: vt patet per ſuam contradictoriam falſam que eſt / eſſentia diuina eſt non res que eſt pater/ quia ſi hoc eſſet verum ſequeretur (vt liquet) eēntiam diuinam non eſſe eēntiam diuinam. Nam eſſentia ē res q̄ eſt pater: ⁊ ſi neges illam eē cōtradictoriam eius permitto tibi dicere/ omnis eēntia diuina ē nō res que ē pater: q̄ etiam falſa eſt.

¶ Alij dicunt non eē inconueniēs duos terminos cōtradictorios verificari de ly eēntia diuina: eo quod habeat aliquid termini communis: vt ex dictis poteſt clareſcere. Siquidem in terminis creaturarum hoc etiā non inconuenit in terminis communib⁹: vt patet/ q2 iſte ambe ſunt vere: ſ. homo ē ſortes hō eſt nō ſortes: tenendo ly eſſentia pprie poſſe ſtare ⁊ formaliter pro perſonis: quod non admitto: admitterem tamen in ly deus/ cui ex modo ſignificandi non repugnat ⁊ pro natura/ ⁊ ſuppoſitis verificari ⁊ tūc nō valeret ꝯña ab affirmatiua ad negatiuam: niſi forſan in ſubiecto conſequētis poneretur aliquod additum ratiōe cuius denotaretur terminum infinitatum negari de ſubiecto pro eodem omnino ſuppoſito vel pro eadem re ſub eodem conceptu: de quo vel qua affirmatus fuit ſu⁹ terminus finitus in añte. Et idem dicere pōt qui admiſerit ly eſſentia ſtare pro natura ⁊ pro perſonis ſi ab arguente preſupponatur. Et tunc poterimus arguere ſic/ eſſentia diuina eſt pater: ergo. h. eſſentia diuina non eſt nō pater. Nam añs eſt verū: non ſub hoc ſenſu ꝙ eēntia diuina vt eſſentia diuina ⁊ ſub cōceptu abſoluto ſit pater: ſed res que ē eēntia ſub cōceptu relatiuo: ⁊ ſic conceditur ꝙ eēntia prout ē pater ⁊ ſub conceptu patris: nō ē nō pater. Et ratio huius ē: quia hec ꝯña tenet. ſ. ab affirmatiua. ⁊c: ⁊ per hoc principium. ſ. de quolibet dicitur vnum contradictorium ⁊ negatur reliquum: alioquin darentur due cōtradictorie vere aut falſe. Ad hoc autem ꝙ ſit contradictio/ oportet eē affirmationem ⁊ negationem eiuſdem de eodem/ ſecundum idem ⁊c. Nam iſte nō cōtradicunt/ eſſentia nō generat: ⁊ deus gn̄rat: licet ſubiectum vtriuſq; ſignificet ⁊ ſupponat pro eodē realr̄: ⁊ hoc ſolū pp̄ter diuerſum modum ſignificandi.

Amplius arguitur contra alias regulas ꝯñales. Non valet/ pater ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūs ſctūs ſunt tria entia quibus maiora excogitari nō poſſunt/ g̃ pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus ſunt tres dij: ⁊ tamē arguitur a diffinitione ad diffinitum: igitur: ⁊c: ꝙ nō valeat p3: quia antecedēs ē verum ⁊ ꝯñs falſum: ⁊ quidē de falſitate ꝯñtis notum ē. Añtis vero veritas ſic p3: bene valet/ pater ē ens quo maius excogitari nō pōt/ ⁊ filius ē ens quo maius excogitari nō pōt: ⁊ ſic de ſpiritu ſancto: ergo tria ſunt entia quibus maiora excogitari nō pn̄t: ⁊ añs ē verum: ergo ⁊ ꝯñs. Quod bene valeat p3: quia arguit̄ virtualr̄ a diuiſis ad cōiunctam: ſicut hic/ ſortes ē animal rationale ⁊ plato ē animal rōnale: ⁊ ſimilr̄ ⁊ cicero: ergo ſortes ⁊ plato ⁊ cicero ſunt tria animalia rationalia: ꝙ autem añs ſit verum p3: q2 ſi pater nō eſt ens quo maius excogitari nō pōt: g̃ pr̄ nō ē deus: ⁊ eodem modo pōt dici de filio ⁊ ſpiritu ſancto. Quod aūt in prima ꝯña arguat̄ a diffinitiōe ad diffinitū p3/ q2 illa diffinitio ponit̄ a btō anſelmo ⁊ cōiter ab omnibus theologis.

¶ Pro huius argumēti ſolutione dicit̄ Primo: qḋ deus nō pōt habere diffinitionem / ſi diffinitio pprie ſumat̄/ eo ꝙ omnis diffinitio cōſtet ex genere ⁊ differētiis/ deus autem nō ē in gn̄re: vt pbat. D. S: pma. p. q. 13. ar. 5. ¶ Dicitur ſecundo / quod pōt habere diffinitionem: vocādo diffinitionem orationem notificatiuam ipſius dei ⁊ ſibi ſoli cōuenientem.

¶ Ad argumētum igit̄ negat̄ veritas añtis: ⁊ ad pbationem negat̄ ꝯña. Et ad pbationem diſtinguo: qḋ arguat̄ a diuiſis ad coniūctam/ debite ⁊ ſic nego: indebite ⁊ ſic cōcedo. Dicitur ergo ꝙ es dicturus ſic/ pater ē ens quo maius excogitari nō pōt: ⁊ filius ē aliḋ ens quo maius. ⁊c. ⁊ ſimiliter dici oportet de ſpiritu ſctō: ⁊ ad ſimile quod adducit̄ de ſorte ⁊ platone ⁊ cicerone dicitur/ ꝙ ibi tenet/ eo ꝙ in creaturis nō reperit̄ multitudo numeralis ſuppoſitorum: quin etiam nature cōſtituētes ſuppoſita illa multiplicāt̄ numero. Cuius oppoſitum reperit̄ in diuinis: vel ſi mauis/ ꝯceſſa illa ppoſitione/ pater ē ens quo maius. ⁊c. diſtingue iſtam/ filius ē ens ⁊c. Aliḋ ⁊ ſic nego: idem ⁊ ſic cōcedo/ ergo ſunt tria entia/ nego cōſequētiā: Et ly ens ſumit̄ eēntialiter ⁊ non perſonaliter.

¶ Secundo arguitur / non valet / pater eſt ens quod eſt filius: ergo pater ē filius: ⁊ tamē arguit̄ a cōuertibilibus: igit̄ locus ille nō tenet hic. Quod nō valeat p3: quia añs ē verum ⁊ ꝯñs falſum: vt p3 ex ca. firmiter: ꝙ autem arguatur a cōuertibilibus p3: quia ſortes/ ⁊ ens qḋ ē ſortes ꝯuertūt̄/ ergo a ſimili filius: ⁊ ens quod eſt filius.

¶ Ad hoc argumētū negat̄ ꝯña: Et ad pbationē negatur ſimilitudo: ⁊ ratio habetur ex dictis. Dictum ē. n. ꝙ i creaturis/ multiplicatis ſuppoſitis multiplicāt̄ nature. Quo fit vt ens quod ē ſortes/ adequate ſit ſortes: ⁊ ob hoc reperitur inter illos terminos conuerti

bilitas. In diuinis autem reperit/ens quod ē filiꝰ: ſed
nõ adequate ē filiꝰ; quia etiam illud ens ē pr̃ ⁊ ſpũs ſctũs:
⁊ illud ē eſſentia diuina: iõ nõ cõuertunt ens qḋ ē filiꝰ
⁊ filiꝰ. Põt etiam ſm mẽtem. D. S. negari illos t̃mos/
ſ. ens qḋ ē ſortes ⁊ ſortes eē cõuertibiles. Hec. n. eſt ve
ra/ſorteitas ē res q̃ ē ſortes: ⁊ hec falſa/ſorteitas ē ſor
tes. Et hr̃ hoc ex. D. S. in ſimili: Dicit. n. ꝙ res q̃ ē hõ
ē humanitas: ⁊ tñ pluries dicit ꝙ humanitas nõ ē hõ.
Pro hoc videat nr̃ quartꝰ. Amplius ſm philoſophũ
actio/⁊ ens qḋ ē actio nõ ꝯuertũt. Paſſio. n. ē ens qḋ ē
actio: ⁊ tamen paſſio non eſt actio.

¶ Tertio arguitur/non valet/eẽntia diui-
na ē res generãs: ğ eẽntia diuina ē generãs: ⁊ tñ argr̃
ſicut hic/hõ ē aľ albũ/ğ hõ ē albꝰ. ſ. a pte in mõ ad ſuũ
totum/ğ: ꝙ nõ valeat pꝫ: qꝛ ꝯñs reprobat in cap. firmi
ter: ⁊ añs pꝫ: qꝛ eẽntia ē pr̃ qui gñrat/ğ ē res gñrans:
¶ Ad argumẽtũ negat ſimilitudo. Et rõ ē/qꝛ in añte
ē p̃dicatio idẽtica: qꝛ ob hoc ponit ly res. In ꝯñte vero
ē formalis: ⁊ ſic variat appellatio. In alia vero ſiue ly
albus ſumatur identice ſiue formaľr poterit eē vera: ⁊
iõ variatio appellatiõis nõ impedit eius bonitatem q̃
ſolum eſt materialis. Et ideo nõ mirũ eſſe debet ſi vna
ꝯña ſit bona ⁊ non reliqua/cum materie in quibus ar
guitur ſint diuerſe.

¶ Quarto non ſequitur/petrus põt moue-
re ſeipſum/ğ deus põt mouere ſeipſum: ⁊ tñ arguit a
minori ad maius affirmatiue: igit. ꝙ nõ ſequat pꝫ/q̃a
añs ē verum vt notũ ē/⁊ ꝯñs nõ: vt pꝫ ex. 3. cap. mala-
chie: vbi dr̃: ego deꝰ ⁊ nõ mutor: ꝙ arguat a minori. pꝫ
qꝛ petrus ē finite potẽtie: ⁊ deus infinite: igit.
¶ Pro huius argumẽti ſolutiõe nota duo. Primũ/
ꝙ potẽtia ē duplex/Una q̃ neccẽrio exigit imꝑfectionẽ
ſeu defectũ in ſubiecto in quo ē. Alia q̃ talẽ defectũ ſeu
imꝑfectionem in eodem ſubiecto nõ exigit: ſiue circa
obiectũ exigat ſiue nõ. Et talis potẽtia ſolũ reperitur in
deo ⁊ non prima. Dicitur ſiue exigat circa obiectum ſi
ue nõ: qꝛ potẽtia generatiua dei pr̃is nõ exigit d̃fectũ
reſpectu filij/bene tamen potẽtia creatiua: eo ꝙ nõ põt
eē creatura quin ad minus habeat hoc. ſ. ꝙ ē producta
ex nihilo: ⁊ ſic negatur ꝙ in dicta ꝯña arguat a mino-
ri ad maius: prout ſumitur in illa regula topica immo
econtra. ſ. a maiori ad minus/quia magis videt ꝙ po
tentia exigens imperfectionem in ſubiecto in quo ē/
conueniat ſorti q̃ deo/immo nullo modo videtur cõ-
uenire deo. ¶ Secundo dicitur/quicquid ſit de hoc
quod non bene concludis/quia committitur fallatia
equiuocationis. Debes enim ſic dicere/ſortes põt mo
uere ſeipſum/ergo deus poteſt mouere illum/ſcilicet
ſortem: ⁊ hoc eſt verum: immo deus plus mouet ſor-
tem q̃ ſortes ſeipſum/iuxta illud dictum in principio
libri de cauſis: ſcilicet cauſa prima plus influit in cau-
ſatum cauſe ſecunde/q̃ ipſa cauſa ſecunda. ¶ Sed cõ
tra/ergo deus põt dici pater leonis: ꝯñs ē falſum/ğ ſo
lutio nulla: ꝯña tenet/quia vnus leo dicitur pater alte
rius: eo ꝙ produxit illum. Sed deus ꝑte efficatius ꝓ
ducit omne ꝓductum a cauſa ſcḋa q̃ ipſamet: igitur
Conſequẽtis vero falſitas liquet: quia deus non gene
rauit leonem: ergo nõ eſt pater illius (ſumo enim ly pa
ter proprie pro re que aliam ꝓprie generat) ⁊ ꝙ deus
non generauerit pꝫ/quia gñatio proprie dicta eſt ori
go viuentis a principio viuẽte in ſimilitudine ſpeciei:
ſed deus ⁊ leo non ſunt eiuſdem ſpeciei: igitur. ¶ Ad
hanc replicam negat ꝯña: ⁊ ad ꝓbationem negat ꝯña:
⁊ ratio ē data inter arguẽdum. Non enim ſufficit pro
ductio ad hoc ꝙ aliquis ſit pater/ſed productio talis
ſcilicet in ſimilitudine ſpeciei. ¶ Sed contra/quicq̃d
deus põt ꝓducere cõcurrẽte cauſa ſcḋa põt ſe ſolo: ſed
cõcurrẽte leone põt ꝓducere paternitatẽ/ğ põt ſe ſolo
⁊ ꝑ ꝯñs dicet pr̃. ¶ Ad hãc replicam diſtinguit. a. q̃a
vel ly q̃cquid diſtribuit ꝓ ente relatiuo: ⁊ ſic nego: vel ꝓ
abſoluto: ⁊ ſic ſubdiſtinguo/vel in gñe cauſe efficiẽtis
vel finalis: ⁊ ſic cõcedo: vel materialis ſeu formalis ⁊ ſic
nego. Nũc aũt ꝑ̃nitas ē qḋ relatiuũ: iõ nõ cõcluditar
gumẽtũ. Nec ex hoc ꝯcludet/me male expoſuiſſe p̃fatã
maximã in. 4. lib: eo vꝫ ꝙ primã limitationem ibi non
poſuerim. Tũ qꝛ nõ tenebar ponere oẽs limitatiões ſi
mul: tũ qꝛ põt dici ꝙ ſufficit me excluſiſſe genus cauſe
materialis ⁊ formalis: prout ibi factũ ē: eo ꝙ relatio ex
igat vnũ extremũ tãq̃ ſubiectũ vel materiã i q̃ ſit: ⁊ aliũ
ſ. correlatiuum ſe habeat tãquam forma a qua relatio
ſpecificatur:

¶ Sed contra omnia que dicta ſunt argui
tur ſic vnico argumẽto/quia ſi eẽnt vera ⁊ ſic ſoluẽdi
eẽnt paralogiſmi facti in materia trinitatis/ſequeret
oẽs antiquos theologos neſciuiſſe ſoluere tales para
logiſmos/conſequẽs nõ ē dicẽdũ/ğ nec q̃ dicta ſũt/ſũt
vera: vel ad minus ſuperflua.
¶ Ad hoc breuiter dicit/ꝙ principia dicta ⁊ notata
circa ſolutiones talium argumẽtorum ex doctoribus
ſumpta ſunt ⁊ eadem ſub alijs verbis dixerunt: vt pꝫ
quia antiqui ſoluebant omnia argumẽta primo dicta
ꝑ fallatias/quas nunc vocamus in ſillogiſmis defe-
tus: vt patet ex dictis ſupra in reductione defectuum
ad fallatias. Fateor tamen plures ꝓpoſitiones paſſim
cõcedi a neotericis: ac ſi eẽnt ꝓprie ⁊ vere q̃a ſanctis
doctoribus nullatenꝰ cõcederẽtur: q̃s ego certe ſcḋm
veram logicam teneo nõ eē concedẽdas/vt ſupra dixi
niſi aliquo ſigno appoſito/cum ſenſus nouiter detur.
Malo autem in his q̃ rationem naturalem excedunt
a doctiſſimis ſanctis dirigi: q̃ cum nouitatum inuẽto
ribus a veritatis tramite deuiare.
¶ Quapropter hic in fine accipe duo fundamẽta ſ hoc
tractatu vtiliſſima poſita a beato anſelmo.
¶ Primum ē. Unitas eẽntie tenet ſuum ꝯñs: vbi nõ
obuiat relationis oppoſitio.
¶ Secũdum ē. Relatiua oppoſitio tenet ſuũ ꝯñs/vbi
nõ obuiat eẽntie vnitas. Et ſenſus ē/ꝙ ex vnitate eẽn-
tie nõ licet inferre vnitatem ꝑſonarum: Nec ex plura
litate ꝑſonarum pluralitatem eẽntiarum: eo ꝙ eẽntia
ē quid abſolutum formaľr ⁊ ꝑſone diuine ſunt forma-
liter relatiue: eo ꝙ cõſtituãtur ꝑ relationes: ⁊ ꝑ earun
dem oppoſitionem diſtinguãt: verba autem eiꝰ ſunt
hec. Sic huius vnitatis ⁊ huius relationis ꝯñe ſe con
temperãt: vt nec pluralitas que ſequitur relationem/
trãſcat ad ea in quibus p̃dicte vnitatis ſimplicitas ſo
nat. Nec vnitas cohibeat pluralitatem vbi eadem re-
latio ſignat: quatenus nec vnitas amittat aliquando
ſuam ꝯñam: vbi nõ obuiat aliqua relationis oppoſitio
nec relatio ꝑdat quod ſuum eſt niſi vbi obſiſtat vnitas
inſeparabilis.
¶ Stat ergo icõcuſſa fides eiuſq; ſolidiſſima veritas
eminẽs ſup oẽs ſciẽtias lumine naturali inuentas/cui
oẽs tales ſcientie optimo iure ancillant/ſicuti ⁊ nos
ſemp ⁊ vbiq; terrarũ ⁊ gẽtiũ inſeruire ⁊ obtẽpare d̃be
mus ſummo optimo atq; maximo deo vni ⁊ trino: cui
ſit laus/honor ⁊ gloria ⁊ beatiſſime virgini matri ꝑ in
finita ſeculorum ſecula. Amen.

¶ Finitur opuſculum terminorum diuinorum.